



Polyanthea Sacra

Ex Universæ Sacræ Scripturæ Utriusque Testamenti Figuris, Symbolis, Testimoniis, Nec Non E Selectis Patrum, Aliorumque Authorum, Sententiis, eruditis Interpretationibus, Similitudinibus, rarisque Historiis collecta, Et Copiosis, Exquisitisque Materiis Moralibus De Virtutibus Et Vitiis Pro ...

Spanner, Andreas

Augustae Vindelicorum, 1702

M.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-79369](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-79369)



M.
TITULUS I.
MAGDALENA POENITENS.

§. I.

Nomen.



Magdalena Hebr. idem est, quod *turrita*, à radice *Migdal*, id est, turris: fuit enim proce-
ra, & excelso corpore. 2. Mag-
dalena idem est, quod magni-
fica, ut ait Origenes tr. 35. in
Marth. Aut Magnificata, sic
Pagninus in Nom. Græc. Hebr. 3. Idem Pagni-
nus: Magdalena idem est, quod vexillò insigni-
ta, aut vexillum ducens, vel elevans. Erexit e-
nim vexillum summæ poenitentiae, fervoris, &
amoris, in Christum, juxta Cant. 2. 4. *Ordina-
vit in me charitatem.* Hebr. *Vexillum ejus
super me charitas.* 4. Pagninus: idem est,
quod *educata, nutrita*, scilicet verbis Christi
internis, & externis, ad omnem sanctitatem.
Cornelius in Luc. 8. 2.

§. II.

Figura, & laudes.

Regina Saba audivã samã Salomonis &c. 3.
Reg. 10. 1. S. Bonaventura S. I. de S. Magd.
comparat illam Regina Saba audienti sapientiam
Salomonis; inter cœtera ait: si Regina Saba in-
venit tantam sapientiam in figura; quam putas
invenerit Magdalena in re ipsa: dicitur enim Luc.
10. 39. *Sedens secus pedes Domini audiebat
verbum illius.*

*Dum esset Rex in accubitu suo, nardus mea
dedit odorem.* Cant. 1. 11. Quando scilicet re-
cumbente Dominò, à muliere habente alaba-
strum unguenti nardi &c. ejus capiti superfusum.
S. Justus Orgelii. hic.

Ille vadens nuntiavit &c. Marc. 16. 10. Fa-
cta est Apostola Apostolorum, quæ prius erat
fovea peccatorum. Hugo Card. hic.

Vade ad Fratres meos. Joan. 20. 17. Ecce
constituitur Magdalena inter homines prima nun-
tia S. Resurrectionis: ut nuntiet his, qui hanc re-
surrectionem per universum orbem proclamaturi
erant. Et Christus ore suo eam primam suæ re-
surrectionis Evangelistam fecit. Simon. Cals.
1. 14.

Quinque officia dedit Christus D. Magdalene
post conversionem. I. Fecit thesaurariam suam.
Christus non portabat pecunias; sed dicit Mar-
cus, quòd post sermonem circumspiceret, si à
Polyant. Sacr. Tom. II.

quopiam invitaretur ad prandium: hoc sciens
Magdalena &c. 2. Fecit eam Secretariam suam.
Luc. 10. 39. *Sedens secus pedes Domini.* Cre-
do, quòd ipsa petiit de se, in quo ordine colloca-
retur; & fortè fuit dictum à Christo, quòd cum
Seraphinis ex ardenti charitate. 3. Quia fecit eam
familiaris suam, & sociam Matris suæ: quæ, li-
cèt esset purior Sole, non tamen despexit eam. 4.
Fecit eam apothecariam, & medicam suam; quan-
do fatigato ex itinere unxit manus, & pedes, &
caput. 5. Fecit Apostolam. Petrus, Paulus &c.
missi ad peccatores; sed Magdalenam misit ad
convertendos Apostolos; dubios de Christi re-
surrectione. S. Vinc. Ferr. f. de S. Magd.

Quid per hoc vas, nisi Magdalene lapideum,
id est, firmissimum, cor candidum per propo-
situm innocentis vitæ. Hoc alabastrum plenum e-
rat unguento amarissimæ poenitentiae, & mœro-
ris. S. Bernardinus t. 2. f. 46.

§. III.

Magdalene poenitentia, lacrymæ.

Figura, & Symbola.

Memor ero-Babylonis. Pl. 86. 4. B. Magdale-
na fuit Babylon, plena confusione peccati;
vel confusione postmodum veræ poenitentiae. Sed
de Babylone facta est Jerusalem. Hoc est mira-
culum, de quo II. 21. 4. *Babylon dilecta meo po-
sita est mihi in miraculum:* quia scilicet de Ba-
bylone sit Jerusalem. Hugo Card. hic.

Anima mea liquefacta est, ut locutus est.
Cant. 5. 6. Monstruosum nimis gelicidium; si non
fluat, ut cera, cor tuum. Jacuit ad pedes Jesu con-
gelata prius Maria; tota mox in lachrymas instar
nivis, ad solem fervidum, liquefacta est. Au-
diebat simul eloquium tuum, quod est ignitum
vehementer: non solum ignitum; sed sicut oleum
effusum nomen tuum in fomentum ardoris. Jesu
Christe, propter nimiam charitatem, quæ dilexi-
sti nos, descendisti in abyssum incendii. Joan. Ger-
son tr. sup. Magnificat.

Sume cibarium, circa civitatem. II. 23.
16. Hugo Card. hic applicat S. Magdalene.

Tu speculum peccatorum, tu gaudium Ange-
lorum, tu poenitentiae forma, tu Apostolorum
Apostola, tu divini amoris fornax &c. S. Bernar-
dinus t. 2. f. 46.

*De Magdalene pœnitentia,
varia.*

Ecce mulier, qua erat in civitate peccatrix. Luc. 7. 37. Satis probabiliter putant Simon Casia. l. 9. c. 29. Toletus, Salmeron &c. fuisse civitatem Naim, in qua Dominus filium viduæ fuscitavit; cujus famâ commota est Magdalena. Sylveira hic. Sed quæ civitas fuit hæc? crediderim, quod Naim: quam non nominat Lucas, nè idem bis repetat. Dixerat enim supra, quod ibat Jesus in civitatem Naim, ubi filium viduæ fuscitavit; & sic profequitur historiam, quod mulier erat in civitate peccatrix, in civitate inquam, Naim. Hic cum famam Christi audiret; novò miraculò resuscitati adolescentis commota, & à Deo tacta; ad Christum devenit: dicebat enim intrâ se: ille, qui vitam adolescenti mortuo restituit, poterit etiam mihi vitam præstare in peccatis defunctæ. Stella hic.

Lacrymis capit rigare pedes. Luc. 7. 38. Accessit non ad caput Domini, sed ad pedes. Et quæ diu malè ambulaverat, vestigia recta quaerebat. Accessit autem ad Dominum immunda, ut rediret munda: accessit ægra, ut rediret sana; accessit confessa, ut rediret professa. S. August. l. 5. homil. f. 23.

De qua septem demonia exierant. Luc. 8. 2. Mystice Beda, Theophylactus, Gregorius septem vitia Capitalia. Ad literam veri dæmones. Ità Ambrosius, Euthymius, Janfenius, Cornelius hic.

Cur, non invitata, domum Pharisei, & Christum, adit? magnanima superat omnes difficultates. Reliqui pro temporali domo accesserunt: Chananaea pro ejectione dæmonis à filia. Matth. 25. 22. Fluxum sanguinis patiens. Matth. 9. 20. Hæc prima pro Domini obsequio, & salute sua, Dominum querit. S. Chrysof. hom. 81. in Matth. cum cætera omnes curationis corporeæ gratiâ adessent; sola hæc, ad honorem ei conferendum, & animæ incolumitatem acquirendam, accessit: nullâ enim corporis aegritudine laborabat. 2. Avidè arripit occasionem salutis, alibi forsan non habitura. Tertull. l. de pœnit. c. 4. Rapè occasionem inopinatæ felicitatis. 3. Inclinem ad miserandum supremam dicit majestatem; & idè credidit, quod esset ad veniam sibi promptus, qui Pharisei venerat tam promptus ad mensam. 4. Nimiò veniæ peccatorum desiderio irruit: non timet irrideri, illudi, despici; quin potius optat, ut quovis modò ità in se ulciscatur peccatum. Sylveira hic.

En mutatur ordo rerum! pluviam terræ dat cœlum semper: ecce nunc rigat terra cœlum. Lacrymis rigabat pedes ejus. O quanta vis in lacrymis peccatorum! rigant cœlum, terram diluunt, extinguunt gehennam. S. Chrysol. f. 93.

Magdalena, sensibus, & membris, omnibus, quibus peccaverat mulier, pœnitentiam egit: nos verò verbis quidem pœnitentiam pollicemur; factis verò nihil studii, laborisq; præstamus: sed eâ-

dem vivendi consuetudine utimur, quâ priùs. S. Gregor. Nifs. orat. in eos, qui acerbius alios judicant.

Ad discumbentem Dominum, misericordiæ fontem, justificanda cucurrit. Cucurrit, inquam; quia trahebatur interiùs. S. Laurent. Just. f. in festo S. Magd.

Magdalena incipiens à lacrymis, illicò in virtute proficit: compendiosa enim via lacrymarum ad sanctitatis verticem. Escobar. t. 3. coll. Chr. obf. hic.

O quot Magdalena pœnitens præstat Deo obsequia! lacrymis pedes abluit, comâ tergit, ungit, osculatur. Addit S. Chrysof. hæc quidem agebantur exteriùs; sed quæ interiùs revolvebat, multò erant his ferventiora. Quò tot affectus, tot obsequia? quia restauratio gratiæ non sinè ingenti labore perficitur. Pœnitentia aptè vocatur tabula post naufragium; quia restauratio gratiæ laboriosior. Qui vehitur navigiò, ventò secundo, nullâ operatione disturbatur: at, qui tabulâ post naufragium utitur; magnò labore afficitur, ut ad litus perveniat. Baptismus navigium; tabula pœnitentia. Id. ib.

Stat ad pedes peccatrix; & non cogitat de recessu; nec sibi adest de convivio ulla cura. Convivantes non aspicit, neque cogitat, neque appositas intuetur dapes: suis intendit officiis; præpediri non vult, nec alios ipsa præpedit. Premit duo labia super pedes. Amor, & timor, labia sunt animæ: unum superius, scilicet amor; timor labium inferius est. Annæ tantum labia movebantur; & de prole meruit à Domino exaudiri. Nec Magdalena legitur verbulâse; sed labia amoris, & timoris, premebat in Domini pedes, & osculis loquebatur; de quibus in Job dicitur: quod in omnibus adversitatibus non peccavit labiis suis, ut à Dei amore, atque timore, discederet: ut, amore, atque timore, privatus, contra Dominum aliquid loqueretur. Simon Cas. l. 8. c. 7. hic.

Lascivia macula multis eget, ut tandem, licet ægrè, tollatur. Magdalena nihil curat murmura, nec obloquia; sese ad pedes Jesu abjicit, & osculatur, & lacrymis rigat, & aureis siccat crinibus, unguentò perfundit, nec suæ nobilitati timet, nec sumptibus parcit; adhibet fidem, charitatem. S. Ephrem de S. Magd. non janitores, ac famulos domesticos, generosa mulier timuit; nec duram adstantium increpationem: unum hoc secum cogitans dicensque: quòd si totam meam faciem, quasi ferream, aut æream, non reddidero; salvari ex turpi inundatione lasciviæ meæ non potero. Bæza t. 2. l. 6. c. 5. §. 16.

Permissus est Lazarus amicus mori; non ad mortem, sed pro gloria Dei. Oportebat nihilominus quempiam Electorum spiritualiter mori itidem pro gloria Dei: ut scilicet per conversionem ejus glorificaretur Filius Dei, dimittendo illi peccata multa. Permissa est igitur hæc mulier, dilecti Lazari soror, mori in peccatis, & esse famosa peccatrix, non ad mortem, sive interitum æternum; sed pro gloria Dei, pro testimonio justitiae, & justificantis nos Dei, & hominis, Jesu Christi, Filii Dei. S. Rupertus de oper. Spir. S. c. 28.

§. IV.

Magdalena magnus amor.

Sicut Elia sacrificium. 3. Reg. 18. 34. 38. Igne cœlesti absumptum est, sed prius aqua ter effusa; ita Magdalena cor igne cœlesti absumitur, cum dilexit multum; sed multis lacrymis prius effusis. Oforius f. 2. D. Pafs.

Tenui eum, nec dimittam. Cant. 3. 4. Non dimittam te, ait Magdalena; sicut mulier, quæ cucurrit ad Elisæum 4. Reg. 4. 30. apprehendit pedes ejus, dicens: *Vivit Dominus, & vivit anima tua, non dimittam te &c.* Quæsit per noctes, quia venit ad monumentum, cum adhuc tenebræ essent; quarit in lectulo, id est, sepulchro. Sed cur ait in lectulo meo? quia lectulus Christi etiam lectulus Magdalena erat; & eum eo sepulto sepulta erat spiritualiter. *Surgam, & circumibo.* Revertitur in Jerusalem ad discipulos. *Tulerunt Dominum meum &c.* Invenit me vigiles, Angeli. *Paululum cum pertransisset illos.* Tandem læta ait: *Inveni, quem diligit anima mea.* de Ponte hic. Exh. 13. §. 1.

Apparuit primò Mariæ Magdalena. Marci 16. 9. Sed quare primò Magdalena? quia ardentius diligebat: ut ostenderet, quod pro salvandis peccatoribus venerat in hunc mundum. Ut, sicut mulier fuerat nuntia nostræ perditionis; ita mulier similiter esset nuntia nostræ salutis. Et, ubi abundavit peccatum, abundare gratia monstraretur; & nulli de cœtero peccatori desperatio locus relinqueretur. Hugo Card. hic.

Dilexit multum. Luc. 7. 47. *Duodecim portæ margaritæ sunt.* Apoc. 21. 21. Nullò tormento transit margarita ad delicias: rore concipitur, conchâ excipitur, aurò innescitur. Non teritur, non aduritur, non extergitur. An non margarita charitas est? quæ, etiam citra flammam, & malleos, eniter. Ità Magdalena fulsit in domo Pharisæi: dilexit, & inter alabastra æquavit seras Isaiæ; compedes, & lapides, Jeremiæ. Ama, & si libet, epulare. Oliva l. 3. Strom. §. Dilexit. Jam sicut columba, quæ lacte est lota, residebat ad pedes Jesu, juxta fluentia plenissima. Drogo Ost. de Sac. D. Pafs. 1.

Regressæ a monumento nuntiaverunt &c. Luc. 24. 9. Magdalenam autem aliis signanter præmittit, quia ipsa terentius aliis dilexit, & prior, ut traditur, ad monumentum venit; &, præ cæteris, diutius perseveravit. Et ad dandam fiduciam peccatoribus. S. Bonavent. hic.

Stabat foris plorans. Joan. 20. 11. Amor faciebat eam stare; & dolor coquebat eam plorare. Origen. hom. de Magd. Petrus, & Joannes, timuerunt, & ideo non steterunt. Maria autem non timebat: quia nihil sibi suspicabatur superesse, quod timere deberet. Perdiderat enim Magistrum suum; quem ita singulariter diligebat, ut præter ipsum nihil posset diligere, nihil posset sperare. Perdiderat vitam animæ suæ; & sibi jam melius esse arbitrabatur, mori, quam vivere. Oblita erat timere, oblita erat gaudere, oblita erat se ipsam; oblita erat denique omnia præter illum, quem diligebat super omnia. Id. ib.

Polyanth, Sacr. Tom. II.

Mulier, quid ploras. Joan. 20. 13. Et quem quæris? O desiderium animæ suæ! cur interrogas eam, quid ploras? & quem quæris? Ipsa paulo ante coram oculis suis cum magno dolore cordis sui viderat spem suam suspendi in ligno; & tu nunc dicis, *quid ploras?* vidit te expirantem spiritum suum, videlicet spiritum tuum; & tu dicis, *quid ploras?* Ipsa die tertiâ viderat manus tuas, quibus sapius benedicta fuerat; pedes tuos, quos deosculata fuerat, & quos lacrymis rigârat, in cruce clavis affigi; & tu dolor ejus nunc dicis, *quid ploras?* Id. ib.

Vidit Jesum stantem, & nesciebat, quia Jesus est. Joan. 20. 14. O pium, & delectabile pietatis spectaculum! qui quæritur, & desideratur; & occultat se, & manifestatur. Occultat se, ut ardentius requiratur, & requisitus cum gaudio invenitur; inventus cum sollicitudine teneatur; & tentus non dimittatur. Drogo Ost. de Sac. D. Pafs.

Et ego eum tollam. Joan. 20. 15. Charitas debili femina ingentes contulit vires. *Et ego eum tollam.* Quam Christus mulierem vocavit, post magnanimos ausus, Mariam nuncupat. Unde post illa verba, *ego eum tollam*, statim sequitur: *dicit ei Jesus, Maria v. 16.* Quæ pondus angelicis humeris formidandum portare audeat, merito vocatur Maria. Cum cupit esse Jesu bajula, fit Mariæ Matris nomine, & munere, æmula: illa Jesum portavit in utero; ista optat portare humerò. Arcônes in Sf. 2. Dif. c.

Quid est, bone Jesu! quod dicit ad te de te: *Et ego eum tollam?* Joseph timuit, & non fuit ausus tollere corpus tuum de cruce, nisi de nocte; & nisi hoc peteret à Pilato. Maria verò noctem non præsolatur, non Pilatum reveretur; sed audacter promittit dicens, *Et ego eum tollam.* O Maria! si corpus Jesu fortè positum est in atrio Principis Sacerdotum, in quo princeps Apostolorum calefaciebat se ad ignem; quid factura es? *Ego eum tollam.* Et si ancilla ostiaria interrogaverit te, quid factura es? *Ego eum tollam.* O ineffabilis mulieris amor! ô mirabilis mulieris audacia! ô mulier non mulier! Id. ib. Calx. Lem. *Ardet in unâs.* Picinelli.

§. V.

S. Magdalene virtutes aliæ.

Eccæ mulier in civitate peccatrix. Luc. 7. Hanc mulierem inducit Matthæus 26. 7. super caput Christi effundentem unguentum; & ideo fortè noluit dicere peccatricem: nam peccatrix, secundum Lucam, supra Christi pedes effudit unguentum. Potest ergo non eadem esse, nè sibi contrarium Evangelistæ dixisse videntur. Potest etiam quæstio meriti, & temporis diversitate dissolvi; ut adhuc illa peccatrix sit, jam ista perfectior. S. Ambrosius l. 6. in Luc. hic. Quid memorem de sepultura officio, quod prævenit; de pedibus ascendens ad unctionem capitis. Drogo Ost. Docenos speculum pœnitentiæ, ut pedetentim in via virtutis progrediamur. De Castillo Illat. 3. Est fundit super caput mulier hoc unguentum. In sublime femina hæc subvecta est: quia à pedibus ascendit ad caput. Simon. Cals. l. 9. c. 34.

Ut cognovit, quod accubisset in domo Simonis. Luc. 7. 37. Cur Christum non invitavit ad pro-

A 2

priam

priam domum? sciebat, eum respicere peccatores, cum illis manducare: & cum se maximam peccatricem agnosceret, se indignam iudicavit, ut Christus sub tectum ejus intraret, & tantò beneficiò potiretur. 2. Quia publica peccatrix publicam elegit poenitentiam. Sylveira hic. q. 7.

Maria accepit libram unguenti nardi Pissi-

ci pretiosi. Joan. 12. 3. In Commentar. Cit. §. 3. Pisticum Græcè fidele significat, ut nardum veram, puram, & sinceram, ostendat fuisse: ex hac enim solum unguentum pretiosum conficiebatur; quod non esset alià admixtione corrupta. Escobar t. 2. Perf. Chr. l. 10. Vide plura. Lacrymæ. Poenitentia. Spes.

TITULUS II. MAGNANIMITAS.

§. I.

Symbola. Allegoria.

Exaltatio oculorum est dilatatio cordis, Prov. 21. 4. Per exaltationem oculorum aliqui accipiunt magnanimitatem: magnanimus enim, uti altam habet mentem, ita & altis oculis magna aspiciat, q. d. Magnanimitas, uti exaltat oculos, sic & dilatat cor; ut magna moliat, & ambiat. Cornelius hic.

Iustus, quasi leo, confidens absque terrore erit. Prov. 28. 1. Aptè iustus comparatur leoni: quia leo, ut dicitur Prov. 30. 30. fortissimus bestiarum, ad nullum pavebit occursum. Plinius l. 8. c. 36. invalidissimum urso caput, quod leoni fortissimum. Sic iustus omne robur habet in capite, id est, in mente, voluntate generosa, & amore Dei, armata &c. Id. hic.

Ferculum fecit sibi Rex Salomon. Cant. 3. 9. Ferculum est qualibet Sanctorum congregatio ad æternum convivium animas ferentium. Columne argenteæ, qui fortissimè operis exemplo alios portant, & luce prædicationis illuminant. Reclinatorium aureum, æternæ felicitatis fulgor; in qua reclinatur, & ab omni labore quiescit. Ascensus purpureus est: quia ad claritatem illius quietis non nisi per tribulationem venit. Idem hic.

Leo inclusus Lem: Angustus efferatur. Non minus sufficit orbis. Picinelli.

Sol inter nubila. Lem: Obstantia solvet. Idem. *Ignis. Lem: Nunquam deorsum.* Animi alti. Idem. *Heliotropium in Sole. Lem. Non inferiora secutus.* Idem.

§. II.

Magnanimitas vincit omnia.

Initium via bonæ; facere justitiam. Prov. 16. 5. q. d. Via ad virtutem non est speculatio, sed actio, & exercitium virtutis: sic enim humiliatio est via ad humilitatem, ait S. Bernardus, sicut lectio ad scientiam, passio ad patientiam. Hinc prudentes, cum quid ardui occurrit, mox id aggrediuntur, clausis quasi oculis mentis; nè ejus difficultate aspecta terreantur. Itaque primam difficultatis apprehensionem, quæ vehementissima est, superant: sicut agri pillulas, aliasque medicinas amaras, clausis oculis hauriunt &c. Cornelius hic.

Clamavit dicens: Domine, salvum me fac. Matth. 14. 30. Magnanimus primùm Petrum undæ excipiant; timentem mergere volunt, Sylveria hic.

Nihil arduum, nihil magnum est, magno viro:

nec timendum est ei quidquam difficile; cum soleat difficultas ex solo timore procedere. Blefensis ep. 87.

Cordi magno nihil est magnum. Idem ep. 127.

Est magnificentia proprietas, consummatio fortis inchoatorum: sicut ad magnanimitatem spectat aggressio considerata magnorum. Gerson. tr. 11. sup. Magnif.

§. III.

Magnanimitatis exempla.

Ex Veteri.

Invenit in ipso anno (sterilitatis) centuplum, Gen. 26. 12. & v. 22. *Profectus inde fodit alium puteum.* Nota constantiam, & magnanimitatem Isaac; qui fortiter fert invidorum insultus, eisque cedit; sed ita, ut seignior non efficiatur, quin alibi se, suæque, strenuè promoveat. Cornelius hic.

Surge, & transi Jordanem tu, & omnis populus tecum noli timere, quoniam tecum est Dominus Deus tuus &c. Jos. 1. 2. 9. Timor prohibetur, & animis rapidissimi trajectio imperatur. *Noli timere:* quasi hic timend' sit solum timor, & quidem; dum Josue audet, steterunt aquæ &c. In virtute nullus est labor, si laboris abcedat timor. Sæpe qui certamine essent victores, certaminis timore vincuntur. Naxera hic §. 29.

Da mihi montem istum? Jos. 14. 12. Magnanimus ipsis difficultatibus irritatur, & ad honestos labores accenditur. Caleb eas, præ cæteris, urbes petit, quæ difficiliores expugnata. Idem hic §. 38.

Irruit Spiritus Domini in Samson, & dilaceravit leonem. Judic. 14. 6. Leo est res ardua, ut gravis tentatio; quam instar Samsonis, invocato Dei Spiritu, animosè invadere, & superare, debemus. Occide hunc leonem; occisis amplius te non vexabit. Unde Job. 4. 10. 11. juxta Septuag. *myrmicoleon*, id est, formica-leo. Cornelius hic.

Immutavit ei Deus cor aliud. 1. Reg. 10. 9. q. d. Deus cor Saulis; quod, cum esset privatus, erat pusillum, abjectum, agreste, servile; jam, eò rege factò, fecit magnanimum, sublime, amplum, regale; ut nullis periculis cederet, nullos hostes metueret, nullum onus difficile sibi putaret. Ità Abulens. mutavit ei cor, quod antea erat parvum, & servile, in cor regale. Vatablus: immisit illi mentem aliam, & cor regium; sive regios spiritus. Theodoret. quoniam erat rusticus,

10.

solam sciens terram colere; cum ei manus imposita fuisset, dedit ei spiritum regium. Cornelius hic.

Ascendit Jonathas manibus, & pedibus reprensus. 1. Reg. 14. 13.

Non vales resistere Philisthæo isti nec pugnare adversus eum, quia, puer es. 1. Reg. 17. 33. Quid David? non suis viribus, sed Dei auxilio, fretus: *nunc vadam, inquit, & auferam opprobrium populi v. 36.* S. Basilius Seleuc. or. 15. quâ ratione à proposito certamine conatus es avertere, acrius, o rex, ad pugnam exacuisti: hic quidem bellator, ego verò belli inexpertus; quæ res animos mihi facit. Naxera in Jos. 14. §. 38.

Os quis mihi daret potum aqua &c. irruerunt ergo tres fortes &c. 2. Reg. 23. 15. Per hostiles enses irrumperere fuit opus, ut David potiretur affectu. Qui conatur magna, magnas difficultates perrumpat, est necesse. Id. ib. §. 35.

Et latitudinem cordis &c. 3. Reg. 4. 29. Latitudinem cordis vocat magnanimitatem; puta, cor regium, amplum, magnum. Cornelius hic.

Cum leonibus lussit, quasi cum agnis &c. Eccl. 47. 3. S. Sabbas Abb. sub vesperam ingressus cavernam, in qua leo suos alebat catulos, mandavit leoni, ut secum maneret; vel, si nollet, sibi locum cederet. Cessit leo, & cum catulis suis excessit in aliud spelæum. Ita habet ejus vita. Moraliter: viri magnanimi, & fortes, ludunt cum leonibus; quando occurrentes in via Dei, & virtutis, difficultates, persecutiones, obices quamvis arduos, heroicè illasi, & quasi ludibundi, superant, dicentes: omnia vincit amor. Id. hic.

Elephantis ostenderunt sanguinem uræ, & mori, ad acuendos eos in prælium. 1. Machab. 6. 34. ostensus sanguis aptior videbatur infirmandis animis, non acuendis: sanguis namque mortis testimonium, & stragis indicium. Imò acrius incitant; dum sanguinem elephantis ostendunt. Naxera in Jos. 14. §. 38.

Ex Novo, & Historicis.

Ubi est, qui natus est rex Judæorum? Matth. 2. 2. Quam certa, atque segura, interrogatio. Jam Romani legem tulerant, ut sub periculo mortis nemo aliquem regem vocaret sine eorum consensu. Fuit quoque præceptum, & Magis non ignotum; quòd, qui rege vivente, alium regem pronuntiat, aut adorat; punitur in sanguine. Quomodo ergo Magi audent vivente, & regnan-

te, Herode, in ejus præsentia, sine Romanorum consensu, regem alium profiteri? Procul dubiò istam eis audaciam puer natus influxit. Nondum viderant Christum; & jam parati erant mori pro Christo. Dionys. Carthuf. hic.

Petit corpus Jesu. Matth. 27. 58. Ex hoc facto summam Josephi constantiam, & fortitudinem, spectare licet. Parum enim aberat, quin vitam ipsam Christi causâ impenderet: quippe qui Judæorum omnium inimicitiam propter illum in se susciperet. Causam constantiam dat Marcus, & Lucas: *qui & ipse erat expectans regnum Dei.* Victor Antioch. in c. 15. Marci.

Exurgens abiit cum festinatione. Luc. 1. 39. ut ostendatur regalis animi magnanimitas; quæ nullâ montium asperitate, ut ab incepto desisteret, detineri potuit. S. Ambros. non ab studio asperitas montium; non ab officio prolixitas itineris, retardavit. Sylveira hic.

Querebat videre Jesum. Luc. 19. 3. Hic si staturâ pusillus, animò magnus erat; cum affectavit videre Jesum: argumentum nactus ex arte, atque studio, quod sibi natura negaverat. Simon Cass. l. 9. c. 48.

Omnia possum in eo, qui me confortat. Philipp. 4. 13. Quanta fiducia vox! quid? omnia possibilia sunt innitenti super eum, qui omnia potest. Nihil omnipotentiam verbi clariorem reddit; quam quòd omnipotentes facit omnes, qui sperant in eo. S. Bernardus S. 25.

§. IV.

Motiva varia.

DE forti egressa est dulcedo. Judic. 14. 14. id est, mel dulcissimum. Nimirum leo à me occisus, præbuit mihi mel: ut significetur, actus heroicos meæ fortitudinis parituros mihi, & cuilibet alteri mirificam voluptatem, felicitatem, & gloriam. Cornelius hic.

Alios duodecim leunculos stantes &c. 2. Paral. 9. 19. In quolibet gradu ascensus Salomonis erant duo leones hinc, & inde: sed hi leones, quia ficti erant, & sine vitâ, significant; quòd solùm timidos, & vecordes, impediunt. Brogmard, Dominium Christi.

A Domino diriguntur gressus viri. Prov. 20. 24. Fortis, & strenui qui magna, & ardua molitur: hunc enim Hebraicum Geber significat. Cornelius hic. Vide tit. Fiducia, Fortitudo.

TITULUS III. MAGNIFICUS.

§. I.

Magnitudo animi.

Parvulum occidit invidia. Job. 5. 2. Parvulus dicitur, qui terrena diligit; magnus, qui sola æterna quarit. Hugo Card. hic.

Exultavit ut gigas ad currendam viam; à summo caelo egresso ejus. Pl. 18. 6. 7. Sed nunquid Mars, Jupiter, Saturnus, altiori caelo? Richardus: egreditur à summo caelo; non locò, & vastitate; sed virtute, ac efficacitate. Sylveira c. 13. in Matth.

Vox Domini in magnificentia. Pl. 28. 4. Quia excitat ad magnifica, & heroica facinora; ut non tantum præcepta, sed etiam consilia, corde magnanimò exequamur. de Ponte in Cant. 2. p. 1. l. 5. §. 3.

Abstulit omnes magnificos meos. Thren. 1. 15. Id est magna facientes. Magnificus est, qui in omni opere, virtute, eligit, quod perfectius est: unde magnificentia est decus, & ornamentum, divinarum, humanarumque, omnium virtutum. S. Bonavent. hic.

Inhabitabo in eis, & deambulabo Pl. 133. Levit. 26. 12. Vide anima sancta, quam grandis sit: Christum capit, quem coelum non capit. S. Hieron. in Pl. 133. Ita legitur textum hunc S. Hieronymus.

Fide Moyses grandis factus, negavit se esse filium filiae Pharaonis, magis eligens affligi cum populo &c. Hebr. 11. 24. Pende ly grandis: quasi exigui animi, puerilisque levitatis fuerit; Aegyptia regna amasse. Facilis dixit Moyses cum Apollolo: *Cum essem parvulus* &c. Incert. Auth.

Naturali instinctu quilibet concupiscit magna; utpote à Deo conditus magnus. S. Laurent. Just. l. de contemptu Mundi. c. 10.

Nihil aliud magnum in rebus humanis; nisi animus magna despiciens. S. Martinus Bracar. Ep. de veravirt. c. 2.

Qui ab externis rebus praestantiam sibi comparare nititur, perinde facit, ut ii solent, qui, cum staturâ breves sint, acceptis grallis, duobus, & eò amplius interdum cubitis, crescunt. Quod sepius hominibus usu venit, quoties opum,

aut potentiae, adjumentò apparere ceteris praestantiores volunt; quae tamen praestantia non est. Is enim praestans, & excelsus, est; qui nullius horum eget; sed omnia ista parvi pendit; & in seipso habet magnitudinem. Isidorus Clarius l. 1. or. 7. in die Ciner.

§. II.

Magnitudo corporis.

Fuit Saul procerus, & quasi gigas. 1. Reg. 10. 25. sic procerus Salomon. Cant. 5. 15. Cornelius in 1. Reg. 10.

Induit Saul David vestimentis suis. 1. Reg. 17. 38. Hinc patet, Davidem fuisse procerum; alioquin enim Saulis proceri vestes, & arma, illi aptari nequissent. Idem hic.

Omnis homo, dum sui corporis pulchritudinem concupiscit, procerum se esse exoptat. S. Chrysol. S. 163.

Quidam sarcasticè dixit de magnis: superiora magnarum aedium non inhabitari. Masenius l. 2. arguit.

TITULUS. IV. MALI.

§. I.

Profunt bonis.

Ex Veteri.

Major serviet minori. Gen. 25. 23. Tropologicè: mali serviunt bonis; tyranni Martyribus: quia fabricant coronas aeternas. Cornelius hic.

Gabaonita Jos. 9. 27. qui ex alia stirpe erant à filiis Israel, ministrabant in templo, ligna, & aquam portantes in officium sacrificiorum. Sic impii, qui ex aliena stirpe sunt, nempe diaboli, ligna, ac cruces, subministrant bonis; ut holocausta de se offerant. Diez amor inimicorum.

Sicut novacula acuta fecisti dolium. Pl. 51. 4. Ecce quid faciunt sanctis mali: capillos radunt. S. August. hic. Qui quidem capilli non superflue facti sunt à Deo in corpore hominum; sed ad aliquod ornamentum: tamen, quia sine sensu praeceduntur; illi, qui adherent Deo, sic habent ista terrena, sicut capillos. Id. ib. Omnis malus, aut ideo vivit, ut corrigatur; aut ideo vivit, ut per illum bonus exerceatur. Id. in pl. 54.

Qui stultus est, serviet sapienti. Prov. 11. 29.

Ex Patribus, & aliis.

Per ipsos, in quibus est malitia, claros, & probatos, efficit eos, qui ad virtutum gloriam tendunt. Nam si perimeretur malitia, non esset utique, qui contrariet virtutibus. Virtus autem, non habens aliquid contrarium, non claresceret; nec splendidiore, & examinatio fieret. Non probata verò, nec examinata virtus; nec virtus est. Origenes hom. 14. in Num.

Ex malorum consideratione decus bonorum lucidius indicatur. Idem hom. 1. in Gen.

Hanc Deus bonorum, ac malorum, voluit esse distantiam; ut qualitatem boni ex malo sciamus; item mali ex bono: nec alterius ratio sublatò alterò potest intelligi. Deus ergo non exclusit ma-

lum; ut ratio virtutis constare possit. Quomodo enim patientia vim suam, nomenque, retineret; si nihil esset, quod pati cogere? Quomodo laudem mereretur devota Deo suo fides; nisi esset aliquis, qui à Deo vellet avertere? nam ideo potentiores esse injustos permittit cogere ad malum possent: ideo plures, ut virtus esset pretiosa. Lactantius. l. 5. div. instit.

Abel esse reuiv, quem Cain malitia non exerceat. S. Gregor. mor. l. 20. c. 29.

Mali bonos magis ab hujus mundi desideris expediunt, dum affligunt: quia dum multa eis hic violenta ingerunt, fessinare illos ad superna compellunt. Id. mor. l. 26. c. 9.

Nunc vivit impius pio: sed sicut lima non habet locum planato ferro; ita post consummationem justorum non erit locus impiis. V. Beda in Pl. 36.

Quod fornax facit auro, vel paleae; quod lima ferro; hoc impius facit pio. Nam sicut palea incineratur, aurum verò purgatur; sic in persecutione justus fit justior, & sordidus sordidior. Id. ib.

Cum Deus praesciret, eos (angelos malos) tales futuros, quare creavit eos? Propter ornatum sui operis: ut enim pictor nigrum colorem substernit, ut albus, vel ruber, pretiosior sit; sic collatione malorum justis clariores fiunt. S. Anselmus in Elucidario.

Mali vivere permittuntur ad bonorum probationem; ut eorum moribus exasperati patientiae fructu remunerentur. Rosa suaviter redolet; pulchra est visu, lenis tactu: & tamen non crescit, nisi inter spinas; quae sunt asperae tactu, deformes visu, nihil redolentes. Sic etiam boni, & justii, homines; licet lenes sint patientia, pulchri moribus, suaves bono exemplo; non tamen possunt proficere, vel probari, nisi inter malos. Quandoque etiam spina defendit rosam, ne carpatur ante maturitatem: sic mali occasio sunt bonis; ne excedant in peccatis: quandoque per eorum malitiam refranantur; ne immoderatè lætitiâ, vel alio peccatò, dissol-

diffolvantur. Nunquam etiam servatur vinum bene in bonitate sua, nisi in foce: nec boni, & iusti, in virtutibus stare, & proficere, possunt; nisi probentur tribulationibus, iniquorum persecutionibus. Dixit B. Virgo S. Brigitta Revel. l. 1. c. 22.

Fabri sunt mali, qui tribulant modò bonos in igne tribulationis. Hugo Card. in Gen. 1. Latiores esto, quoties displices malis; & malorum de te exultationes malas verè tuæ laudationi adscribe. S. Martinus Bracar. de vera virtute c. 3.

§. II.

Mali immixti bonis.

Fur erat. Joan. 12. 6. Quale Collegium, qualis societas, qualisque congregatio, munda erit, sinè iniquitate manebit? si Christi Collegium saltè habuit unum reum, qui velamentò virtutis tendebat in vitium, specie misericordiae augebat miseriam; aliis videbatur intendere, qui seipsum ex toto deseruerat. Simon. Casti. l. 9. c. 34.

Boni soli nunquam sunt, nisi in cælo; & mali soli nunquam sunt, nisi in Inferno. Hæc autem vita, quæ inter cælum, & infernum, sita est; sicut in medio subsistit, ita utrarumque partium civis recipit. Ob hæc causam Sancti Patres comparant Ecclesiam utero Rebecca, quæ tulit Jacob Deo dilectum, Esau autem odio habitum. Jam horto Cant. 2. in quo lilia inter spinas: arcæ Noe, in qua homines, & pecora; corvi & columba: agro, in quo triticum, & zizania: Sagenæ missæ in mare; in quo boni, & mali, pisces. In familia Adæ, Abel iustus, & Cain fraticida. In domo Noe, Sem, & Japhet cum Cham: in domo Abrahæ Isaac & Ismael: in Isaac domo, Jacob, & Esau: in domo Jacob Joseph cum fratribus venditoribus: in domo David Ammon & Absolon: in electis Apostolis Judas. de Ponte l. 1. tr. 3. c. 3. de perfect. hom. Chr.

§. III.

*Mali patienter tolerandi.**Ex Veteri.*

Adam ubi es? Gen. 3. 9. Adnotat autem Moyses: cum audissent vocem Domini Dei deambulantis in paradiso ad auram post meridiem. Cur ad auram? Abulen: ad auram, id est, contra auram: quia qui contra auram, id est, ventum movetur, tardius movetur. Cur autem Dominus tardus movetur, cum exigere Adam pro debito occurrit? quia exactio validior est expectante patientia Creditoris. Escobar l. 6. Parab. Chr. Obl. 4.

Ex cunctis animantibus carnis universæ bina induces in arcam, ut vivant tecum. Gen. 6. 19. Noe vivens inter animantia solatio sit ad patientiam probis cum improbis degentibus; præsertim Prælati, qui sub eodem tecto, intrâ eandem arcam familiæ religiosæ, versantur cum subditis; in quibus adhuc sylvescit animalis homo; qui non sapit, quæ Dei sunt. Fernandus hic Sect. 3.

Eccce constitui te Deum Pharaonis. Exod. 7. 1. Cur non dicitur, Deus constitutus elementorum? nam super illa quadam divinâ potestate eminebat. Aquas per medium divisit, easque in sanguinem convertit: percussus pulvere terræ fecit sciniphes in universâ Egypto: aerem tenebris replevit: ignem missò Arone cum thuribulo repressit. Et

Pharæ tamen ei resistit? R. Moyses positus est à Deo, ut elementis imperaret, ac Pharaonis malitiam in multa patientia sustineret: divina autem potestas in Moyse magis patebat eâ sufferentiâ, quàm iussione, & imperiò in elementa. Oleaster: expende, quæso, quanta sit dignitas S. Moysis; quem Deus sic evexit, ut Deum Pharaonis constituerit: & similiter, quanta sit prudentia ejus & misericordia; ut non eum statim occideret, sed patientiâ quasi Dei tulerit, & monuerit. Sylveira in Luc. 10.

Non sicut tu vis &c. 2. Reg. 18. 14. Expectat post tot admonitiones Deus; expectat David pater. Escobar. t. 3. Colloqu. Chr. Obl. 8.

Calamum quassatum non conteret; & linum fumigans non extinguet. Il. 42. 3. S. Hieronymus per calamum accipit tibiam, sive fistulam: quæ prius canora; cum quassatur, hiulecum edit sonum; ideoque abjicitur. S. Matthæus calamum exponit arundinem. Delrio adagio 772. per linum accipit ellychnium, ex lino caligans flammâ nondum dominante, vel jam evanescente. Unde & Syrus per linum accipit *lucernam*. Significatur his duobus proverbis summa Christi mansuetudo. Homines enim calamum quassatum abjiciunt, quia inutilis est; & quia tenentem suis fracturis & aculeis, pungit, & lædit. Similiter linum, sive ellychnium fumigans, nec ardens: quia nocet & oculis, & naribus fœtore; mox extinguunt. Christus verò tantæ erit patientiæ, ut neutrum faciat; infirmos, & imbecilles in fide, spe, & charitate, non abjiciet: nec eos clamose increpabit; sed suâ mansuetudine eos sustentabit, fovebit, sanabit, & accendet. Ita Hieron. Cyrill, Hilarius, Procopius, Dicat hic à Christo Christianus, patienter ferre mores, infirmitates, & vitia, proximorum. Cornelius hic. Qui peccatori non porrigit manum, nec portat onus fratris; quassatum calamum confringit. Qui scintillam fidei contemnit in parvulis, lignum extinguit fumigans. Id. in Matth. 12.

Ex Novo & Patribus.

Vis imus & colligimus ea? non. Matth. 13. 28. S. Chrysol. hom. 30. hic. Multi tantâ poenientiâ compuncti sunt, ut, cum antea perversi essent, electissimi postea inveniantur. Propterea zizania iussit dimitti; ut poenientiæ tempus præberetur. Paulus, Publicanus, Latiores, cum prius zizania essent, in optimum triticum mutati sunt: quæ quidem mutatio in feminibus impossibilis est; & in voluntate facilis, atque procliva. Oliva, t. 2. conc. 2. in festo Imm. Concept. Fieri potest, ut qui hodie sunt Zizania, cras sint frumentum. S. August. l. 46. de divers. Datur locus poenientiæ, non citò amputandus frater: potest enim respicere. S. Hieron. Multi primò Zizania sunt: qui, nisi patienter, cum mali sunt, tolerentur; ad laudabilem mutationem non perveniunt. Itaque si evulsi fuerint, simul eradicator & triticum; quod futuri essent, si parceretur. S. August. apud Escobar t. 6. Par. Chr. Obl. 1. Si Zizaniis patientia Dei non subveniret; nec Matthæum de Publicano Evangelistam, nec Paulum de persecutore Apostolum, Ecclesia possideret. S. Chrysol. l. 97.

Patientiam habet in me. Matth. 18. 29. Citius debita recipit, qui patienter expectat; perdit

impatiens exactor. Tertull. de patientia: illum prodigum filium patientia patris, & recipit, & vestit, & pascit, & apud impatientem fratrem excusat. Escobar t. 6. Par. Chr. Obs. 4.

Samaritani illi, quos Apostoli Luc. 9. 54. coelesti igne consumptos videbant, veniente Spiritu S. fuerunt in suscepta fide primi. Actor. 8. 5.

Si boni estis, quamdiu in hac vita subsistitis, æquanimitè malos tolerare debetis: nam quisquis malos non tolerat, ipse sibi per intolerantiam suam tellis est; quia bonus non est. Abel enim esse re-

nuit, quem Cain malitia non exercet. S. Gregor. hom. 38. in Evang.

Homines bonos imitare, malos tolera, omnia: quoniam nescis, quid eras futurus sit, qui hodie malus est. S. August. lib. de catechiz. rud. cap. 27.

Ego nec culpâ careo; nec amicos, qui culpâ careant, quero; nec enim nanciscor. Nam qui, ob exiguum vitium, maximam etiam virtutem parvipendunt, nec res humanas considerant, nec Paulô morem gerunt admonenti: *alter alterius onera portat*. S. Isidorus Pelus. l. 3. ep. 410.

TITULUS V. MANSUETUDO.

§. I.

Symbola, allegoria.

Ex Veteri.

In finem pro populo, qui à Sanctis longè factus est. Titulus hic præfixus est Psalmo 55. S. Hieron. legit: victori pro columba muta. Glossa ait: Columba, quia fuit sine amaritudinis felle: quia Saullem persequentem ad mortem bis salvavit à morte. Pierius l. 22. Hominem nequam iracundum ostendere volentes, columbam pingebant. Vatablus hic David columbam taciturnitatis, & mutam, appellat; quòd Dei voluntati omnia commiserit; nihil suis adversariis respondens. Arcones in II. Exposit. 2. Disc. 3.

Æstatem, & ver, tu plasmasi ca. Pl. 73. 17. Per hæc tempora significat Fideles, diversâ morum qualitate pollentes. Alii enim sunt tanquam ætas, fidei calore ferventes, ad Martyrium usque perducti. Alii mansuetudine temperati, tanquam ver, æquabili Domino devotione famulantes. Casiodorus hic.

Sicut lilium. Cant. 2. 2. Est & mansuetudo lilium, habens innocentia candorem, & odorem spei. S. Bernardus f. 70. in Cant.

Mel & lac sub lingua tuâ. Cant. 4. 11. Sponsam laudans sponsum ajebat. Olim infantulis recens lustratis lac melli mixtum in os inferebatur, teste Tertullianô libro de cor. mil. qui ritus monebat mansuetudinis.

Tibia, & psalterium, suavem faciunt melodiam; & super utraque lingua suavis. Eccl. 40. 21. q. d. Sermo suavis magis mentem afficit, & delectat, quàm melodia instrumentorum musicorum. Sermo enim suavis secum quasi vehit mel internum, & suaviter animæ, à qua promanat; eamque defert in aures & cor audientis. Pierius hierogl. 7. de cervo c. 1. tradit: cervum, licet fugacissimum animal, ita melodiâ delectari; ut consilens capi se, necarique, patiat. Cornelius hic.

Butyrum, & mel comedit. II. 7. 15. Origenes hom. 2. in II. Emmanuel but. & mel manducat, & quarit ab unoquoque nostrum butyrum manducare. Opera nostra dulcia, sermones nostri suavissimi, & utiles mella sunt; quæ manducat Emmanuel. Si verò sermones nostri amaritudine pleni sunt, irâ, contentione; dedit in os meum fel;

& non comedit ab his sermonibus Salvator. Cornelius hic.

Ex Novo, & aliis.

Vidit Spiritum Dei descendentem sicut columbam. Matth. 3. 16. Non incongruè ad indicandum agnum venit columba: quia nihil melius agno convenit, quæ columba. Quod agnus in animalibus, hoc columba in avibus est: summa utriusque innocentia, summa mansuetudo, summa simplicitas. S. Bernardus f. 1. in Epiph. D.

Ecce rex tuus venit tibi mansuetus, sedens super asinam. Matth. 21. 5. Jumenta vult habere Dominus. Esto jumentum Domini, id est, esto mansuetus: sedet ille super te, ipse regit te; noli timere, nè offendas, & eas in præceptis Pullus asini es; sed Christum portans. S. August. in Pl. 33. *Venit tibi mansuetus*: qualis ipse est, talem te esse vult; mansuetæ jugum ejus portare, ut & ipse sedet super te asinam suam, & pullum filia subjugalis; Drogo Ost. de Sac. Pass.

Erunt præva in directâ. Luc. 3. 5. *Aperæ in vias planas* immutantur; cum immites, atque iracundæ, mentes, per refusionem supernæ gratiæ ad lenitatem mansuetudinis redeunt. Escobar t. 3. Coll. Chr. obs. 4. hic.

Vade, lava in Natatoria Siloe. Joan. 9. 7. Cur Christus cæcum illuminaturus, misit eum ad fontem, seu piscinam Siloe? sicut *aque Siloe vadunt cum silentio* II. 8. 6. sic Christus est lenis, mansuetus, & agnus. Cornelius hic. Est mitis, tanquam culcitra mollis; quæ dura suaviter recipit, & in ea animus leviter & suaviter requiescit. S. Bernardus f. 3. de octo beat.

Scopulus. Lem. *Immotus frangit.* Quietis, & mansueti, animi Symbolum. Lipsius lib. de una relig. ut scopulus insilientes undas sine ullô motu suo frangit; sic nos convitatores, sine acerbitate, aut ira. Picin.

§. II.

Mansuetudo regia virtus, apta regimini.

Vives in gladio. Gen. 27. 40. Præceptam à fratre benedictionem novit Esau; ulteriorem tamen sibi summis precibus, & magnò-ejulatu, flagitabat: *vives in gladio, & fratri tuo servies*: hoc est, semper armatus incedes, & hostibus tuis terroris eris; multum viribus valebis. Quid ergo hinc inferet? certè fratrem tuum subjugabis, tibi servire coges. Sed longè aliter pater moriturus intulit

intulit, fratri tuo servies. Nemp frater tuus lenis est moribus; sed hac ipsa lenitate robor, & arma, superabit. S. Ambros. l. de Jacob c. 7. Domina est crudelitatis pietas, & mansuetudo ducis motibus præstat. Pinna Eth. 67.

Memento, Domine, David & omnis mansuetudinis ejus. Pl. 131. 1. Mansuetudo non est contraria iusticiæ; imò soror est zeli honoris Dei: & qui facile tolerat injurias proprias, quod est mansuetudinis; aptior est ad vindicandas injurias Dei, & proximi: tum quia omnes vident eum non moveri ex affectu proprio, sed ex solo iustitiæ zelo; tum quia, oblitus quodammodo sui, totus occupari potest in Dei honore quaerendo, & propugnando. Hinc ratio redditur, cur Moyses, & David, mitissimi, Rectores populi constituti. Bellarm. hic.

Sedes ducum superborum destruxit Deus; & sedere fecit mites pro eis. Eccl. 10. 17.

Emitte agnum Domine dominatorem terræ. Il. 16. 1. & Joan. 1. 32. Et hic videt spiritum Dei descendentem de celo sicut columbā. Quid agnus, quid columba, ad dominandum, ad subjiciendum orbem? Agnina, ac columbina mansuetudo, & lenitas, valde potens est, ad rabidos leones, & rapaces aquilas, domandas. Prudentius hymnò 3. agnus enim vice mitificā, ecce leonibus imperat; exagitansque truces aquilas fidere lapsa columba fugat. Sylveira in Matth. 3. v. 16.

Beati mites, quoniam ipsi possidebunt terram. Matth. 5. 4. Syr. hereditatis iure possessuri sunt terram. S. Chrysost. mitis propria putatur amittere: contrarium Dominus pollicetur dicens: quod ipse mitis sit, qui tunc cuncta possideat. Sylveira hic.

Nolite timere pusillos grex, quia complacuit Patri vestro, dare vobis regnum. Luc. 12. 32. Quid regno cum grege? num oves aptæ sceptris? cur non Apostolos, non discipulos, non duces Christiani exercitus vocavit, in auguraturus eos ad regnum? Nimirum non bellando, sed patiēdo; regnum caelorum invaditur: nec milites, sed oves, tantum occisionis Pl. 43. 22. occupant regnum. Agnus enim occisus ab origine mundi dignus est accipere regnum. Apoc. 13. 8. Gregem post Apostolicum coetum vocavit tum maxime, cum eum ad regnum provehebat; testatus, ovium potius mansuetudine Ecclesiæ thronum statutum, quàm dignitate, fastuque principis. Oliva l. 13. Strom. Luc. 12. 32.

Mansuetudo est virtus regia. S. Ambros. l. 1. hexam.

§. 3.

Mansuetudo corrigit efficaciter, & convertit.

Ex Veteri pleraque symbolice.

Tollat unusquisque agnum per familias & domos suas. Ex. 12. 3. Cujus interventu Pharaò statim dimisit populum; Moysen revertit ab eo benedictionem petiit. v. 32. *abeuntes benedicite mihi.* Unde ferox bestia sic mansuefacta? unā agni presentia. Rupertus l. 2. in Joan. per immolationem agni Pharaò quondam superatus est, & Israelitarum servitus soluta; quod per manum Moysis, & Aaron, plagis

Polyantb. Sacr. Tom. II.

inmissis perfici non poterat. Sylveira addit, in Evang. Matth. 10.

Percutiens virgā bis siliem, egressæ sunt aquæ largissima &c. Num. 12. 11. Cassiodorus l. 4. var. ep. 3. ad implendum miraculum inde fecit currere humidos liquores, ubi erat sicca durities. Nota: ad implendum miraculum. E quo capite illud mirum? ex eo, quod lapis flagellatus virgā aquas emitteret: Non enim solet subditus ad obsequium adduci, cum Præsul rigide extorquet, quod suavitate verborum efficeret. Id. ib. l. 2. Obs. 1.

Loquimini ad petram coram eis, & illa dabit aquas. Num. 20. 8. Petra virgā percutitur. Dominus autem iratus ait: *non introducatis hos populos in terram, quam dabo eis v. 12.* Cur Dominus irascitur? S. Nyssen: Dominus irascitur Moysi; quod, cum jubetur populum in concionem vocare, coramque petram alloqui, aliò divinæ potentie instrumentò usus est. Ut aquas educas ex lapideo petore, peccatoris, in fontem lacrymarum convertendo, verba blanda sufficiunt; non opus virgæ percussione. Escobar t. 3. coll. Chr. l. 9. Obs. 4.

Tulit autem Samuel agnum lactentem unum. 1. Reg. 7. 9. Agnum lactentem nonne sacrificas ut Philisthæos pestumes? cur non leonem immolas? non taurum? quid agno cum cædibus. Docuit Ecclesiam suam, de hostibus suis non cædendo, imò cedendo, triumphare. Non rugitu hostes terret, sed mansuetudine: cujus ut vires videas; cum agnus immolaretur, intonuit Dominus, & pecudis balaru in tonitru mutato, Philisthai fugerunt. Oliva l. 10. Strom. 16.

Facta est manus Domini super Philisthæos cunctis diebus Samuelis. 1. Reg. 7. 13. Agnus cæsus à Samuele occidit leones, cæsi sunt à filiis Israel. Oliva l. 10. Strom. 5. Puer autem erat minister.

David autem psallebat manu sua. 1. Reg. 18. 10. Quid per Saullem, nisi elatio potentium? & quid per David innuitur, nisi humilis vita Sanctorum? Cum ergò Saul ab immundo spiritu arripitur, David canente ejus vesania temperatur: quia cum sensus potentium per elationem in furorem rapitur; dignum est, ut ad salutem mens, quasi dulcedine citharæ, locutionis nostræ tranquillitate revocetur. S. Gregor. l. past. cura p. 3. c. 3.

Incubuit super puerum. 4. Reg. 4. 34. Is, quem terroris virga suscitare non poterat, per amoris spiritum ad vitam redit: dumq; se parvulo accommodavit, & composuit; facile crevit, & suscitavit. B. Petrus Dam. l. de cont. sac. c. 28. Nobile est cor humanum; facilius ducitur, quàm trahatur. Hugo Card. in c. 9. Job. Non potuit Giezi cum baculo puerum suscitare, quem Elifeus facile humili inclinatione suscitavit. Escobar t. 3. Coll. Chr. Obs. 4.

Tribue sermonem compositum in ore meo in conspectu leonis. Esth. 1. 13. Ut posset femina leonem convertere in agnum, petit compositum sermonem. Quid autem sermo compositus? Dionys. Carth. sermo ornatus seu audienti bene places. Escobar. ib. l. 9. Obs. 4.

B

Catulis

Catuli leonum rugientes, ut rapiant. Pl. 103. 21. Quid actum putas? ut rapaces abigerentur? an fulguribus, ac tonitruis, cœlum rugit? fulsit; non fulmina, sed lucem emisit; & orbis rapinis, ac lanienis, expiatus est! v. 22.

Orrus est sol, & congregati sunt, & in cubilibus suis collocabuntur. Ut cœlum fulsit, vicit: nimirum inest vis magna clementiæ; quæ, dum mulcet, frœnat. Oliva l. 3. Strom. §. Stantes ante Thronum.

Emitte verbum suum, & liquefaciet ea. Pl. 147. 18. Non igne glaciem dissolvit; non æstu, sed verbò. Quàm blandè agit cum impiis, Deus! obduruit in morem crystalli fons olim aquæ vivæ; abstinet omni violentiâ solis, & flammæ, solùmque verbum præficit glaciæ dissolvendæ. Id. t. 2. Strom. hic.

Oculi ejus sicut columba. Cant. 5. 12. ait sponsa. *Oculi ejus tanquam flamma ignis.* Apoc. 1. 14. ait Joannes. Columbâ quid mitius? flammâ quid sævius? falleris. nil sævius columbâ, quæ osculando corda perfidorum pervadit, mollitiâque ad se convertit. David non balistis, non hastis, non fuste, malum Saulis spiritum compressit; sed lyrâ. Id. l. 3. Strom. §. Stantes ante thronum.

Non est circumligata, nec curata medicamine, nec sota oleo. Il. 1. 6. Ideò scias livorâ, plagæque tumenti, non ignem, sed oleum defuisse dolet. Aderat fortè scalpellum, quò ulcus incidetur; sed fasciâ, non incisurâ, operabat; oleum petit, non flammam. Id. l. 1. Strom.

Oravit Jonas ad Dominum Deum suum de ventre piscis. Jonæ 2. 1. Terruit Jonam Dominus, commotâ in eum tempestate; sed terrore non ad orandum, sed ad stertendum, impulsus. Oravere in navi nautæ; nec tamen Jonas oravit. Ubi verò à pisce haultus, tentorium sibi paratum sensit in monstro; mox benignitate Domini in preces effusus est. Id. l. 2. Strom. §. aperi mihisoror.

Ex Novo, & aliis.

Ecce, ego mitto vos sicut oves in medio luporum. Matth. 10. 16. Quid ove mansuetius? quid verò lupò agrestius? hic tamen ab illa superabitur: nihil enim mansuetudine potentius, nil lenitate validius, ac firmius. S. Chrysol. in Pl. 120. Volo vos mansuetos esse, sicut oves; & sic magis vincere. Theophylactus. Quia fortissima armatura est mansuetudo; ideo dicit: sicut agnos inter lupos; id est, sicut pios, humiles, & mansuetos, inter impios, superbos, & malignos. S. Bonavent. in Luc. 10.

Ecce rex tuus venit tibi mansuetus. Matth. 21. 5. Mansuetus venit; ut subditos homines facilius ad se trahat. Dixerat Dominus: *invenietis asinam, alieatam; solveite, & adducite mihi.* Nihil difficilius, quàm illigatum peccatorem ad Dominum adducere; eique subditum reddere, qui multis Dominis subdebatur. Ideò dicitur: *ecce rex tuus venit tibi mansuetus.* Dum mansuetudinem ostendit Dominus, asinam subditam regit, & ducit. Escobar t. 3. coll. Chr. l. 3. Obl. 4.

Messis quidem multa. Luc. 10. 2. 3. *Ecce ego mitto vos sicut agnos.* Agni messorum Domini sunt: quia mansuetudine potissimos col-

ligimus ex auditoribus fructus. Non ira, non indultia, non fortitudo; sed agni mansuetudo, immittitur in messem Domini, ut fruges metat. Oliva l. 13. Strom. hic.

Infundens oleum, & vinum. Luc. 10. 34. Sæpe flebit humanitas, quos nec virtus poterit superare, nec ratio. Denique Dominus illum hominem, qui ex Jericho descendens incidit in latrones; quem non asperioribus legis medicamentis, non prophetico rigore, curaverat; oleo curavit, & vino. S. Ambros. l. 2. de fide ad Gratian. c. 4. Prius oleum, dein vinum: oleum blandè fovet, tumorem demulcet, & austeritatem nescit; vinum acrius urit, vivaciùs mortet. Naxera in Jos. 19. §. 20.

Nolite timere pusillus grex. Luc. 12. 32. Acquisivit humilitas, superbia quod amisit; & grex pusillus, ac mitis totas, & varias, edomuit propriâ mansuetudine feritates. Pusillus grex vicit, ac fregit, tot genera bestiarum, quot diversitates subdidit jugo Christi nationum. Grex pusillus, ac mitis, diu contentus occidi, diu devorari passus est; donec Gentilis sævicia sanguine satiata, vel carnibus, Evangelici pabuli suavitate, & divini fontis fluenta degustans, totum contagium sæculi evitaret, & passum: atque in hominem rediret ex bestia, qui ex homine fuerat delapsus in bestiam. S. Chrysol. l. 21.

Fili, tu semper mecum es. Luc. 15. 31. Furebat, & fremebat, major natu filius recepti nuntio fratris à patre. Videbatur à saginato vitulo, quò frater recreabatur, in pardum effertus, parentem cum filio voraturus. *Nunquam dedisti mihi baculum.* Quò putas sævitiâ tantam repressit pater, fuste, an ense? *fili &c.* sentiat quisque quod vult; ego pluris facio sententiam ingrandiorem, quàm commiserationem in prodigum juniorem. Facile est parenti filium amplexari lacrymantem; ac furem, non modò non arguere, sed filium vocare; arduum æquè ac rarum est. Delinitus ita est fur primogeniti his patris illecebris; ut nè mustitaret, aut de vitulo, aut de fratre. Oliva l. 1. Strom. Descendit, & lavit.

Ecce agnus Dei; ecce qui tollit peccatum Mundi. Joan. 1. 29. Mira res! Christus & leo est: pugnaturus tamen cum scelere, & illud fugaturus, non rugit ut leò, sed blanditur ut agnus. Resorbe, quæso, frementes rugitus tuos, si vitam peccatoris optas, & non mortem: agnus peccatum tollit, non leo. Id. l. 4. Strom. hic.

Domine, da mihi hanc aquam. Joan. 4. 15. Hydram sex capitum, non igne, ferroque, extinguit Dominus, sed frigida perfundit; ut ex hydra hydria fiat aquæ salientis in vitâ æternam. Fautior hæc Cæna est, ubi sine discipulis suis Jesus vinum luxuriæ in aquam vertit fecundissime castitatis: nam quæ prolem nullam susceperat è tot viris, uni desponsata numini urbem integram peperit Christo. Id. l. 6. Strom. hic.

His auditis compuncti sunt corde. Act. 2. 37. Cur Petrus non rigidè, sed blandè, ac suaviter, se habet cum Judæis, pro gravissimo peccato mortis Filii Dei? S. Chrysol. hom. 7. in Acta: reveriti sunt Petri mansuetudinem: qui his, qui Dominum suum crucifixerunt, & contra ipsos clamârunt,

clamârunt, tanquam pater; ac magister, curam gerens loquebatur; obediunt, ac seipfos condemnârunt; seneruntque, quod fecerant. Mansuetudine ad eos devinxit? Sylveira hic q. 32.

Deposuerunt vestimenta sua secus pedes adolescentis, qui vocabatur Saulus. Act. 7. 57. *Iustus de angustia liberatus, & tradetur impius pro eo.* Prov. 11. 8. B. Stephanus de angustia huius miseræ vitæ est liberatus; & Paulus, qui tunc erat impius, pro eo ad angustias tolerandas est traditus. Christus enim bonus Pastor per ovem lupum cœpit; & eum non solum ovem, sed etiam ovibus pastorem præfecit. Stephanus enim ut ovis mansuetus erat; Paulus sæviebat ut lupus inquietus: sed cum ovis occubuit, Pastor pro ea lupum restituit. Paulus quippe pro grege Christi post sanguinem suum fundebat; qui prius in nece Stephani consentiebat. Act. 7. 59.

Ego sum Jesus. Act. 9. 5. Cur non ait, ego sum Deus, vel Filius Dei, sed Jesus tantum? Petrus Bles. f. de convers. S. Pauli: poterat expressisse, quis esset, majestaticis, & terribilibus, verbis; ut diceret: ego sum Deus ultionum. Pl. 9. 1. &c. his noluit uti; sed lenitate, ac mansuetudine eum suaviter allicit ad fidem, & spem; propositio nomine JESU, qui est mitis, & humilis corde. 2. Sub Salvatoris nomine vult maxime cognosci, & manifestari: nam Dei nomine significatur ejus majestas, quâ nos creavit: Salvatoris verò, ejus beneficentia, & pietas, quâ nos redemit. Sylveira hic q. 10. Adductus est ad Ananiam. Act. 9. 10. Et *Ananias* interpretatur *ovis*. Lupo sævitia interdicitur; lupus ad ovem captivus adducitur. Ab Agno pro ovibus mortuo fit ovis secura de lupo. S. August. 3. 14. de Sanctis.

Si preoccupatus fuit homo in aliquo delicto, vos, qui spirituales estis, huiusmodi instruite in spiritu lenitatis. Galat. 6. 1. *Infruite*, non coercete. Cur? quia homo est, ratione, non titione, corrigeret. Væ Ecclesiæ Domini, si ad Joannis, & Jacobi, diras, Samaria conflagrasset; Careremus Samaritanæ hydrîæ, Samaritani oleo, Samaritanorum in Christum fide. Oliva. 2. Strom. §. aperi mihi Soror.

De ore ejus gladius utraque parte acutus. Apoc. 1. 16. Cant. 5. 13. *labia ejus lilia.* Uter horum hallucinatus est? eâne, quæ florem speclavit in labiis? an quiensem in ore ejus conspexit? neuter: non quod uno ore flos, & ensis, prodire possit; sed quod ipsum liliam simul sica sit: una, eademque clementia dum fragrat, ferit. Quæ scandala non tolles rugiendo, sublata gratulaberis blanditiis tuis. Oliva 1. 3. Strom. §. Stantes ante thronum.

Aqua dulcis magis idonea est, quam salsa eluendis maculis. Macrobius 1. 6. Saturn. c. 3.

§. IV.

Mansuetudo placat, & reconciliat, iratos.

Si contra Deum fortis fuisti, quanto magis contra homines prevalebis? Gen. 32. 28. Totum hoc factum est, ne formidinem ex anima justî eximeret, & persuaderet ei, ut citra angorem fratri occurreret. Hæc audientes, inaitemur justum illum; & si qui sunt, qui malè nobis afficiuntur, non magis eorum accendat.

Polyanth. Sacr. Tom. II.

mus iram; sed magnâ mansuetudine, & humilitate tam verborum, quam operum, reprimamus eorum inimicitias, & afflictas, eorum curamus animas. Non potest igne ignis extinguî: repugnat enim hoc naturæ: sic neque furor furore aliò domatur unquam. Verum quod igni est aqua; hoc est ira mansuetudo, & mititas. S. Chrysof. hom. 58. in Gen.

Quem persequeris Rex Israel? &c. 1. Reg. 24. 15. *Levavit Saul vocem suam, & flevit.* 1. Reg. 24. 17. S. Chrysof. hom. 3. de David, & Saul: ex homicida fecit patrem; ex lupo ovem. Fornacem iracundiæ multò implevit rore; tempestatem vertit in tranquillitatem; atque tumorem omnem exaltantis animi irâ perfrinxit.

Nunquid vox hæc tua fili? &c? 1. Reg. 24. 17. Vide, quàm efficax fuerit vox Davidis, quàm potens humilitas, & incensa charitas; quæ adamantinum cor Saulis confregit, ac mite, placidum, reddidit, & in lacrymas amoris solvit. Cornelius hic.

Lingua mollis confringet duritiam. Prov. 25. 15. S. Chrysof. vertit. Sermo mollis confringit ossa. & ait S. de Davide & Saule: quid osse durius? & tamen quis aquæ durus sit, & rigidus, atque præfractus, nihilominus facile vicerit, qui illum mansuetè tractat.

Sicut liliam inter spinas. &c. Cant. 2. 2. Sed vide, quò nomine mulieres illas, spinas, & sentes, vocet. Cant. 1. 4. *nigra sum, sed formosa, filia Jerusalem.* S. Bernardus 125. in Cant. Hæc igitur ratio, cur sponsa filias Jerusalem dicat eas ipsas, quas malevolas sustinet; atque maledicas: videlicet, ut blandò sermone deliniant murmurantes, commotionem sedet, livorem: scriptum est enim, lingua pacifica compefcit lites. Didacus Niss. Pol. Coel. p. 2. 1. 6. c. 3.

Non potest igne ignis extinguî: repugnat enim hoc naturæ: sic neque furor furore aliò demulceri poterit unquam. Verum quod igni est aqua, hoc est ira mansuetudo & mititas. S. Chrysof. hom. 58. in Gen.

Sicut rogam, cum valdè accenditur, aqua injecta restinguit; ita & animum, camino magis exardescentem, verbum cum mansuetudine prolatum extinguit. S. Chrysof. hom. 58. in Gen.

Neque ferrum ignitum, & aquæ intinctum, ita statim calorem amittit; sicut si incidat in animam longanimitatem homo iracundus. Idem hom. 6. in Acta.

Nihil elephantem iratum ita evincit, quam agni conspectus: & nihil ita tormentorum bellicorum vim, & impetum, elidit, atque lana constipatos. S. Franc. Salef. de am. p. 3. c. 8.

Globus excussus in congeriem lanæ muro obtensam. Lem. *In molli frangitur.* Malenius.

§. V.

Mansuetudo attrahit animos, persuadet.

Faciamus hominem. Gen. 1. 26. Deus in creatione hominis non usus est imperandi verbò *fiat*, quò ad alia creanda usus; sed verbò suavi *faciamus*: quia in rationali proptia, & rigorosa invenitur obedientia. Ut ergo Deus ad suum obsequium hominè liberum alliceret; non imperiali verbò *fiat*, sed suavi *faciamus*, produxit; docens: cum ingentis, & ratione præditis,

B 2

non

non vi, aut imperiali voce, agendum; sed blandō & suavi alloquō. Hinc Pl. 118. 68. *Bonus es tu, & in bonitate tua doce me justificationes tuas.* S. August. f. 4. de V. Ap. legit: *suavis es tu, & in suavitate tua.* Castillo Illat. 16.

Curremus. Cant. 1. 7. Propter mansuetudinem, quæ in te prædicatur, currimus post te Domine Jesu; audientes, quod non spernas pauperem; peccatorem non horreas. S. Bernardus f. 22. in Cant.

Fili, in mansuetudine opera tua perfice; & super hominum gloriam diligere. Eccli. 3. 19.

In loquela labii loquetur ad populum. II. 28. 11. Acquire tibi dulcia labia, & habebis tibi omnes amicos. S. Isaacus Presb. l. 1. de cont. mundi c. 17.

Cum descendisset Jesus de monte, secuta sunt eam turba multa. Matth. 8. 1. Descendit Dominus de monte, id est, de majestate, rigore legis, de vindicta, de duro illo nomine, quod esset *Deus ultionum.* Pl. 93. 1. *Deus Zelotes*, vindicans peccata in quartam generationem. Ex. 20. 5. Descendit ergo Dominus in humilitatem, & mansuetudinem; & tunc turba accedunt, ac eum sequuntur: quos enim rigor, & vindicta legis non curavit; hos benignitas, & humanitas, Salvatoris sanavit. Sylveira hic q. 1.

Eccè agnus Dei. Joan. 1. 36. Cum hæc verba duo Discipuli audirent, *secuti sunt Jesum.* ib. v. 37.

Eccè agnus stabat. Apoc. 14. 1. *hi sequuntur agnum, quocumque ierit.* v. 4. Dum vocatur *Leo* Apoc. 5. 5. Nullum lego eum sequentem; sed omnes post agnum abeunt. Plus enim sibi comparavit agninam mansuetudine, quam leoninam fortitudine. Sylveira in Matth. 10. cap. 8.

S. Franciscus Salesius à morte nihil fellis habuisse compertus est; sed exiguum fellis in lapillis concreverat; qui dein auro, & annulis, intexti, iis amuleto, qui nil nisi bilem vomunt, in Vita.

§. VI.

Mansuetudo est fortis, potens.

Percussit Saul mille, & David decem milia. 1. Reg. 18. 7. Saul, homo durus, & immitis; viribus, & copiis, vix decimam partem attigit eorum, quos David lenitate sibi devinxit. S. Ambros. in Pl. 43. Ideo Saul in millibus, David in decem millibus: quia durus in paucis, mansuetus in pluribus. Pinna Eth. 67.

Ipsè est quasi tenerimus ligni vermiculus. 2. Reg. 23. 8. Virtus simul bellica, & modesta, viri designatur civilitas: quod videlicet sicut vermiculus ligni, tener quidem, & fragilis totò suo corpore, nec non & permodicus apparet; nihilominus fortissimum ligni robur exedens consumit. Sic ille affabilis omnibus domi, & quietus, atque humilis videbatur: at in certamine publico robustum se, atque intolerabilem hostibus exhibebat leonem. Vid. Beda l. 30. Quæst. q. 9.

Cornua in manibus ejus. Ibi abscondita est fortitudo ejus. Habac. 3. 4. Drogo l. de Pals. Quæ est autem fortitudo tua, nisi mansuetudo tua?

Mansuetudine, & lenitate, furorem comprimamus: nihil enim illa potentius, nihil fortius. Illa animam nostram in perpetua tranquillitate, & quasi in portu, constituit; & omnis recreationis, ac quietis, occasio nobis est. S. Chrysof. hom. 34. in Gen. Vide hic plura de mansuetudine.

§. VII.

Mansuetudo Christi.

Butyrum, & mel comedet. II. 7. 15. Quia totus erit placidus, & suavis; acli butyraceus esset, & melleus. Cornelius hic.

Nunquam ex te fructus nascatur in sempernam. Matth. 21. 19. S. Chrysofomus loquens de sollicitudine, quæ Christus Judam conabatur à scelere retrahere, dicit: Christum, quod neminem hominum punire vellet, ad ostendendam tamen Judæ puniendi potentiam, ficui maledixisse. Ut simul, inquit, terreret Discipulum, nè per contemptum fieret deterior; nec ullus tamen hominum afflictionem, pœnam, aut supplicium, pateretur; in ficuq; arborem Christus hanc potestatem exercuit. Observat ibidem: Christum, cum omnibus benefecisset, neminem tamen punivisse.

Ejiciebat omnes vendentes, & ementes &c. Matth. 21. 12. Modicum severitatis ostendit, dum ementes flagellò è templo eiecit: sed statim accesserunt ad eum cæci, & claudi, in templo, & sanavit eos. Cur ex severitate mox in benignitatem migravit? ut illam abundè compenfarer. Adde etiam: cum flagellò armatus esset, non fuisse terribilem, sed amabilem: nam à pueris, qui in templo erant, amabatur, non timebatur. Tantam enim oculis, ac totò ore benignitatem spirabat, ut pueri flagellum minime timescentes, ad eum properantes dicerent: *Hosanna Filio David.* v. 15. Mendoza in 1. Reg. 12. annot. 10. Sect. 2.

Converte gladium tuum in locum suum. Matth. 26. 52. Dominus adaptans eum ad Evangelicam vitam, docet, non utendum gladiò, etiam si quis Deum ulcisci videatur. Theophylactus hic.

Osculo Filium hominis tradis? Luc. 22. 48. Filium hominis, hoc est, mansuetum, lenem, morigerum; propter te factum hominem, cum Deus sit. Idem hic.

§. VIII.

Mansuetudo Moysis, & aliorum Sanctorum.

Et partem glorie tue &c. Num. 27. 20. Aliqui per gloriam accipiunt mansuetudinem Moysis, quæ eum populo mirè amabilem, & laudabilem, fecit. Oleaster vertit: da Josue partem dejectionis, vel humilitatis tuæ, q. d. doce Josue tuam mansuetudinem, ut hæc reddat eum populo acceptum, sicut te reddidit. Cornelius hic.

Nec

Nec dentes illius moti sunt. Deut. 34. 7. In hoc adjuvit eum sobria diæta, & animi tranquillitas orta ex mansuetudine. Nam, ut ait Hippocrates, animalia, quæ bile carent, longæva sunt, ac sana, fortiaque in multam ætatem. Idem hic.

Moses servus meus. Jos. 1. 2. Erat admodum mansuetus, & clemens: ob eamque causam famulus Dei dicitur; & Dei conspectu omnium Prophetarum dignissimus fuit. S. Dionys. Areop. ep. ad Demophilum Monachum de Moyse.

Discipulum, quem diligebat Iesus. Joan. 21. 20. Quid hanc præcipuam dilectionem conciliavit? Incredibilis, arbitror, Joannis mansuetudo, & lenitas; quæ remissior sæpè numero videbatur. S. Chrysof. hom. 32. in Joan.

§. IX.

Varia alia motiva.

Ex Veteri, & Novo.

Populus peculiaris. Deut. 7. 6. Pécuniam dicitur possessio pecorum mansuetorum: unde populus peculiaris idem est, quod populus mansuetus, & assuetus ad Dominum. Hugo Card. hic.

Pelle pro pelle. Job. 2. 4. Id est, patientiam, & imitationem mansuetudinis agni incontaminati Iesu Christi, rependere debemus. Petrus Cell. lib. de pan. e. 1.

Mansuetus dabit gratiam. Prov. 3. 34. S. Chrysof. mirabile Salomonis promissum. Et an iis nihil dabit gratia, qui jejuniis, castimoniam, elemosynis &c. suo se conditori commendaverunt? Imò verò dabit; sed mites erunt primi, qui optimam partem, qui totos principatus auferent in præmium. Drexelius Tob. p. 2. c. 3. §. 1.

Beati mites. Matth. 5. 4. Convenienter ponitur mititas post pauperitatem spiritus: quia humiles, & inopes, facile contemnantur, injuriasque, & multa incommoda sentiunt: idcirco maxime indigent mititate; nè ad iram, vel impatientiam, concitentur. Dionys. Carthus. hic. Verè beati mites, qui seipfos possident invariabili animò; & dominantur sibi ipsis, velut rebus, quas possident. Altius enim est, sui ipsius esse possessorem, & dominum;

quàm omnium rerum extra positaram. Simon Cals. l. 10. c. 3.

Ecce Rex tuus venit tibi mansuetus. Matth. 21. 5. Voluit venire mansuetus propter quatuor. 1. ut malos facilius corrigeret. 2. ut omnibus se amabilem exhiberet. 3. ut omnes ad se traheret, & populum sibi multiplicaret. 4. ut mansuetudinem doceret. S. Thomas Aqu. D. 1. adv.

Ex Patribus, & aliis.

AD hoc mitissimi homines facinus occultatum diligenter, atque instantè, examinant; ut inveniant, quibus parcant. Unde plerumque necesse est, exerceatur acris inquisitio; ut, manifestatò scelere, sit, ubi appareat mansuetudo. S. August. ep. 169.

Multæ quidem sunt virtutes, quæ Christianum virum bene decet; maxime autem omnium mansuetudo. S. Chrysof. s. de mansuet.

Animus ab iracundia alienus, templum est Spiritus S. In spiritu mansuetudinis Christus caput inclinat; & mens pacifica Sanctæ Trinitatis est domicilium. S. Nilus or. 4. de ira.

In cordibus mansuetorum requiescit Dominus. Joan. Clim. gr. 24.

Hæc duo certissima signa sunt Spiritus S. iusta mansuetudo animi in proximum; & vera cordis humilitas in Deum. Philo Carpath. in Cant. c. 7.

Dum animal mansuetum esse desinis, naturâ hominis spoliaris. S. Bonavent. l. 9. de tempore.

Miscellanea.

Beati mites. Matth. 5. 4. Est mutitas corporis ex defectu naturæ: nec non ex voluntate se mutum aliquis facit, cum sectatur sana silentia ex amore virtutis, Spiritu Dei actus intendit, & vacat sanctæ taciturnitati. Sic & est mutitas in similitudinem mutitatis, quæ se homo mutum facit; non habens ad opprobria, & ad convitia, & ad qualibet maledicta, redargutionem, aut repunctiones. Simon Cals. l. 10. c. 3.

Ferâ sit licet immanior; simul ac amare quis coepit, ove mansuetior evadit. S. Chrysof. hom. 33. in 1. Cor. 13.

Mansueti dicuntur manui assueti. Hugo Card. in Pl. 33.

TITULUS VI. MARIA VIRGO DEIPARA,

Ordine Alphabetico.

A.

Æquanimitas.

ET tuam ipsius animam &c. Luc. 2. Humilitatem agnosce Mariæ; quæ non velut Mundi Regina, & æterni Regis Mater; sed ut discipula, accipit verba senis: non stromachans verbum, non dedignans auditum; æ-

quanimiter leta, & tristia, recipit, omisâ responsione: ut prærogaret omnibus audiendæ veritatis formam; & virginibus auferat loquendi audaciam. Sim. Cals. l. 1. de gest. D. c. 21.

Ipsa, & putativus Pater, silenter oracula divina suscipiunt: & animò constans, servansque in lingua censuram; non mutatâ facie in auditis

B 3

de

de sua prole magnis, & laevis, passionibus, & quòd sit doloris gladiò fodienda; eandem consistentiam conservavit; ut nec laeta de laetis, nec aegris de tristibus videretur. Idem ibidem.

Affectus.

O Divinum, ac vivum simulachrum, ad quod opifex Deus inventus est: mentem quidem divinitus gubernatam habens, ac Deo soli operam dantem: cupiditatem autem omnem ad id, quod solum expetendum, atque amandum est, intentam: iram verò adversus peccata duntaxat, ipsiusque parentem. S. Joan. Damasc. or. n. de Nat. B. V.

Amor Dei erga B. Virginem.

Adamavit eam rex plus quam omnes mulieres. Esth. 2. 17. Et posuit diadema regni in capite ejus. Corona seniorum filii filiorum. Prov. 17. Deus plus amat solam B. Virginem, quam reliquos Sanctos omnes. Suarez 3. p. t. 2. disp. 18. Sect. 4.

Venit Jesus a Galilea. Matth. 2. 13. Puta à Nazareth; in qua hucusque habitavit cum Virgine Matre: cum qua tanto tempore in terris conversari, & demorari elegit: quia deliciae ejus esse cum illa. Dion. Carthus. hic.

Dilexit eam Deus super beatam societatem Apostolorum; super Angelos, & Archangelos; super omnes Virtutes, & Potestates, caelorum. Golfridus Abb. in omni festiv. B. V.

Amor B. Virg. in Deum & Filium.

Dum esset Rex in accubitu suo. Cant. 1. statim addit: Fasciculus myrrhae dilectus meus inter ubera mea commorabitur. Dum Rex in throno est, non vocatur dilectus; ac tempore Passionis, dum plagis, vulneribus, plenus, vocatur dilectus. Ridente fortunâ, niteute purpurâ, amor absconditur. At in Passione, dum fugiunt Discipuli, vacillat Petrus, panditur Virginis amor; & inter cordis sinum amplectitur, & fovet, Dilectum. Sylveira t. 2. l. 4. c. 1.

Pulchra ut luna. Cant. 6. 9. propter virginitatem; luna namque corpus frigidum est. Electa ut sol; propter ferventissimam charitatem. Terribilis ut castrorum acies ordinata; propter profundissimam humilitatem, quâ nihil demonibus terribilius est. S. Bernardinus Sen. t. 1. f. 52.

Fili, quid fecisti nobis sic? Luc. 2. Non potuit amplius continere affectum, cum in verba excessus amoris erupit; non aliunde ipsum denominans, nisi quòd ipse sit Filius, ipsa Mater. Stupor, & gaudium, humanis menibus ministratur; quòd virgo Mater Dei Filium nomine filiationis appellat. Omnis amoris signum in isto verbo superatur, Fili. Lingua in amore manifestare plus nequit, dicens Fili. Nihil ex amore brevius, nihil efficacius ad proferendum, cum dicitur Fili. Amat prae cunctis Filium Mater, à quo prae caeteris se novit amari. Sim. Cas. l. 2. c. 24.

Cur virgo prior loquitur? Lyran. Joseph, li-

cet Pater ejus diceretur, non fuit ausus hoc dicere; cum firmiter crederet, ipsum esse Deum. Sed Mater, ex maxima dilectione, quam habebat ad illum hæc fecit: quia amor excellens dominium nescit. Primas honoris, dicendo Pater tuus, concessit Joseph; primas in loquendo amori suo dedit. Sylveira hic.

Mulier amicta sole. Apoc. 12. 1. Calidissimus est hujus mulieris amictus, cujus omnia tam excellenter irradiata noscuntur; ut nihil in ea, non dico tenebrosum, vel obscurum saltè, vel minus lucidum; sed nè tepidum quidem aliquid, aut non ferventissimum, liceat suspicari. S. Bernardus de verbis Apoc.

Stabat virgo in nuptiis, non oblectata conviviò, sed sociata Filio; cui amore individuò jungebatur; cujus non satiabatur aspectu. Simon. Cas. l. 2. de gest. D. c. 25.

Est etiam sagitta electa amor Christi; quæ Mariæ animam non modò confixit, sed etiam pertransivit, ut nullam in pectore virginali particulam vacuum amore reliquerit; sed totò corde, totâ animâ, totâ virtute, diligeret; & etiam esset gratiâ plena. S. Bernardus f. 29. in Cant.

Imitamine signaculum fidei vestra, B. Mariam: quam, velut ignis ferrum, Spiritus S. totam decoxit, incanduit, & ignivit: ita ut in ea Spiritus S. flamma videatur; nec sentiat, nisi tantum ignis amoris Dei. S. Ildephonus f. de assumpt. B. V.

Divinum erat, in quo amor Virginis ferebatur: pura in purum, casta in castum, Virgo in Virginem, humilis in humilem: prudens in sapientiam, pauperula in pauperem, virtuosa in Virtutem, ignitis amoribus agebatur. Et operibus ostendebat, quibus internis ignibus astuabat: à quibus succensa motibus corporis prodibat in publicum, quæ consueverat semper tenere secretum. Sim. Cas. l. 2. de gest. D. c. 26.

Divinis ignita colloquiis tota effecta es velut ignis; teque holocaustum Deo suavissimum obtulisti. O Phœnix aromatizans cinnamomò, & balsamò, & nardò, suavius Regem in aspectu tuo delectans. Amedeus hom. 6. de laud. B. V.

O B. Maria! torrens voluptatis, vis amoris, totam te operuit, totamque obtinuit, penitusque inebriavit. Et dixisti; Osculetur me &c. Dixisti enim ad Angelum: ecce ancilla Domini. Rupert. l. 1. in Cant.

Mater Dei, Regina dilectionis suprema. S. Franc. Sales. in orat. dedic. tr. de div. am.

Ubera quoque botris assimilata sunt: in quo mirabilis prærogativa merendi demonstratur in Virgine; quæ non minus meruit, sumendo lac de uberibus suis ad nutrimentum Filii, quam Martyres, qui per botròs figurantur, fundendo sanguinem suum in Martyrio: omnium enim operum merces secundum radicem charitatis pensatur. Hailgrinus Card. in illud Cant. 7. 7. Statura tua &c.

Seraphini è caelo descendere poterant, ut amorem discerent in corde Mariæ. Ex hoc immenso amore procedebat; opera ejus summi meriti esse; cum præcipua ratio meriti sit charitas. Plus Maria merebatur, cum pannis invol-

vebat Christum infantem; quam Laurentius, cum super craticulam ureretur, Rupertus l. 1. in Cant.

Excedit omnes amores parentum in filios, aut filiorum in parentes, amor istius Matris in Filium suum; & istius Filii in Matrem suam. S. Anselmus de excell. Virg. c. 4.

Amorem Dei vult in nobis accendere.

Adjuro ut nuntietis ei, quia amore languo. Cant. Quid erat? vel quid efficiebat, talis adjuratio? nunquid ille dilectus nesciret amorem languentis, nisi annuntiaretur ei? Domine, inquit Petrus, tu omnia scis! tu scis, quia amo te. Quando magis o tu dilecta; tam prudens tamque fidelis; per temetipsam, absque interuentibus, dicere poteris dilecto; & frequenter dixisti sine dubio: Dilecte mi! nullum est tibi absconditum cor, nullius occultus amor. Tu scis, quia amore languo. Quorsum ergo tendit hac adjuratio? Ed nimirum: ut percussa percussat, vulnerata vulneret.

Quia tota ardens fuit; omnes se amantes, eamque tangentes, incendit, & sibi assimilat. Unde dici potest similis cuidam lapidi pretioso; qui manum se tangentis adurit. S. Bonaventura l. 3. de Virgine.

B. Angela de Fulgino B. Virgo in Communionem quadam benedixit: sis benedicta a Filio meo, & a me; & studeas diligenter, & sollicitè ad amandum, quantum potes: quia tu es multum amata. Bollandus 4. Jan.

Siquidem amor est origo cujuslibet affectionis alterius. Est autem Maria Mater pulchrae dilectionis. Sit igitur, necesse est, & Mater timoris, & spei; & lætitiæ, & doloris: qualis est illorum, quos beatificat lugentes Filii ejus. Gerson. tr. 5. sup. Magnif.

Ferunt, Hippocratem visâ muliere ignem ferente dixisse: ecce ignis gestans ignem. Conspectâ Deiparæ Jesum sinum gestantis imagine facile nobis idem occurrit. Ecce ignis, gestans ignem. Unde à S. Catharina Sen. vocatur currus ignis, portatrix ignis. Nadasi 6. mensis anni amor. Dei c. 2.

Amor erga B. Virginem.

UNum est, si circumcidamus masculos nostros &c. Gen. 34. 22. Circumcisi sunt omnes; idloque pro Dina fœderi cruore, non aramentò; non calamis subscribere, sed culttris. Proh læciviendi intemperiem! ut ludat, cruentatur: vulneribus, quasi cuniculis, ad amplexus puellæ proruptura. Venus est, non Mars; quæ tantum sanguinis sine bellò, sine hoste, sine obfisione, sed non sine Dinâ proficit. Stat Bethulia exercitu oppugnata; ruit jacetque Salem in strage sua non vallata cohortibus. Si circumcidi non abnuere Chananæi pro Dina; nos circumcisionem cordis pro Virgine Maria recusabimus? Christiani sine cruore circumcisionem mentis non patientur, ut Mariæ fruantur patrocinio & amplexu? Nec cordis circumcisio cruentat; sed dealbat; curat; non vulnerat. Olivæ l. 1. Strom. hic.

Ecce Mater tua. Joan. 19. 27. Moriturus Deus hoc unum à Discipulo petit; ut Virginem tueatur. Non illi dicit: *inspicere, & fac secundum exemplar.* Ex. 25. 40. quod tibi ostendo in monte; crucem amplectere, clavos ama, cruciatus siti, vulnera esui, spinas floribus anteferto. Pro spinis, inquit, tibi trado liliam; pro Cruce tibi Matrem commendo. Si hanc amaveris, sufficit ipsa tibi pro Cruce. Et ideo forsitan solus ex Apostolis gladiò non perit: quia Martyrii gloriam compensavit amor in Virginem. Idem tom. 2. Strom. hic.

Non alia, præter te, o Deipara, genuit Regem Salomonem; regem tam magnum, tam magnificentum. Sed illa, diligens in Te hoc tam grande privilegium, Regis ejusdem matres sunt. S. Rupertus l. 3. in Cant.

Quemadmodum divina bonitas inclinationem quandam naturalem ingeneravit rebus omnibus; quæ feruntur ad ea, quæ sibi commoda putant, & proficua: adeoque actionibus istis, quæ ad corporis, vitæque conservationem, ac naturæ propagationem, necessaria sunt; ut in cibo, potu, somnò aliisque delectationem aliquam in esse voluit; tanquam condimentum, & illecebram; nè ob adjunctam mollestiam ceteroqui negligerentur. Pari ratione, quod ad ordinem gratiæ spectat; cum Deipara salus sit, felicitasque publica Orbis universi; misericordissimus Deus Fidelium omnium mentibus in servit præcipuam quandam propensionem, peculiaremque affectum, erga ipsam; inque Virginis devotione, & cultu nobis adeò necessariò summam, dulcissimamque incunditatem. Credet hoc mihi libenter, quicumque se ex animo Maximæ hujus Reginæ famulatu consecrabit. Simul atque enim id fecerit; istiusmodi mox sensurus est in animo suo suavitatem; & tam teneræ, sapidiæque pietatis abundantiam; quæ sanctâ illum lætitiâ, caelestibusque deliciis planè perfundat; & mentem repleat, recreetque haud paulò amplius; quam quidquid in hoc orbe reperire est aliarum, quarumcunque voluptatum. Nieremberg. de am. erga D. V. c. 21.

Angeli.

Ego sum Raphael Angelus &c. Tob. 12. 15. Raphaelem mirantur aliqui, quoniam ipse modò; cum unus esset ex septem, qui adsunt ante Dominum; & qui majores, velutque cœli optimates; & ut quibusdam placet ex principe, sunt Angelorum, id est Seraphinorum classe: nihilominus ad tam vile ministerium descenderit, seque Tobæ itineris comitem adjunxit. Ego verò sic sentio: si legationem eam, & comitatum, honori castitatis datum fuisse, animadvertamus; Sanctæque Saræ, quæ typus erat B. Virginis, indultam: cellissimum hunc spiritum in magna sua gloria duxisse, dignum se à Deo habitum, quò vel umbra Mariæ Patronæ castitatis obsequeretur, & subseruiret. Idem ibidem c. 6.

Ingressus Angelus &c. Luc. 1. 28. Cur Angelus veniens ad B. V. non explicat ei suum nomen; quemadmodum in annuntiatione Joan.

Joannis Bap. Zachariae? Luc. 1. 19. *Ego sum Gabriel, qui asto ante Deum.* Zacharias nunquam ipsum viderat; at B. Virgo consueta erat visioni, & conversationi, Angelorum: inde eos noscebat etiam ex nomine. Sylveira in additam. ad Luc. 1.

Omnium consolatio, Virgo Maria, hoc ipsum tu es, ad quod angeli à principio tantà arserunt charitate? quòd tu ipsi Deo eis propinquior fieri debebas; & ex eo, quòd majorem charitatem, majoremque suavitatem, quam ipsi habebant, tibi noverint reservari. Nie-rembergius sermone Angelico ad S. Brigitam.

Ipsi Angeli de hoc magis exultabant; quòd te Deus creare volebat; quam ex eo, quòd ipsos creaverit. Et sic tu, o Virgo sanctissima, angelis, mox ut creati fuerunt, gaudium fuisti; quæ ipsi Deo sine principio summa delectatio extitisti. Joan. Gerson serm. ang. ad S. Brigitam fer. 2. Lect. 1. c. 4.

Mariæ typum fuisse thronum illum Salomonis 3. Reg. 10. 18. 19. communis Ecclesiæ sensus est. Qui autem sunt duo leones, qui utrinque throno adhærebant? Petrus Dam. f. 1. de Nat. B. V. duo leones sunt Gabriel arch angelus, & Joannes Evangelista: quorum alter dexteram Virginis, alter sinistræ, custos deputatus est. Gabriel enim mentem, Joannes carnem, pervigili sollicitudine servaverunt. Qui bene leones dicuntur, propter rugitum altissimæ vocis: duo enim verba nuntiârunt Orbi terræ; qualia nec dicta sunt, nec dicentur. Ramirez in ep. Chr. in Prologomenis §. 8.

S. Anna.

O par beatum, Joachim, & Anna! vobis omnis creatura obstricta est. Per vos enim donum omnium donorum præstantissimum, Creatori obtulit, nempe castam Matrem; quæ sola Creatore digna erat. O beatum ventem, qui vivum cœlum, cœlis ipsis latius, peperit. O beata ubera! quæ ejus, qui Mundum nutrit, Nutricem laclârunt. S. Joan. Damasc. or. 1. de Nat. V.

O beatum par, Joachim, & Anna! ac professò ex ventris vestri fructu immaculati agnoscimini; quemadmodum Christus quòdam locò dixit: *ex fructibus eorum &c.* Matth. 7. Id. ibid.

Venerabilis Anna verè nuncupari potest omnipotentis DEI gazophylacium: quia ipsius thesaurum, super omnia sibi amabilem, in suo utero recondebat. O quam propè erat igitur cor Dei huic thesauro! O quam piè, & alacriter, huic thesauro oculos suæ Majestatis infixit; qui postmodum in Evangelio suo ait; *ubi est thesaurus tuus, ibi est & cor tuum.* Gerson antè citatus.

Annuntiatio B. V.

§. I.

Figura.

Dies diei eruclat verbum. Pf. 12. 3. Dies diei, Angelus Virgini. Dies Angelus, propter beatitudinem: Virgo dies, propter integritatis virtutem. *Et nox nocti indicat scientiam.*

Serpens nox, propter malitiam; mulier nox, propter ignorantiam. S. Bernardus f. 5. ex parvis. Dies Gabriel eruclat verbum Salvatoris. Sed nox, idest, Diabolus indicat scientiam noctis, id est Eva. *Eritis sicut dii scientes &c.* S. Thomas Aq. hic.

Vox dilecti mei pulsantis, aperi mibi soror mea. Cant. 5. 2. Guilielmus parvus: seu Neoburgi vox, inquebat deipara, dilecti mei pulsantis facta est ad me; quando, impletò tempore dispositionis suæ, placuit incarnari ex me. Quæ autem fuerit vox illa, confessim addit: *aperi mibi soror mea.* Poterat dilectus, non aperiente ipsa, ipse introire in uterâ Virginalem; sed, ad Matris gloriam, quam maluit sponte, & hilariter, aperire. Stetit ad ostium, & pulsavit. Apud Arcones in Il. 3. Disc. 8. Piscina probatica. Lem. *Turbata est in sermone ejus* Luc. 1. 29. Picinelli.

§. II.

Cur per Angelum Salutata.

Mors per Adam; vita per Christum. Evam serpens seduxit; Maria Gabrieli confensit. S. Chrylost. de interdici. arb. ad Adam.

Per Virginem Evam venit mors: operæ præmium erat, de Virgine apparere vitam: ut, sicut illam serpens decepit, ita hanc Gabriel annuntiaret. S. Cyrillus Jerof. Catech. 12.

Agit cum Maria Angelus de salute, quia cum Eva angelus egerat de ruina. S. Chrysol. f. 142.

Datur determinata legatio; quòd incomprehensibilis Virginali clauditur in alvo: & ut eam saluter almificè, seriò edocetur. Stupet auditor; mirantur omnes insimul hierarchiæ cœlestes; quòd ad hujusmodi legationem nuntius cœlestis agreditur, quem illico est secutura divina Majestas. Suspenduntur illorum altis considerationibus mentes; quòd Deus ad hominem, immortalis ad mortalem, incorporeus ad corpus, invisibilis ad visibilem; simplex, & incompositus ad compositam creaturam; infinitus habitator ad finitam ædem; ad peregrinationem ubique existens; ad miseriam temporis æternè beatus, velit accedere. Sim. Cass. l. 2. de gest. D. c. 1.

Ece in in conclavi creaturæ duæ insignes afflunt; Angelus, & Maria. In majori verò conclavi terreltris curiæ paradisi, diabolus, & Eva. Processit dialogus, unde sunt mala omnia subsecuta: nunc incipit, unde omnia bona proveniunt. Magnus angelus, magnaque Maria; major Angelus, majorque Maria Major angelus in natura; major Maria ex gratia. Cœlestis, & terrestis, in modico loci spatio conveniunt de pace Dei; de ineffabilibus, & divinis, mysteriis; de reparatione humani generis, absque interpretibus tractatum. Idem ibidem.

Juris regula est: ut, per easdem causas, quibus aliquid fit, dissolvatur. Ità per easdem causas, quibus in Mundum ingressa mors, per eas expulsa. Mors intravit, propter dialogum habitum inter Angelum, & mulierem: vita ex colloquio Angeli, & mulieris. Stella in Luc. 1. 26.

§. III.

§. III.

Concernentia Personam B. V.

*A*nima mea liquefacta &c. Cant. 5. 6. Profectò anima tua liquefacta est, ut Dilectus locutus est, scilicet Deus Pater locutione admirabili ineffabili: dum substantiam Verbi sui cum illo Amore suo Spiritu S. tuæ menti, tuo ventri, penitus infereret. Rupertus l. 1. in Cant.

Quid faciemus sorori nostræ in die, quando alloquenda est. Cant. 8. 8. Hoc quærit non dubitans; sed, quid facturus est, exaggerans. Quasi dicat: magna faciemus ei, quando alloquenda est à Gabriele. Hugo Carens.

Benedicta tu in mulieribus. Luc. 1. 28. Quia videlicet mulier omnis de amore viri concipit; tu sola de amore Dei, id est, de Spiritu S. concepisti. Rupertus l. 1. in Matth.

Turbata est in sermone ejus. Luc. 1. 29. Turbata est, non in visione ipsius: quia, ut dicitur, solita erat conspiciere Angelos. Sed aliqui probabile astruunt; quod angelus vice hac apparuit ei lumine multo præclarior; apparatu, ac habitu, venustiore; secundum quod magnitudo causæ suæ legationis exegit. Dion. Carthus. hic.

Ne timeas Maria. Luc. 1. 30. Timor enim eorum est, qui offenderunt: *tu vero invenisti gratiam apud Deum.* S. Basilius Seleuc. or. de SS. Dei genitric. &c. Timet, non qui invenit, sed qui perdit. S. Chrysol. f. 1. 44.

Fiat mihi &c. Luc. 1. 38. Per hunc consensum, omnium Electorum salutem viscerosissimè expetiit, & procuravit; & omnium salutem per hunc consensum se singularissimè dedicavit. Ità ut ex tunc omnes in suis visceribus bajularet, tanquam verissima Mater filios suos. S. Bernardinus tr. de B. V. f. 6.

Ecce ancilla Domini. ibidem. Unò solò actu, prius etiam quàm Mater Dei esset; nempe semel dicendo, angelòque respondendo. *Ecce ancilla Domini: sicut &c.* amplius meruit, quàm omnes simul Angeli & homines, quamcunque Sanctis cogitationibus, & actionibus, meriti sint, vel merebuntur. Eò actu meruit principatum in cœli Seraphinos, Dominatum in omnes res creatas, & Sceptrum, regni Filii sui; plenitudinem omnium gratiarum; omnium fructuum, & donorum, Spiritus S. quòdque sit Jesu Mater, & causâ felicitatis nostræ. Dei porò genitrix facta quid non meruerit? quid non obtinuerit? incomprehensâ illâ multitudine actuum interiorum, operumque exteriorum, usque ad extremum Spiritum constantissimè, religiosissimèque, exercitorum? Nierembergus de am. B. V. c. 13.

O Domine! tu Matrem me dicis; ego ancillam profiteor. Ancilla Christi sum, & quidem Matrem me præstabo. Guarricus Abb. f. 3. de Nativ.

Nicolaus Godignus noster in vita Gonzali Sylveiræ M. S. I. refert: verosimile est, quod monumenta tradunt congregationis S. Georgii in Alga. Auctores illius acceperunt, Archangelus *Polyanth. Sacr. Tom. II.*

lum Gabrielem in annuntiatione novem integras horas apud B. Virginem fuisse. Ac si ob incredibilem Virginis modestiam, & majestatem humanâ majorem; atque ob Verbum incarnatum, in admirationem raptus discedere non possit. Doultreman de am. Dei erga hom. l. 1. c. 3. Sect. 2.

§. IV.

Ejus festum.

Festum hoc solemnè in tanta antiquitate eminet; ut liceat piè meditari, originem ejus debere describi gratissimo effectui Deiparæ V. quæ singulari veneratione, ac devotissimo cultu, quotannis recolere solita fuerit divinum beneficium hóc die sibi, & toti humano generi præstitum. Hanc piissimæ gratitudinis consuetudinem in sanctissima Deipara intuitu Apostoli, debitam agnoverunt obligationem, & venerabili imitatione observârunt, & ubique terrarum observari debere sanxerunt. Certè secundum Regulam à S. Augustino de Baptismo contra Donatistas l. 1. c. 24. propositam: quod universa tenet Ecclesia, nec Conciliis institutum, sed semper retentum est; non nisi auctoritate Apostolicâ traditum rectè creditur. Bollandus 25. Martii.

Hodie renovatur Adam, & choros cum Angelis agit in cœlum sublatus. Hodie terrarum orbis gaudiò ob adventum Spiritus S. in homines plenus est. Hodie Davidicum adimpletum est oraculum, quod dicit Ps. 59. 11. *laudentur cœli, & exultet terra: gaudebunt campi, & omnia ligna &c. quoniam venit.* S. Gregor. Thaumaturgus. hom. 1.

Postevinus l. 1. rerum Moscovit. tradit: populum vix unquam ab opere vacare, nisi ipsò die B. Virg. Annuntiatæ; & reliquis fassis, ac Dominicis, operari: ac sibi persuasum habere; ad nobiles spectare, ut ad templum, ac sacra officia, tam sæpe proficiscantur.

Est pia consuetudo per Belgium: ut feria 4. Quatuor Temp. in Adventu Missa Solennis antelucana de Annunt. B. Mariæ canteretur; quæ ob excellentiam *Aurea Missa* dicitur Bollandus 25. Martii.

Maria Apostolos respiciens.

In capite ejus corona stellarum duodecim. Apoc. 12. 2. Duodecim stellæ coronæ ejus sunt duodecim Apostoli Christi: quia B. Virginis meritis fuerunt electi; & post ruinam in Christi morte ad fidem etiam reformati, ac per ejus instructionem edocti. S. Bernardinus t. 3. f. 11.

B. Virgo Maria Doctrinæ Apostolorum, & Evangelistarum. S. Bonaventura lib. cui tit. Luminaria Eccl. f. 9.

Apostolorum fuit Apostola, Gerson f. de Spiritu S.

Ipsa dignissima Virgo singulariter totum mysticum corpus cum vero corpore suo portavit in utero, & in continuis cordis sui doloribus Filii sui parturivit: cui attribuitur tota corona duodecim Apostolorum: quoniam meritis ejus fuerunt vocati, ac per ejus instructionem edocti, per ejus quoque suspiria, & orationes, Spiritu

repleti. Unde & Virgini Sanctæ singulariter attribuitur tota per Apostolos facta Mundi gloria. Et ideo hæc duodecim stellæ fulgent in ejus capite, quæ est sedes Sapientiæ: quia & Mariana sapientiæ derivata est lux doctrinæ; quæ totum Mundum ut stellæ illuminarunt. Ubertinus. apud Carthuf. l. 4. de laud. Mariæ Act. 16.

Assumptio B. Virg.

§. I.

Figura.

Eleva virgam tuam; & extende manum tuam super mare, & divide illud, ut gradientur filii Israhel. Ex. 9. Hæc via, ad cujus elevationem præparatur via populo Dei, est gloriosa Virgo Maria: cujus patrociniò omnis penè amaritudo Dei populo dulcoratur. S. Bernardinus tom. 3. tr. de B. Virg. Serm. 11.

Cum elevaretur arca, dicebat Moyses: surge Domine, & dissipentur inimici tui; & fugiant, qui te oderunt. Num. 10. 33. ut mysterium innuatur; quòd quando elevata fuit Virgo gloriosa ad cœlestia rega, dæmonis potentia imminuta est, & dissipata. Idem ibidem.

Regina Saba ingressa est Jerusalem multò comitatu &c. 3. Reg. 10. 2. Comitatus B. Virg. tres Angelorum hierarchia. Divitiæ ejus virtutes: aurum charitas &c. Sed quid tunc Rex Salomon? dedit omnia, quæ voluit, & petiit ab eo. de Ponte l. 6. in Cant. Exh. 21.

Magnificata est anima mea hodie &c. Judith. 12. 17.

§. II.

Gloria.

Ecce currus igneus. 4. Reg. 2. 11. Elias ascendit curru igneo. Illi fuit dilectus Filius instar currus ignei: ascendit in iuxta super dilectum suum; à quo deducta. Cum enim Apostolis dixerit Joan. 14. 3. *iterum veniam, & assumam*: multò magis venit, ut Matrem ad se assumeret. Et qui alias Virgines Sanctas invisit, sicut Gregorius narrat de Tarilla l. 4. dial. c. 16. quæ moribunda sursum respiciens Jesum venientem vidit, & clamavit: recedite, Jesus venit. Quantò magis venisse credendus est, ut Virginem Virginum secum duceret. Non portabatur sicut Lazarus ab angelis; sed brachiis dilecti sui. de Ponte citatus.

Mulier amicta sole. Apoc. 12. 1. Quorsum in Matre tam sumptuosus apparatus; ut etiam à sole, luna, & stellis, decor requiratur? Nil mirandum; ait S. Bernardus hom. Sup. Miss. qualis erga Filium Mater, talis erga Matrem Filius. Vestis eum, ait, & vestiris ab eo, vestis eum de substantia tuæ carnis; vestit ille te gloriâ suæ Majestatis: vestis solem nube; & sole ipsa vestiris. Paoletti Dom. Quinquag.

Gloriosè assumpta est cum Corpore, & anima. Et meritò quidem: quia manus, quæ nunquam erectæ fuerant, nisi ad benedicendum suum Conditorem; non æquum erat, ut verterentur in terram. Oculi, qui nunquam

aperti fuerant, nisi ad laudandum illum, quæ eos formavit; indecens erat, ut in terram verterentur. Pedes, qui nunquam gressum fecerunt, nisi ad servitium Dei, & utilitatem proximorum; non decuit, ut eorum particeps terra esset. Os, quod nunquam apertum erat, nisi ad gratiarum actiones; cur in cineres verteretur? Caro, quæ nunquam Carnem sapuit; quin imò purior fuit omni sanctorum spiritu etiam purissimò; non æquum erat, ut terram saperet. Cor, cujus conversatio semper in cœlis &c. Diez. tom. 2. conc. 2. in festo assumpt.

§. III.

Corona.

Veni de Libano &c. Cant. 4. 8. Id est, magnificas de Corpore isto, Corpore candido, Corpore Virgineo. De Capite Amanæ; quòd interpretatur *nocturna avis*, De vertice *Senir*. quòd interpretatur *dens vigiliarum*; & *Hermion*, quòd interpretatur *anathema*. Coronaberis de omnibus his, id est, de corpore, vel membris, illius, qui nominibus istis rectè denotatur; de regni Mundi hujus. Regna namque Mundi hujus, quædam Capita, vel quidam vertices rectè dicuntur, nocturnæ avis, & dentis vigiliarum; & verè anathematizati diaboli, & à Deo separati: qui, cum sit princeps tenebrarum, & tanquam *leo rugiens circumcat, quærens, quem devoret*; rectè & nocturna avis, & dens vigiliarum, dicitur. Ipsa eadem regna, & cubilia leonum; & montes, diceo, pardorum. De talium leonum cubilibus, taliumque pardorum montibus, tu, amica mea, coronaberis. Quomodo? videlicet credent in me fructum ventris tui; & eorum credentium salus, corona erit. Ità coronaberis: ut et in cœlis Regina Sanctorum, & in terris Regina sis regnorum. Reges atque Imperatores, coronis suis te coronabunt; ut desinant esse, quòd fuerunt, montes pardorum, cubilia leonum. S. Rupertus l. 3. in Cant. Si montes hi usurpentur in bonum, ad significandum insignes viros; B. Virgo de his omnibus coronatur: tum, quia omnes superat; tum maximè, quia ejus meritis, & precibus, hanc sanctitatem adepti sunt; de quibus dicere potest: *gaudium meum, & corona mea*. Philipp. 4. 1. Hi enim sunt duodecim stellæ, ex quibus coronata erat mulier, quæ apparuit in cœlo. Coronatur etiam de cubilibus leonum &c. id est, de innumeris, & maximis, peccatoribus; qui ejus intercessione convertuntur. de Ponte l. 7. in Cant. Exh. 22.

In capite ejus corona stellarum duodecim. Apoc. 12. 1. Dignum planè stellis coronari caput; quòd & ipsis longè clariùs micans, ornet eas potius, quam ornetur ab eis. Quidni coronent sidera, quàm sol vestit? S. Bernardus serm. 5. in Ass. V.

S. Francisca Rom. vidit Sanctissimam DEI genitricem modicè inferiori sedè Dei, & sui Filii, tribus coronis ornatam. Primâ quidem, propter suam Virginitatem; secunda, propter

propter suam virginitatem; secundâ, propter ejus humilitatem; tertiâ, ejus gloriam declarante. Bollandus 4. Martii.

§. IV.

Cur tardè assumpta?

Quæritur: cur, ascendente in cœlum Domino, Mater ejus, quæ tantò eum amplectabatur affectu, non statim secuta est? Ut quid dilatum est ferventiùs igne tam sanctum ejus desiderium? quoniam ipsa dilatio Discipulorum Christi non minima consolatio fuit. Voluit enim D. Jesus, ut, ipso ad Patrem revertente, Apostoli materno solatiò, & eruditione, fruerentur. Mirâ denique pietate primitivæ Ecclesiæ provisum est: ut, quæ Deum in carne hac præsentem jam minimè cerneret; matrem ejus visu jucundissimò recreata videret. Quid enim tam jucundum, quid tam decorum, ac delectabile? quàm Matrem Plasmatoris, & Redemptoris omnium, videre. S. Amedeus. hom. 7.

Sane etiam advertendum est hac ejus dilatione; ut quæque Fidelis anima, vulnerata charitate, & jaculis amoris confossa, dicat, non murmurare; si eam venerit nondum ad vota migrare. Ecce differtur Mater Domini, quis audeat murmurare? Differtur, ut proficiat; proficit perseverando. Hinc Psalmista: adhuc multiplicabuntur &c. Idem ibidem.

Luna, sole recedente Mundum illuminat. Quia sole justitiæ transeunte de hoc Mundo ad Patrem per mortem corporalem, Maria fide suâ totam illustravit Ecclesiam. Eodem sole ascendente ad cœlum, dimissa est in Mundo ad tempus: ut Ecclesiam suis illustraret exemplis; ac Mundum, id est, amatores munditiæ, semper locò solis Christi illuminet. Rich. à S. Laur. l. 7. de laud. B. Virg.

O certè verissimum, quòd erunt novissimi primi. Quis hoc æstimasset? quis hoc credidisset? quis sperasset? assumitur ad gloriæ cubiculum latronis anima; & anima Matris relinquitur ad lamentum: cui & longò tempore post patet ingressus ad idem sponsi cubiculum. Poterat invidiam ei facere glorificatus ipse latro; si non fecisset eam charitas unum cor, & unam animam, cum eo. Svasit eadem charitas, quærens quæ Dei sunt, habere vitam in patientia propter Electos Dei, perse, & ex eo, docendos de mysteriis veræ fidei. Gerson tr. sup. Magnif.

Ascendente suò benedictò Filio ad regnum suum, Virgo Maria in hoc Mundo, ad bonorum confortationem, & errantium correctionem, remanere permisa est. Erat enim Magistra Apostolorum, confortatrix Martyrum, Doctrinæ Confessorum, clarissimum speculum Virginum, consolatrix Viduarum, in conjugio viventium saluberima monitrix; atque omnium in fide Catholica perfectissima robotatrix. Serm. Angel. die Sabb. Lect. 1. c. 19.

§. 5.

Proficua hominibus.

Quelle est ista, quæ ascendit per desertum sicut virgula sumi? Cant. 2. 6. O beati

Spiritus! quomodo hanc cœlestem Reginam sumo assimilâtis? Contumeliâ potius videmini afficere: nam nos de homine inquieto, & parum sensatò, dicere solemus, fumò leviorè esse: & de bilioso; illum in naribus fumum habere, & ad extenuenda terrena, fumum esse. Unde David Ps. 101. *Defecerunt sicut fumus dies mei.* Dico nihilominus, hanc unam ex præcipuis laudibus esse, quibus eam Angeli effere protuerunt. Nam fumus odorifer in S. Scriptura placationem significat. Unde Num. 16. legitur: ira Dei placata, thura dante Aarone. Gen. 8. Sacrificio Noè odoratus est Dominus suavitate odorem. Ex. 29. Præcipitur sacrificium fieri in odorem suavissimum in conspectu Domini. Unde dicentes Angeli, quòd ascendat sicut virgula sumi ex aromatis; significare voluerunt: ad placandam iram Dei illam ascendere. Diez tom. 2. conc. 4. in Ass. Virg. Quæ? &c. Rogant cœlestes Virtutes. Alludunt profectò ad illud Gen. 8. 21. *Odoratus est Dominus odorem suavitatis.* Et ait: *nequaquam ultra maledicam terræ propter homines.* En, odor securitas fuit terræ: quòd plus cœlo approximabant odoramenta, hominum salus securior. Naxera tr. de B. V. §. 34.

Præcessit hodie nos Regina nostra, præcessit; & tam gloriòse suscepta est, ut fiducialiter sequantur Dominam servuli clamantes: *trahere nos post te.* Ascendens quoque in altum Virgo beata dabit ipsa quoque dona hominibus. S. Bernardus l. 2. de Ass.

Totus Mundus hodie condignâ jubilatione lætatur; Tartarus tantummodo ululat, fremit, & submurmurat quoniam gaudium hujus diei claustris infernalibus inclusis aliquod remedium, id est refrigerium, præstat. Non audent, ut opinor, ministri Tartarei hodie attingere suos captivos; quos recolunt redemptos illius sanguine, qui pro Mundi salute est dignatus nasci de Virgine. S. Ildesonus l. 5. de Ass. V. apud Nieremberg. de am. erga B. V. c. 1.

Date ei, inquit Spiritus S. de fructu ventris sui; ut saturetur illò, quem genuit. O Mater misericordiæ! saturare gloriâ Filii tui; & dimitte reliquias tuas parvulis tuis. Tu jam ad mensam Domina; nos sub mensa castellis. *Sicut oculi ancille in manibus Dominae suæ;* ita familia hæc famelica de te præstolatur alimoniam vitæ. Guarricus Abb. l. 4. in Ass. Virg.

B. Veronica de Binasco V. videt animas Purgatorii ab angelo educi in Assumpt. B. Virg. nive candidiores, coronatas viridi fronde, & ante thronum Dei statui: animæ verò coronas ante sedem Dei ponunt; quas Deus vultu placidissimò benedicens Beatissimæ Mariæ offerebat. Bollandus 13. Jan.

Aurora.

B. Virgo vocatur Aurora ab *auro* puritatis, charitatis, sapientiæ. Vel quasi *aurea hora*: quia adduxit ætatem auream. Vel ab *aurea* Spiritus

C 2

Spiritus S. quâ afflata est, nosque refrigeramur. Aut ab *aure*, per quam Christus Virgini illapsus est, & in ejus utero conceptus. Vel quasi *avium horam*: quia earum aperuit ora; sicut apparente Virgine aves cœli, & astra matutina, simul laudârunt, & jubilârunt ex Job. 38. Richardus à S. Laur. l. 7. de Deipara.

Aurora mater roris, præsertim veris tempore. *Korate cœli &c.* Pf. 109. *Ex utero ante Luciferum genui te.* Legunt aliqui ex Hebræo sic: de Matrice Auroræ tibi Ros Nativitatis tuæ. Albertus M. aurora quasi aura rorans. Idem l. 7. de laud. Deip. c. 7. Aves cœli sunt Angeli, qui concorditer laudant eam: unde & potest dicere cum Filio; *cum me laudent simul astra matutina, & jubilarent omnes filii Dei.* Job. 38.

Dicitur quasi *aurora confurgens*; quasi de cadente materia surgens. Alii enim cadunt nascendo, quia omnes nascimur *filii i. e.* Ephes. 2. Sed ipsa confurrexit; quia munda ab originali. Idem ibidem.

Illud manè genuit nobis diem, id est, Christum, qui est dies æternus. Idem ibidem l. 7. c. 9.

Sicut aurora terminum noctis, & diei principium, adesse testatur; sic & virgo noctem expulit sempiternam. Petrus Dam. serm. de Ass. V.

Felix aurora! felicitis diei extitisti nuntia. Talis dies talem auroram diei decuit. S. Bernardus in deprecatur. ad gloriosam Virg.

Cum Patres historiam Jacobi cum Angelo luctantis. Gen. 23. 24. in varios sensus allegoricos iniecerant; ille omnium videtur opportunissimus, quem Cantorum verbis, *quæ est ista?* &c. affixit Cardinalis Hailgrinus apud P. Martinum del Rio. Verba ejus: hæc est Aurora, de qua angelus ad Jacob in Genesi: *dimitte me; jam enim ascendit aurora.* Siquidem per Jacob luctantem cum Angelo Sancti designantur; qui luctantes cum Domino, precibus, & lacrymis, extorquere à Domino Incarnationem Filii sui nitebantur. Sed eorum cœtui respondetur à Domino: *dimitte me; jam enim ascendit Aurora.* Cesset instantia vestri luctaminis: quia jam Lux nascitur, videlicet Virgo; quæ vobis pariet verum solem.

O quàm clarè in Annæ utero emicuit aurora confurgens; quando in ea Mariæ corpusculum per adventum animæ vivificatum extitit; cujus ortum videre Angeli, & homines, tantoperè desiderabant. Angelus B. Brigittæ in f. Angel. c. 1.

Aurea hora fuit, conceptio mea: nam tunc incepit principium salutis omnium; & tenebræ quasi festinant in lucem. B. Virgo Revel. S. Brig. l. 6. c. 55.

Dicitur Pf. 73. illud singulare: *tu fabricatus es auroram &c.* De cœlo, terrâ, & omnibus, quæ in eis sunt, dixit, & facta sunt.

Sed de aurora, & sole, id est, Mariâ, & Filio ejus, dicitur, quod *fabricatus* est eos. Ubi notatur labor, & studium. *Ab æterno ordinata sum &c.* Adjuvit eam manè diluculo. Pf. 45. S. Bernardus f. 4. sup. Salve Reg. Aurora semper noctem sequitur, nox præcedit auroram. Quid autem est nox frigida, & obscura? nisi originale peccatum, frigidum concupiscentiâ, obscurum ignorantia. Tu ergo processisti ut aurora lucida & rubicunda: quia super originali peccato in utero matris nata es lucida cognitione veritatis, & rubicunda amore virtutis.

B.

Maria benedicta, ejus benedictio.

Ecce odor filii mei, sicut odor agri. &c. Gen. 27. Maria est ager iste benedictionis. S. Bonaventura Spec. B. V. c. 12.

Benedices coronam nam &c. Pf. 64. Tot sunt dies in hoc anno (æternæ vitæ) quot sunt justi in cœlo. Hujus autem anni benedicti corona est benedicta Virgo Maria. Idem ibidem.

Benedicta tu in mulieribus. Luc. 1. 28. Tria fuerunt in Maria, propter quæ specialiter benedicta. *Primum est humilitas*; quæ se vacuum ostendit, & idem impleri meruit. Unde dictum est ei: *Ave gratia plena.* *Secundum est solitudo*, quæ frequentias hominum fugit; propter quod Dominum comitem habere meruit. Unde dictum est: *Dominus tecum.* Ex. 3. 1. legitur, quod Moyses solus erat, quando Dominus apparuit ei. Et Agar Gen. 16. 7. Et Elias 3. Reg. 19. 5. *Tertium est Virginitas*, cujus amore hominum maledicta contempsit. Et idè dicitur *benedicta.* Hugo Card. hic.

Quidquid maledictionis infusum est per Evam, totum abstulit benedictio Maria. S. Bonavent. Spec. B. V. c. 3.

Beneficia hominibus ab ea præstita.

§. I.

Figure Symbola.

Sicut per Arcam olim quatuor beneficia antiqui Patres susceperunt; sic quatuor alia nos per hanc mysticam arcam Virginis. *Primo* in periculis auxilium. Nam, cum eleveretur arca, dicebat Moyses Num. 10. *Surge Domine, & dissipentur inimici tui, & fugiant &c.* *Secundo* in dubiis consilium. 1. Reg. 14. cum Saul vellet consulere Deum, dixit: *applica mihi arcam.* Tertio in adversis solatium. 3. Reg. 2. Salomon dixit Abiathar Sacerdoti: *equidem vir mortis es. sed hodie te non interficiam: quia portasti arcam Domini.* Quarto benedictionem. 2. Reg. 6. ad introitum Arcæ fœderis Domini in domum Obededon Deus ei benedixit.

Ascendentem

Ascendentem Dominum prævidens Habacuc, juxta S. Gregorii lectionem, ait: *Altitudo manus suas levavit; elevatus est sol: & Luna stetit in ordine suo.* Nam ad divini solis elevationem, Lunæ splendens auxiliium experti sunt omnes mortales. Theodoretus: quoniam ejus ordo est, nisi illustrare terras. Bæza tom. 1. l. 5. c. 7. §. 9.

Sol. Lem *Oriens universum illustrat.* Mariæ præsentia totus illustratur orbis; adeo ut & ipsa jam cœlestis patria clarius rutiler, Virgineæ lampadis irradiata fulgore. S. Bernardus l. 1. de Ass. Picinelli.

§. II.

Beneficia illius in genere.

Sileat misericordiam tuam Virgo beata, si quis est, qui invocatum te in necessitatibus suis meminit desuisse. Per te enim cœlum repletum, Infernus evacuatus est, instaurata ruina cœlestis Jerusalem. S. Bernardus S. 4. in Ass. B. V.

Nemo donum ullum consecutus, nisi per te, Dilecta Deo. S. Germanus Archi. Ep. Constant.

Publica bonorum omnium Procuratrix. Idem.

Inventa Virgine Mariâ invenitur omne bonum. Idiota Contempl. de B. V. Prologus.

§. III.

Beneficia spiritualia.

Procepi mulieri, ut pascat te. 3. Reg. 17.

Multum honoris confert viro suo uxor circa ministerium sollicita: contingit enim interdum domum patrisfamilias accedere peregrinos improvisè; quibus commodè ministrare non posset, nisi uxore mediante. Quædam enim tantum habent in promptu, quod volunt; ut statim omnia videantur præparasse. Paterfamilias Deus, volens providere peregrinis, id est, hominibus; qui nimio labore lassati querebant refectorem; voluit Beatissimam Virgineam Sponsam suam esse; cujus sollicitudine Ecclesia filiis venientibus ad convivium divinum abundanter provideretur. de Rampellogis fig. Bibi.

Non timebit domus sua à frigoribus &c. Prov. 31. Mariâ multiplici virtute, quasi multiplici veste, adornat servos suos. Neque enim patitur cultores suos sine vestibus esse, & frigoris injuriis laborare: ipsa quippe est *mulier illa fortis*, de qua Salomon: *non timebit &c.* Dei amore flagrans, frigora non timebat, timebat suis. Rich. à S. Laur. l. 2. p. 1.

Cibavit illum &c. Eccli. 15. Pascit Mariâ suos convivas verbis suis positus in Evangelio, quæ verba Dei sunt: quia *non in solo pane vivit homo &c.* Matth. 4. Propter hoc de ea dicitur: *cibavit illum*, id est, amorem suum, Mariâ *pane vitæ, & intellectu*; id est, doctrinâ verbi Dei: quæ quia dat intellectum credentibus. Et hoc in præsentibus. Et in futuro pane Angelorum, id est, fruitione. Idem l. 12. *Quodcumque dixerit vobis, facite* Joan. 2. 5. Beatissima Virgo brevissimè, & dulcissimè, omnia prædicabilia uno verbo prædicavit;

quando dixit in nuptiis: *quodcumque &c.* Docuit spem: nam, licet à Filio audiret verba, quæ videbantur repulsa notare; speravit tamen contra spem. Docuit amorem in Deum; dum procuravit; ut ejus gloria miraculis confirmaretur. Docuit modestiam; dum non gloriatur se Matrem: non enim ait, quodcumque dixerit filius meus. Docuit reverentiam in Deum: non ait, quodcumque dixerit Jesus. Nunquam lego eam hoc sanctissimum nomen pronuntiasse; ob illius magnam reverentiam. Albertus M. super Missus.

Nisi tu iter aperires, nemo spiritualis evaderet, nemo in Spiritu Deum adoraret. Tunc enim spiritualis factus est homo, cum tu Deipara S. Spiritus habitaculum effecta es. S. Germanus.

Invenerunt puerum cum Maria matre eius, Matth. 2. 11. Nunquam invenitur Christus, nisi etiam Mariâ, nisi cum Mariâ, nisi per Mariam. Nam cum Mariâ Christus inventus est à Magis; inventus in stabulo, cum Mariâ fuit in pabulo: nam stabat juxta crucem Mater piissima, suo modò cum Filio crucifixa, & summo dolore transfixa. Cum Mariâ etiam nunc invenitur in cœlo. Frustrâ igitur querit, qui cum Mariâ invenire non querit. S. Bonaventura f. 26. in Epiph.

In te primi Parentis substitit lapsus, ultra pergendi facultate sublata. Nam in baptismum per Filium tuum instituto, malum est omne submersum. Te proinde honoramus, veluti causam obtentæ puritatis. S. Sabbas. Ex. Men. S. Jan. ode 9. de S. Syncretica.

Juvenis ex toto luxuria deditus; expugnatò multarum matrum familias pudore, immodicò cujusdam mulieris amore flagrabat. Quæ cum nec prece, nec pretiò, nec vi, nec dolo, potiri liceret; conciliatum magicis cantionibus demonem rogat; ut se voti compotem faciat; ad omnia paratum se ostendens. Diaboli ergo jussu à Christo deficit: super hæc jurat, conceptis ab illo verbis; & chirographò se obstringit. Cæterum, ut potius est, quod cupierat; fuit, ut fit, fastidium cepit; & cœlesti luce obortâ, magnitudinem sceleris sui seriâ æstimatione perpendit. Occurrit animò Virgo Lauretana. Protinus, Deò auctore, Lauretam petit, spe plenus Sacerdotem confulit; spem salutis illi ostendit; si precibus, jejuniis, voluntariâque corporis vexatione, Deum placare insistat. Cum ille, nihil omnino penarum recusaret, promissit Sacerdos, si imperata fecisset, se tantum piaculum Deò propitio utique, expiaturum. Monet, ut per triduum inediâ, ciliciò, flagris, corpus afflicteret, B. Virginis opem implorans. Triduo exactò, monente Sacerdote, Sacellum ingreditur, lacrymans B. Virgineam precatur; ut receptò nefario chirographò, salutis suæ consultum velit. Dumque vericulos illos ex animò iterat: *Monstra te esse Matrem &c.* subito chirographum in manus suas delapsum conspicit. Læcus grates agit, ad Sacerdotem currit, scriptum acceptum ostendit horridis diris, & exerationibus, refertum. Itâ devotum illud inferis

feris caput Deiparæ benignitate asseritur in libertatem filiorum Dei. Domus Nazareth; seu Natalis B. V. Turrell. l. 1. Laur. histor.

6. 1.

Fuit in Canariis, seu Fortunatis, Infulis mulier Virgini devota: quæ à malo damone in fraudem inducta, unam aliquam à se admittam noxam sacrilegò silentiò in Confessione reticebat: usque dum quâdam die vidit Beatissimam Matrem vultu madente, & tristi, magnam continuò lacrymarum vim ex oculis profundentem. Eò spectaculò mirè affecta, moestæque Virginis dolorem dolens, uberius hujus fletus causam exquirat. Cui Virgo: cur non integrè conscientiæ tuæ labes, & vulnera, patefacis? teque ipsa potius, animamque tuam, miseris perditum? Hisce verbis ad verum de peccatis suis femina commota dolorem, accuratè omnia Sacerdoti aperuit. Nierembergius de am. erga B. V. c. 14. Ex Sodale Parthen. l. 2. c. 3.

§. IV.

Beneficia corporalia.

S. Fulbertus Ep. Carnot. cum mirè B. Virgini devotus existeret, ac igne sacro correpta esset ejus lingua; nocte quâdam apparuit ei Matrona nobilis; à qua monebatur, ut os aperiret: quod cum fecisset, mox ex facris suis uberibus lac expressit in os ejus: quò ita refrigerata est lingua, ut ardorem omnem extinxerit, & eum perfectè sanitati restituerit. Ne autem illusio, aut phantasma, esse putaretur; in Fulberti gena remanserunt gutta aliquot; quas ipse diligenter sudariò exceptas collegit; hodieque in thesauro Ecclesiæ Carnotensis summa cum veneratione servantur. Ita habent annales Ecclesiæ Carnotensis; & Baronius tom. 12. A. C. 1028.

Clericus quidam morbo languebat ad extrema deductus, B. Virgini quotidiana per singulas horas laudum vota persolvebat. Cumque velut egressurus in ejus pectore spiritus anxie palpitaret; ecce B. Virgo visibiliter adstitit & sacri uberis papillâ lac exprimens, ejus labiis instillavit. Et ille protinus convaluit; & mox Clericalibus ornamentis indutus Ecclesiam adiit; mirum videntibus spectaculum. S. Petrus Dam. l. 6. ep. 29.

C.

Castitas Maria.

Descendet sicut pluvia in vellus. Pl. 71. 6. Quid est vellus, nisi lana à carne sublata? O quale vellus, illud virgineum pectus, longè remotum, valde alienum, à desideris carnalibus, & sordidis corporum passionibus. O quale vellus Virgineæ mentis, mundi cogitatus. O quale vellus, Virginei pectoris casti affectus! O quale vellus, virtutum omnium ornatus. Quis non gaudeat, se velliri posse de virtutum vellere B. Virginis Mariæ! O quantus! ô qualis! & quam gloriosus, ornatus Ecclesiæ Catholice! Et hæc de vellere Virginis Mariæ. Rich. à S. Vict. annotat. in pl. 71.

Virgo ipsa est, & Virginum amans; pura est, & purorum amans. Quapropter, si & corporis, & animi, castitatem colamus, ipsius gratiam adipiscemur: siquidem lutum omne fugit, ac cœnoscas affectiones averfatur. S. Joan. Damasc. or. 2. de dormit. B. V.

Non tamen, ut Abraham Saram, præmonuit Joseph Mariam; ut diceret, se ipsius esse sororem; veritus, propter ejus pulchritudinem, mortem; si se fateretur uxorem; quæ specie suâ Saram, & Rebeccam, superavit. Sciebat enim, quòd melius, quàm Sara, custodiebatur ab Angelo. Et talem gratiam Deus in Virgine Matre posuit; ut nec propter excedentem ejus pulchritudinem potuisset ab aliquo ob immundiciam concupisci. Sim. Cals. l. 2. de gestis Dom. c. 22.

Salutavit Elisabeth cognatam suam; non quia cognata: non enim curæ Virgini erat, familiarem se præstare cognatis; quæ jam cognita, & cognata, cœlestibus spiritibus facta erat, & totius Deitatis hospitium. Idem ibidem c. 12.

Conspectus Virginis omnem flammam libidinis in aliis extinguebat. S. Bonaventura l. 14. in Nat. Dom.

Quasi cedrus exaltata sum in Lybano; & quasi myrrha electa dedi suavitatem odoris. Eccl. 24. Similiter Beatissima Virgo peculiari Dei prærogativâ, infranctos hominum appetitus suâ suavissima pulchritudine extinguebat. Diez Conc. 1. in fest. B. V. ad Nives.

Charitas Mariæ erga homines.

Oculi tui columbarum. Cant. 4. 1. Tuximè, ô Mater misericordiæ, sinè felle es: nihil enim unquam habuisti invidiæ, nihil odii; quòd familiare est rapacibus corvis. Rupertus l. 3. in Cant.

Quasi palma exaltata sum in Cades. Eccl. 24. 18. Palma in sublime affurgit; sed dactylos in humum inclinat. Sic B. Virgo in cœlo meritorum verticem ad solium Deitatis erexit, ait S. Gregorius: Eadem tamen fructus suæ clementiæ in terram inclinat; dum veluti Mater opitulantis se inclinat. Cornelius hic.

Abiit in montana cum festinatione. Luc. 1. 39. Decet festinatum iter in montes; ardua adiri oportet serventiùs: nec retardandum cursum, cum ad aliena commoda pergimus. Virgo enim cum festinatione domum Elisabeth subiit; sed in domum suam non legitur reversa cum festinatione. Oliva l. 13. Strom. hic.

Vinum non habent. Joan. 2. Omnium hominum advocatam se sciens, quæ pro omnibus Creatoris facta fuerat Mater, officium advocacy, & piæ auxiliatrici, assumpsit; eum videret inopiam. Quæ nec rogata, prævenit; ac si opus non sit, ipsam precibus excitare; quæ omnem oculum suæ pietatis direxit in nos; præsciens indigentiam nostram, & se cunctorum Matrem pietatis, agnosens; sollicita pro filiis, irrequisita etiam ad divinum Filium accessit. Sim. Cals. l. 2. de gest. Dom. c. 25.

A ne-

A nemine rogata, pro aliorum necessitati- bus se ingerit; & ad Filium pro auxilio recur- rit: nulla enim major charitas, quam qua subvenit non invocata. Euthymius. Non exspectat sedula mater; & propensa in filios, quod clamoribus excitetur. Cum eos cogno- verit subjacere defectui, ab amore inhaerente fortius urgetur, in omnem revelationem inten- dere. Sim. Cas. l. 2. de gest. D. c. 25. Virgo Mater internè commota prorumpit in verbum; ut praeferretur jucunditas hominibus, quos ama- bat; quos indigere cognoverat. Si hoc non rogata perficit; quid rogata non perficiet? Si hoc viatrix exilens; quid, cum regnat in pa- tria? si hoc apud Filium mortis temporali sub- jectum; quid, cum mortem superavit? Præro- gat in terris, quid sit pro nobis in cælo factura. Sim. Cas. ibidem.

Mariae charitas perseverans est, quæ nun- quam excidit. Unde & dicit filiis: *incharita- te perpetua dilexi te.* Jerem. 31. Similabatur enim charitas ejus charitati Filii; de qua Joan. 13. *cum dilexisset suos, in finem dilexit eos.* Rich. à S. Laur. l. 4.

Maria proficientibus; & perfectis, profunde- que peccantibus, sol est. Propter hanc com- munitatem dicitur de Patre æterno, & de Matre Maria, Matth. 5. *qui solem suum facit oriri super bonos, & malos.* Ideo etiam dicitur de ipsa Sap. 6. 8. *equaliter* (id est, communicati- ve) *est ei cura de omnibus.* Sicut enim non est personarum acceptio apud Deum; sic nec apud Mariam. Idem l. 7. de laud Mariae.

Nonne plus, sine comparatione, nos diligis, ac bona nostra procuras; quam Mater carnalis? S. Bonaventura ltm. am. c. 4.

Domina nostra omnem diligit, omnibus sue- currit, pro omnibus intercedit, pro omnibus Advocatam se fecit; nec ullum à charitate sua secludit. Propter hoc est Lunæ assimilata Cant. 6. 9. Quia, sicut luna, quæ inter corpora cæle- stia & terrena, est media; & quod ab illis ac- cipit, ad inferiora refundit: Sic Virgo Regina in- ter nos, & Deum nostrum, est media; & gra- tiam ipsa nobis refundit. Idem l. 14. in Nat. Dom.

Charitatem, quæ humanum genus incessan- ter protegit, & fovet; mentis intelligentia non comprehendit. S. Amedeus hom. 3.

Quis unquam ab ea æger, vel tristis, aut ig- narus cælestium mysteriorum, abiit? quis non lætus, & gaudens, rediit ad propria, impetra- to à Matre Domini quod voluit? Idem hom. 7.

Tota mitis est, tota serena, tota suavis, tota benigna; non solum justis, & perfectis; verum etiam peccatoribus, ac desperatis. Lud. Blofius Parad. an. c. 18.

Theologorum sententia est, Beatos in cælo nos magis diligere, quam dum in terra essent: quia major amor Dei ex visione, quam ex fide; & quo major amor Dei, major etiam amor proximi: Hinc Seraphini nos plus diligunt, quam Cherubini; & sic deinceps. Quia ergo sanctissima Virgo Maria super omnes cælestes choros ita exaltata est; ut ipsa per se novam, & singularem, hierarchiam constituat: sic amor, quod nos cuncti Seraphini, & perfectio-

res Sancti diligunt; si cum amore sanctissimæ nostræ Imperatricis conferatur; est velut cen- trum terræ cum circumferentia ipsius, & om- nium colorum, comparatum. Diez tom. 3. Dom. 20. Pent.

Viri nonnulli eruditi, & pii, sic orant: Do- mine, da mihi hoc, quod pro me optat, postu- latque à te sanctissima Virgo Maria! ipsa enim majora optat, quam nos optare possimus. Cor- nelius in Eccl. 6. 37.

Charitatis actus Mariae.

Exurgens Maria &c. Luc. 1. Habent Sancti hoc proprium omnes, qui in veritate sanctum habent charitatis spiritum; ut ita gra- tulentur de beneficiis, quæ aliis impensa per- ceperunt; quemadmodum quæ à Deo sibi met collata sunt. Rupertus l. 1. in Cant.

Christus Dominus Mariae similis.

Christus totus fuit Matrì simillimus. Hoc enim, qui viderant utriusque imagines ad vi- vum, asserunt; nunquam fuisse sic filium Mat- tris simillimum, vultu, & moribus, verbis, & habitu. Denique in omnibus Mater nihil fuit, nisi Filii adumbrata imago, & Filii Matris ex- pressa figura. S. Thom. Vill. conc. 1. de Nat. V.

Cogitationes Mariae.

Nihil, nisi Deum cogitabam; nihil vole- bam, nisi ipsum. Nulla mihi, nisi Deus, pla- cuerunt. Ego semper optavi in corde, ut vi- verem ad tempus Nativitatis ejus: si forte fieri mererer ancilla indigna Matris Dei. Revel. S. Brig. l. 1. c. 10. Verba Virg.

Stellis quoque cogitationes tui cordis in hoc similes apparebant: quod à tempore illo, quò primam Dei cognitionem habuisti, ita servens in divina charitate usque ad mortem perman- sisti: quod Dei, atque Angelorum, aspectui om- nes cogitationes tuæ, nitidiores, quam stellæ humano visui. Serm. Angel. ad Brigittam ser. 2. lect. 2. c. 5.

Compassio Mariae erga nos.

Remansit puer Deus. Luc. 2. 43. Cur subtrahendo se Matrem dolore afficit? Quia eam voluit efficere, & dare nobis in Matrem misericordiam: ut experimentaliter disceret no- bis compati. Secundò ut sit nobis socius dolo- rum; quod est magno solatio. Olorius Dom. infra oct. Epiph.

Conceptio immaculata Mariae.

§. I.

Figure.

Ex Veteri.

Requievit arca super montes Armenia Gen. 8. 4. Constat, Mariam ab ipso pecca- to Originali fuisse immunem. Quod quidem prætebat arca illa jussu Domini à Noe fabri- cata: quæ aquis diluvii universam terram, &

altissimos montes, supergressis, sola ipsa supernatans ferebatur in sublime. Arca est Virgo Maria; per quam à peccati naufragio totum genus humanum & à damnationis aeternae diluvio, liberatum est. Quamvis igitur Sancti Patriarchae, Prophetae, Apostoli; tanquam montes excelsi virtute, & sanctitate vitae, obruti sunt aquis, & inundatione peccati originalis: ipsa tamen arca nostra universos montes istos supergressa, ferebatur etiam in ipso Conceptionis initio in sublime puritatis; nec est immersa huic virgini sordis originalis. Arcones in II. 4. v. 7. Expof. 1. Disc. 2. S. Ildefonsus lib. de Virginit. Mariae.

In Aegypto sola terra Sacerdotalis fuit immunis ab omni tributo. Gen. 47.

Arcam de lignis setim compingita. Ex. 25. 10. De lignis Setim, quae sunt ligna spinae albae imputribilia. Albertus M. ad Cant. Magnif. Historia plantarum l. 4. ex Dioscoride l. 2. c. 13. de spina alba: amuletum ex ipsa appensum, serpentes fugari. Et Plinius l. 24. c. 12. spinae albae semen contra serpentes auxiliatur.

Pracide tibi duas tabulas. Ex. 34. 1. Dixit Deus Moysi, ubi primas tabulas confregit. Poterat Deus fragmenta priorum conjungere perfectissimè; cur novas petiit? Toftatus p. 3. hic. quasi diceret: oportet quod nunc scribam ego alias tabulas; quia tu fregisti primas continentes praecipua decem. Abulens. indecens putavit Deus in tabulis, licet summò artificio reparatis, legis praecipua, & verba sua, scribere. Maria tabula est pretiosissima, in qua aeternus Pater aeternum verbum scripsit, cum naturam nostram assumpsit: indecens esset, ut in ea tanta exararetur scriptura, si prius naturam habuisset. Castillo Illat. 220.

In Salomonis templo, cui B. Virgo comparatur, januae palmis, & olivis, ornatae. 3. Reg. 6. 33. Templi aditus significat Conceptionem Virginis. Oliva misericordiam, quae praeventa est: palma victoriam. *Diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Jacob.* Pf. 86. 1. Nierembergii de am. erga B. V. c. 9.

Non ingreditur urbem hanc (Rex Assyriorum) *nec mittet in eam sagittam: protegamque urbem hanc &c.* 4. Reg. 19. Civitas, quae nunquam sub potestate hostis fuit, vocatur Virgo. Idem ibidem.

Erat formosa valde, & incredibili pulchritudine. Esth. 2. 15. Tota pulchra es Virgo gloriosissima: non in parte, sed in toto: & macula peccati, sive mortalis, sive venialis, sive originalis, non est in te; nec unquam fuit, nec erit. Idiota contempl. &c. c. 3.

Benedixisti Domine terram tuam. Pf. 84. 2. Juxta communem Patrum sententiam, primus Adam Christum Dominum praefiguravit; Eva vero B. Virginem. Sicut ergo terra, ex qua productus fuit Adam, nulli unquam maledictioni obnoxia fuerat: ita & B. Virgo, ex qua secundus Adam prodit, nulli origini peccati maledicto subjacuerat. Nieremb. ante citatus.

Fusculus myrrhae dilectus meus mihi. Cant. 1. 13. Praeservat myrrha à corruptione. Idem ibidem.

Hortus conclusus. Cant. 4. 12. *Mons praeparatus.* II. 2. 2. Pro hortus Hebr. Paradisus. Cum totus orbis aquis diluvii obruitur, Paradisus immunis. Abul. q. 15. in Gen. 7. inquit: an aquis omnis terra demersa? Et respondet: de solo monte Paradisi terrestris est ratio dubitandi: tum quia ibi jam erat Enoch, nè extingueretur. Et statim: locus Paradisi non debuit laedi, quia esset habitatio Sanctorum. Ideo non debuit illuc intrare diluvium; licet ascenderit ad majorem altitudinem; maneret tamen aqua circumfusa in modum muri. S. Damascenus or. 2. de B. V. dormit: ad hunc Paradisum serpensaditum non habuit. Hilgrin. Card. in Cant. hunc hortum ita clausit Deus; ut nulli maligno pateat ingressus. Conclufit eum tota Trinitas: Potentia Patris munivit virginem contra diaboli violentiam: Sapientia Filii contra hostis fraudulentiam: Bonitas Spiritus S. contra ejusdem malitiam. Arcones in II. 2. v. 2.

Fons signatus. Cant. 4. 12. Rupertus l. 7. haec intelligit de B. Virgine. Gregor. Nyls. fons signatus perinde est, ac si dicas, custoditus. Sigillatus fuit hic fons Dei sigillò, id est, Dei imagine; gratia scilicet, quae Divinitatis est imago. Quando autem fuit fons? quando concepta: quia fons dicitur in prima sua origine. Castillo Illat. 217.

Veni de Libano &c. Cant. 4. 8. Ter vocatur Maria à caelesti sponso; & trinam coronam ei promittit. In quibus triplex victoria declaratur contra peccatum originale, mortale, & veniale; à quibus omnibus libera fuit. Idem Illat. 227.

Quasi cedrus exaltata sum in Libano. Eccl. 24. id est Ecclesià. Est autem cedrus arbor imputribilis, virorem suam semper retinens, & valde alta: ita ut Rabanus super Psalm. vocet eam dominam, & reginam, arborum. Guilielmus Pipinus Ord. Praedic. l. 1. de intemera Concept. V. Mariae.

Quasi plantatio rose in Jericho. Eccl. 24. 18. Rosa, etsi cum vepribus, & sentibus, nascatur spinosis; nullum tamen ab eis trahit aculeum. V. Maria rosa, quae de parentibus originali peccato infectis, tanquam rosa de vepribus, & sentibus, nata; nullum ex parentibus contraxit originalis culpae aculeum. Arcones in II. 4. v. 5.

Ego quasi vitis fructificavi suavitatem odoris. Ibidem v. 2. Vitis, dum floret, hanc virtutem habet; quod solo odore suo, aut expellit, aut extinguit bufones, & serpentes. Ita & haec V. sanctissima. Idem ibidem.

Accessit ad Prophetissam, & concepit. II. 8. 3. S. Hieron. Cyrillus, Basilus, Rupertus; Augustinus, hunc locum explicant de Conceptione Virginis, & partu Emmanuelis. Propheta fuit, dum dixit: *beatam me dicent omnes generationes.* Cornelius hic.

Quae est illa porta Sanctorum, exterior ad orientem, quae manet clausa Ezech. 44. 2. *Nemo, inquit, pertransibit per eam,* nisi solus Deus Israel? Nonne est haec porta Maria per quam in hunc Mundum Redemptor intravit? S. Ambros. ep. 81.

Sol, & luna steterunt in habitaculo suo. Habac. 3. 11. Omnes homines, quotquot fuerunt, & erunt; in primo suo habitaculo, quod est maternus uterus, non steterunt, sed ceciderunt. At Christus, & Maria solum in hoc primo habitaculo non ceciderunt. de Pontel. 1. in Cant. Exh. 11. §. 4.

Inter natos mulierum non surrexit &c. Matth. 18. 11. Ille surrexit, quia prius in peccatum cecidit: Maria non surrexit; quia nunquam cecidit. Idem ibidem §. 5.

Ex aliis.

Cœlum umbrâ carens. Lem: *Citra umbram.* Picinelli.

Maria liber Dei Spiritu Dei vivi conscriptus. Quid mirum? si erratis careat. Deus est totus oculus, teste Plinio l. 2. c. 7. Ex. 32. 31. *Aut si non facis, dele me de libro tuo.* Quæ, ut notat August. l. qq. q. 47. in Ex. non diceret; nisi ex fiducia, quâ sibi persuadebat, è Dei libro se minimè fore delendum. Nimirum non cadit in librum Dei litura. Nierembergii de am. erga B. V. c. 9.

§. II.

Conceptionis immaculatæ argumenta, & congruentia.

Ex Veteri.

Nimicitias ponam &c. Gen. 3. 15. Filius Dei ad hoc decrevit ex muliere nasci; ut destrueret opera diaboli; & maximè peccatum Mundi, quod ejus malitiâ, dum Eam decepit, introductum est; juxta illud: *inimicitias &c.* Si ergo Christus semen mulieris, per mulierem matrem suam constitutus erat caput serpentis, quod est peccatum originale, reliquorum peccatorum caput æquum erat, ut mulier ista benedicta illâ maculâ non contaminaretur. de Ponte l. 1. in Cant. Exh. 11. §. 3.

Edes Rahab Deus in Jericho ab incendio defendit. Jos. 6. 25. quomodo sanctissimam matrem ab originali peccato non præservâset? si stebant aquæ Jordanis, impetum continentem, cum transiret arca Domini. Jos. 3. 16. Quasi venerando, nè fluxu contingerent. Et non cessisset culpæ originalis inundatio reverentialiter parcendo Virgini Matri; quæ vera Dei arca est; nè in Conceptionis transitu pateretur naufragium. Fuerunt Jonas, & Daniel, a morte illasi, præter ordinem naturæ; unus in ventre ceti, alter in lacu leonum. An non servârit Deus Matrem illasam in utero Annæ à morte spirituali, & à monstro terribili originalis peccati? Paoletti in festo Im. Conc.

Benedixisti Domine terram tuam, avertisti captivitatem Jacob. Pf. 84. Non dixit abstulisti. Loquens in eodem psalmo de sanctificatione aliorum, non dixit, avertisti captivitatem, sed remissisti iniquitatem plebis tue. Nierembergii de am. erga B. V. c. 9.

Polyant. Sacr. Tom. II.

Dominus custodiat introitum tuum, & exitum tuum. Pf. 120. B. V. obtinuit hanc benedictionem Davidis. Idem ibidem.

Dominus possedit me in initio viarum suarum. Prov. 8. Dicitur hic Dominus, & non Deus: quia in Conceptione B. Virginis Creator generis humani tanquam absolutus Dominus se gessit in universali lege de contrahendo peccato originali cum B. Virgine dispensans. Observat S. Augustinus, quod Moyses, quamdium locutus de creatione Mundi, Deum non vocârit Dominum; sed primò, quando primum hominem in paradiso collocavit. Gen. 2. Rationem putat Carthagena; quod supremum ipsius dominium non præcisè in eo consistat; ut, instar terreltrium dominorum, de quibus dicitur Luc. 11. *Reges gentium dominantur eorum*, ingenti famulorum copiâ suo imperio subiciat; sed quod ipse dominos constituat, & regna largiatur. Prov. 8. *Per me reges regnant; omnia subjecisti sub pedibus ejus.* de Pontel. 1. in Cant. Exh. 11. §. 5.

Tota pulchra es. Cant. 4. Pulchrum appellatur ex eo, quod omni ex parte pulchrum sit; & plus quàm pulchrum: sitque pulchrum, quod eodem modò semper se habet; ita ut nec oriatur, nec intereat, neque augeatur, neque minuat; neque partim pulchrum, partim turpe, sit; neque hoc tempore pulchrum sit, illò non item. Dionys. l. de div. nom. c. 4. O pulcherrima pulchritudo omnium pulchritudinû. O Dei genitrix, pulchrorum omnium summum ornamentum. Gregor. Nicomed. orat. de oblat. Deiparæ. Divinum illud elogium, suggestum ab æterno verbo Salomoni, non convenit Mariæ; si illa in Conceptione immaculata non fuit: *tota pulchra es.* Si Matri Dei id non convenit, ob contagium originalis culpæ; nè inane, & fabulosum, sit; debet Mundus expectare à cœlo mulierem Mariâ majorem, quæ exluto Evæ compacta non sit; cui dici jure possit: *tota pulchra es &c.* Oliva tom. 2. conc. 2. in festo Imm. Conc.

Victoriâ partâ contra Lissiam, Judas Machabæus 1. Machab. 4. 44. *Cogitavit de altari holocaustorum, quod profanatum erat, quid de eo faceret &c.* Indecens judicavit, ut altare illud Deo deserviret, quod falsis diis consecratum erat. Andr. Cret. or. 2. de Nat. Maria est altare, in quo agnus Christus vivum sacrificium spiritualiter offertur. de Castillo Illat. 220. Agnum jugulare non sunt ausi Machabæi in ara, quam gentium hostiæ præfanârunt. Et Dei agnus concipi potuit, ubi Leviathan lusit, & scelus illudit? Oliva l. 11. Strom. §. Dominus possedit me.

Ex Novo.

De qua natus est Jesus. Matth. 1. Dum Matrem Dei dixit, plus quàm mille rationes pro ejus puritate attulit. Celada in Esth. §. 348.

Non surrexit major. Matth. 11. 11. In quo Matrem suam exceptit, quæ nunquam surrexit: quia in nullam culpam, seu originalem, seu actualem, incidit. Reliqui omnes surrexerunt, quia

quia ceciderunt. In Scriptura peccatum casus vocatur II. 64. *Cecidimus quasi folium uniuersi.* Diez conc. 4. de S. Joan. Bapt.

Involuit illud in sindone munda. Matth. 27. 59. Non fortuito scriptum est, quoniam involuit corpus in sindone munda, & posuit in monumento novo: quoniam omnia, quae sunt circa corpus Jesu, munda sunt, & nova; & omnia magna valde. Origenes in Catena S. Thron. Si Deus providentiâ suâ tantam munditiem acquisivit in sindone, in qua per 36. horas involvendum erat corpus Christi: qualem providentiam habuerit, ut Marianus uterus esset expers ab omni macula. Sylveira in Marc. 15. cap. 1. Sepultura.

An putas cadaver Christi Domini reponi nequissime in Sepulchro, in quo alius quiesceret homo: & ibi formari potuisse ejus corpus; ubi non jacuisset homo, sed Sathan exultasset? Olivia l. 11. Strom. §. Dominus possedit me.

Ex Patribus, & aliis.

S. Ambrosius l. 1. hexam. c. 8. Negat in lumine vitæ tenebras mortis debere inquiri: cum nequeat quidquam reperiri splendidius eâ, quam splendor elegit.

Sicut in cælo, qualis Pater, talis & Filius; sic & in terra, secundum carnem, qualis est Mater, talis & Filius. S. August. l. 20. ad FF. in eremo; sive 10. de Nat. Chr.

Non tantum dolet anima, cum à corpore avellitur; quantus dolor est, te immaculatâ privari. S. Germanus ArchiEp. Const. f. de dormit. Virg.

Stetit quidem draco ante mulierem; serpens namque insidiabatur, ne fieret, quod proposuerat Deus. At Deus propositi sui victoriam in potestate habens, mysterio à sæculis absconditò, Immaculatam jam sibi Matrem delegerat. Rupertus l. 2. de vict. verbi Dei c. 16.

Virgo tenebrarum principibus semper fuit terribilis; ut ad eam accedere non præsumpserint. Richardus à S. Victore l. 1. in Cant.

Constat, illam ab omni peccato originali fuisse immunem: per quam non solum maledictio matris Evæ soluta est; verum etiam & benedictio omnibus condonatur. S. Ildephonsus l. de parturit. Virg.

Caro Virginis, ex Adam sumpta, maculas Adæ non admisit; sed in candorem lucis aeternæ conversâ est. Petrus Dam. f. de Assumpt.

Tu, ô Virgo Deipara, per progeniem tuam, totius Universi fines illustras. De te enim solâ publicè constat, quod ab aeterno mundata extiteris; ut quæ possidebas justitiæ solem. S. Sabbas Ex Men. 13. Jan. Ode 6. de S. Cyrillo.

Horrescit animus fateri Matrem Domini, quæ caput serpentis erat contritura, quandoque ab eo contritam fuisse. Carthusianus in 3. distinct. 3. q. 1.

Hæc ipsò, quod festum Conceptionis Deiparæ Virginis celebrandum assumpsit, satis astruit, eandem Conceptionem fuisse omnis contagionis expertem ac sanctam. Profana

siquidem festa non novit Ecclesia. Blofius c. 5. de dictis Patrum.

Statuta Universalis Ecclesiæ de Sanctorum celebritatibus omnia fundata sunt supra sanctitatem: ut nullò die pro aliquo Sanctorum solennizet, in quo Persona sancta non fuerit; cui honor ille defertur. S. Bonaventura in 3. distinct. 1. q. 1. a. 1.

§. III.

Conceptionem immaculatam defendentes.

Anno 1496. Scotus, in disceptatione, quam habuit cum Discipulis Alberti; cognomen *subtilis* accepisse memoratur. Cum idem Doctor ad defendendam ejus Immaculatam Conceptionem, contra illius adversarios in arenam descenderet; brevemque illam precationem ante lapideum ejus simulachrum præmisisset: *dignare me, laudare te &c.* Ipsa Mater benignissimè sese inclinare illi non est dedignata. Et in hodiernum diem inclinatò capite perseverat. Laur. Chryfog. S. J. Mundi Mariani part. 2. disc. 5.

Consilium Mariæ.

Fili, acquiesce consiliis meis. Gen. Ipsa est Rebecca, quæ dixit filio suo Jacob: *fili &c.* Consilia autem Mariæ sunt, ut faciamus penitentiam, quæ notatur in preparatione hædorum; quos sibi jussit Rebecca afferri à filio suo: qui sic acquisivit benedictionem Patris sui; obediendo scilicet consilio matris suæ. Richardus à S. Laurent. l. 10. de laudib. Virg.

Responsò accepto. Matth. 2. 12. Responsum propriè datur interroganti. Et sic Magi forsan interrogarunt à Mariâ, an ad Herodem redire deberent? Dion. Carthus. hic.

Constantia Mariæ.

Excidit columnas septem. Prov. 9. 1. Septem columnæ, quibus firma semper stetit, sunt septem dona Spiritûs S. quæ requieverunt in te, & nunquam te deseruerunt: per quæ stetit firmiter, & perseveranter in omni gratia, & virtute. Idiota de B. V. c. 4.

Luna sub pedibus ejus. Apoc. 12. 1. Luna mutabilis sub pedibus ejus; quæ nunquam mutata est à primo instanti Conceptionis, usque ad ultimum vitæ spiritum. Nierembergus de adorat. l. 2. c. 13.

Cor.

O raptrix cordium! quando mihi restitues cor meum? S. Bernardus Medit. sup. Salvæ Regina. Considera, filia, Passionem Filii mei. Cujus membra mihi fuerunt quasi membra mea, & quasi cor meum. Ipse erat mihi quasi cor meum: propterea, cum nasceretur ex me, sensi; quod quasi dimidium cor meum nasceretur, & exiret ex me. Et, cum ipse pateretur, sensi; quod quasi cor meum patiebatur. Propterea audacter dico; quod dolor ejus

erat

erat dolor meus; quia cor ejus erat cor meum. Sicut enim Adam, & Eva, venderunt Mundum pro uno pomo: sic Filius meus, & ego, redemimus Mundum quasi uno corde. Revel. S. Brig. l. 1. c. 35. Verba B. Virg.

Correptio.

Quidquid inter coevas puellas vidit, quod non ad normam virtutis esset, suavi admonitione abstergit: si forte risum leviusculum, oculos liberiores, verba minus ponderata, animum minus patientem, in aliis observasset; amore ingenti corrigere studuit. S. Bonaventura in vita Christi c. 28.

Crucifixus.

Steterunt sol, & luna. Jos. 10. 13. Quare jure potest: cur in diebus Josue luna steterit? quando sole tantum indigebat, & die, ut hostes suos persequeretur; non autem luna, aut stellis. Responderi potest: solem esse astrorum regem; non modò quia luce praeminet, aut eam cum ceteris communicat; sed etiam, quia illa sic ei subserviunt; ut vin & influxus suos, ad ejus usum dirigere videantur; quòd ille mortalibus utilior sit. Decebat ergo, rege stante, ejus item stare famulitium; procedente procedere. Stetit igitur luna, quia sol stetit. Stetit in cruce Jesus clavis confixus; stetit sub Cruce Maria doloris gladiò confosa; & amoris, compassionisque, clavis Filio confixa. Doultreman de am. Dei l. 2. c. 5. Sect. 5.

Stabat, sicut luna perfecta in aeternum, & testis (seu Martyr) in caelo fidelis. Pl. 88. 38. Fidelis: quae, ceteris fugâ dilapsis, sub Cruce stabat; non eminus spectans, sed proxima; tantum non commoriens. Gregor. Naz. Stabat, & Filii Creatoris sui mortem insuebatur, quam videre sol non sustinuerat: immota, cum terra tremere; infracta animò, cum rupes finderentur. Stabat, non vindictam inclamans, non ignem de caelo advocans cum Elia, ex antiquae Legis zelo; sed cum Filio pro inimicis deprecans. Stabat, non muliebriter eulans; sed Machabaeâ, S. Felicitate, S. Symphorosâ constantior: non septem quidem liberorum, quemadmodum illae, sed unius duntaxat Filii Mater: ut qui potiori jure, quam Elcana dicere poterat: *nunquid non melior tibi sum, quam decem filii?* 1. Reg. 1. 8. Stabat fortior Melaniâ; de qua ait Hieron. ep. 25. ad Paulam: calente adhuc mariti corpusculò, & nondum humato, duos simul perdidit filios: & tamen ex ejus oculis lacrymae gutta non fluxit. Doultreman l. 2. de am. Dei, c. 5. sect. 5.

Statura tua assimilata est palma. Cant. 7. Per palmam, quâ manus victoris antiquò ritu ornatur, insigne illud, ac victoriosum, Crucis lignum notatur: cui nimirum Evangelista staturam piæ Matris assimilata insinuans ait: stabat illa juxta Crucem sui Jesu; atque ea ipsa sibi quodammodo Crux erat. Guilielmus Paris. hic.

Polyanth. Sacr. Tom. II.

Stabat juxta Crucem Mater ejus. Joan. 19. Parum dixisti, ô Evangelista: perfectis auribus aliquid majus dicere potuisti. *Stabat,* tu inquis, *juxta Crucem Mater ejus;* cum in ipsâ Cruce penderet. Omnino illa plus ad Crucem appropinquabat, quam quicumque alii: quia non solum juxta Crucem stabat; verum etiam in Cruce pendeat: de se enim in se nihil rem auferat. Tota commigraverat in dilectum; & dum ille corpus, ista spiritum, immolabat. S. Bernardinus t. 1. l. 55.

Ad quid Mater Jesu juxta Crucem ejus? insolitus mulieribus mos, quòd filiorum sequantur corpora damnatorum: quamvis ipsis assistant sedulo, si in domibus, & lectis, propriis moriantur. Vitant humanae matres videre crudelia exitia filiorum. Quae mentis fortitudo? quae animi virtus? quae interna constantia? quid illa statio juxta Crucem? quae mater secuta filium ad truncationem capitis? mutilationem membrorum? ad effossionem oculorum? ad incendium? Raram, vel nullam, dixerim. Et hæc Virgo Mater videre Filii supplicia non veretur. Sim. Cas. l. 2. de gest. D. c. 26.

Proxima Cruci stabat, non amore arboris, sed dilectione pendens, velut prima discipula hujus hominis cruciati; & Magistra sequentium: ut stent juxta Crucem; ex qua salus animarum, & peccatorum occasus, & inferni claufura, & apertio caeli. Non juxta Mundi delicias, & delectantia sensum, quae subvertunt mentes mortalium, & à Christo avertunt, & tandem ad inferna demergunt. Cruci debet assistere omnis vita mortalium, postquam finivit per Crucem immortalis. Idem ibidem c. 27.

Stat juxta Crucem Virgo Christi Mater; quia Eva juxta vitam arborem stetit; non verita poenas futuras, si tangeret. Idem ibidem.

Stemus juxta Crucem, velut juxta apothecam aromatum; ex qua vulneribus nostris vera medicina defluxit. Et velut juxta Crucem, quâ fulgente in mentibus hominum nunquam ambuletur in tenebris. Velut juxta fontem, in quo abluti sumus; quò inundante potamur. Velut sub umbra; sub qua requiescere potest, malis ardoribus aestuatus. Stemus juxta Crucem magis mente, quam corpore. Idem ibidem.

Facta per omnia Christiformis, & Cruciformis, stat diligens, & diligenter, juxta Crucem Idem ibidem.

Cultus Mariae.

§. I.

Exempla.

Quia arbitror te veritate superatum, ad destractionem meam, & ad maledicta converti (solent enim hoc & mulierculæ facere, quae victoribus dominis malè optant in angulis) illud dico

D 2

dico

dic præveniens; gloria mihi fore tua com-
vicia, cum eodem, quæ Mariæ, detraxit, ore
me laceras; & caninam facundiam servus Do-
mini pariter experiatur, & Mater. S. Hieron.
tomo. 2. adv. Helvidium de perpet. Virginit.
Mariæ.

Job non scidit vestimenta, nisi auditâ morte
filiorum, & filiarum.

Ordo vetus militaris, qui insigne stellæ in ve-
ste præferrebant, institutus à Roberto Rege Fran-
ciæ sub Annum Christi 1496. in honorem B.
V. g. Septembris: eò quod ipsa sit stella maris.
Cornelius in Matt. 2

Magnus, Mogor, cum jam ad Catholicam
magnis à Deo stimulis impulsus esset, Anno Chr.
1590. auditò Christianos annuam Assumptionis
Beatissimæ Virginis memoriam agere; suo il-
lam ritu celebrare decrevit. In hanc rem thron-
um sublimem erexit, in quo effigiem San-
ctissimæ Virginis, à P. Rudolpho acceptam,
collocatam ab omnibus voluit satrapis, ac pro-
ceribus, deosculari. Dicebant optimates, filium
regium primogenitum Sancto huic operi ini-
tium debere; cæteros tum ultrò successuros.
Imperata quam promptissimè facientem reli-
qui secuti sunt; quorum pietatem Rex egre-
giè compensavit: quoniam in Deiparæ obsequio
se promptos demonstrarunt, Equites aurati fa-
cti sunt. P. Jarricus Thef. rer. Indic. tom. 2. l. 2. c. 12.

§. II.

Culta Variis precibus.

S. Hedwigis, Ducissa Poloniæ, imaginem
Deiparæ gestare consueverat, ut memoriâ
cultûs illi exhibendi, fervorque imitationis,
ejus aspectu excitaretur. Quam cum tribus di-
gitis sinistra moriens ita strinxisset, ut nulli eam
avellenti cederet, simul cum illa tumulari de-
bebat. Viginti annis ab obitu, cum sacra ejus
ossa transferenda essent, reliquæ corporis parte
absumptâ, tres illi digiti prorsus integri reperti;
ac intra illos imago Deiparæ omnis expers corrup-
tionis. Caput quoque non modò illæsum,
sed etiam fragrantissimò liquore, quod ex
eo instat olei ubertim manabat, plenissimum re-
pertum. Surius 15. Octobris.

S. Francisca Romana inter nutricis brachia, ut
primum linguam cepit in voces resolvere, stu-
pentibus cunctis, didicit Beatissimæ Virginis re-
citare Officium: quod pensum totâ deinceps vitâ
honori ejus persolvit. Bollandus 9. Martii.
Idem fecit, teste eodem 24. Martii, S. Catha-
rina Suecica.

S. Carolus Borromæus, pro suo singulari in
Virginem affectu, sollicitè perfecit; ac inter cæ-
tera statuit, ut per totam suam diocesin supra
portas templorum omnium Parochialium Deiparæ
effigies collocaretur: ut precaturi monean-
tur; sibi accessum ad Deum per B. Virginem
procurandum esse. Franc. de la Croix hort.
Marian.

Ludovicus Pius Imp. Caroli M. filius, cum
venatum iret, secum B. Virginis imaginem de-
portabat; & in media solitudine positus humi
genibus, devotè coram illa suas preces fundebat.
Canisius l. 7. de B. Mariæ c. 29.

Josephus Anchieta S. J. inter Apostolicos la-

bore carmen bis mille octingentorum sex dis-
tichorum composuit de B. Virgine. Vita l. 1.

Ad Deiparam Virginem (conspicitur ejus ima-
ginibus) omnes etiam gentiles vehementer effi-
ciuntur; eamque summâ reverentiâ, toto corpore
in terram demissò, venerantur; & appellant, scim-
mu, niam, niam, id est, Sanctam Matrem, &
Reginam Reginarum. P. Nicolaus Longobardus
S. J. ex China A. 1598.

Bernardus Bauhusius versum scripsit unicum:
toti tibi sunt dotes Virgo, quot sidera cælo. Hunc
versum quatuordecim Syllabarum millies bis,
& vicies, mutavit, iisdem prorsus verbis, sen-
su, & metrò, servatis. Drexelius Trismeg. l. 2.
c. 4.

§. III.

Præmia Mariam colentium.

S. Eugenius Ep. cum meditaretur cœnobium
ædificare, B. Virgo apparuit, librum mani-
bus præferens, & cruce aurea luce radiante ei
benedixit. Bollandus 11. Jan.

B. Joannes Parmensis, Minister Generalis
septimus Ordinis Minorum, cum visitaret ul-
tramontanas Provincias, contigit brumali tem-
pore eum totâ die deviasse; atque in deserto,
mediisque sylvis, ingruentem noctem sustinuis-
se. Sociis anxie quaerentibus, quid agendum?
respondit, Dei, matris ejus, & S. Francis, opem
implorandam; Deum nunquam in se speranti-
bus defuisse. Primus ergo varias orationes fudit
ad S. Virginem: quibus absolutis audierunt
pulsari campanam. Secuti sonum, pulsato
ostio, præsto obviam sunt, quasi ex conducto
expectantes, plures Monachi: qui promptè re-
ceperunt hospites, ducunt ad ignem, lavant
pedes, exliccant vestimenta, apponunt coc-
nam, & sternunt lectos, omnia ministrant mag-
nâ alacritate. Post primam vigiliam surrexit
Generalis B. Joannes ad orationem; & auditâ
campanâ, quâ nocte ad divinum officium con-
vocantur Monachi, ad Chorum cum ipsis con-
venit. Officium incepturus Hebdomadarius,
nec consuetâ usus est cerimonia, nec ordine,
nec Versiculò, Domine labia mea &c. sed ab-
ruptim, & cum turbatione, inceptit ab illo
versu Ps. 37. *ibi ceciderunt, qui operantur
iniquitatem.* Respondit Chorus: *expulsi sunt,
nec potuerunt stare.* Tertiò id ipsum repeti-
tum; quod suspicionem ingessit B. Joanni. Præ-
cepit igitur in virtute Passionis Christi, & San-
ctissimi nominis ejus, ut ocyus edicerent, qui-
nam essent? Respondit, qui Abbatis locò vide-
batur præesse: omnes esse Angelos tenebra-
rum; qui præceptò divino inviti essent missi ad
ministrandum ipsi & sociis precibus, inquit,
Matris Dei, & illius Vexilliferi Patris vestri.
Quibus dictis totum evanuit, quod ibidem
extractum videbatur: se autem, cum sociis, in
nemoroso antro, atque nuda humo invenit
Generalis. Excitatis Sociis, reliquam noctem
usque ad auroram, quæ jam inflabat, vigiles
duxerunt; & surgentes iter profecti sunt ad
Conventum Ordinis. Bollandus 19. Martii.

Fieri non potest, ut pereat; qui Mariæ sedu-
lus, & humilis, cultor fuerit. Blossius. Parad.
an. c. 18.

Idem p. 2. Concl. 2n. fid. c. 12. Deipara ait
ad

ad B. Mechtildem l. 1. spir. grat. c. 48. ego omnibus, qui mihi piè, & sanctè, deserviunt, volo in morte fidelissimè, tanquam Mater piissima, adesse; eosque consolari, ac protegere.

Cùm Baltherus nobilis Prutenus Missam audiret, Sacerdos celebrans, ut in Canone calicem levavit, Crucem auream sub ejus pede conspexit; cui annexa fuit chartula cum his verbis: Crucem hanc defer ex parte mea, Mariæ scilicet Matris Christi, amico meo Waltero militi de Birbach. Quam cùm Sacerdos legisset, post Missam pulpitum ascendit; & interrogans, essetne quis præfens hujus nominis? & ostendentibus, eum seorsum duxit, & Crucem porrexit. Bollandus 22. Jan.

S. Ildephonsus Ep. Ob susceptam defensionem adversus hæreticos, Dei genitricis Virginitatem impugnantes, ab eadem candidissimâ veste donatus est. Idem 23. Jan.

B. Ugolinus Ordin. Eremit. S. Aug. quia devotissimus B. Virginis cultor, & angelicæ castitatis; clarus corporis integritate, cognitâ post annos triginta ab inhumatione; quando cor illius candidum, & fragrantissimum, protrusit liliolum; quò temerè ab aliquo rescissò, aliud è corde enatum est. Bollandus 21. Martii.

Stephanus Lofoncius Valachia Præfectus, in medio ardore pugnae cum Turcis confossus oppetit. Secundò, tertiovè anno, cùm plerique in eum campum, ubi patrata strages, descendissent, vocem inter ossa caesorum audierunt Jesu, & Mariæ, nomina resonantem. Admiratio, & pavor, hos incessit: & ecce loquax inter eadavera caput invenit. Quid, inquit, stupidi hic statis viri? Christianus ego sum, & magnæ Matris divæ Mariæ semper addictus, inconfessus, inexpectatus hoc bellò occubui. Magna Diva me æterni supplicii reum esse non patitur; hic me adhuc linguae compotem servavit; ut & delicta fateri, & animum sacris ritè Apostolicis iustitiae valeam: proinde quæso Sacerdotem. Rogatus, quid tandem à Diva beneficii meruisset? respondit: septena quotannis in vita sua festa illius reverentissimè celebrasse; jejuniis ex pane, & aquâ, decorasse; illi cunctas animi vires dedicasse. Accersitò ex pago proximo Sacerdote, confessionem ritè transegit; defunctiq; apud repentè conticuit, perpetuòque quievit. Rainaldus ad An. Chr. 1415. ex Antonio Bonfinio rerum Hungar. dec. 3. l. 3.

§. IV.

Motiva alia Mariani cultus.

Unde hoc mihi &c. Luc. 1. 43. Cur Elisabeth tantum adventum Virginis gratulatur? cùm duæ hic visitationes sint factæ; una Virginis, altera Christi Domini in utero: solum tamen Beatissimæ Virginis adventum gratulatur: *unde hoc mihi &c.* R. Quia tanta est connexio inter Christum, & Virginem; ut idem sit obsequium præstare Virgini, ac Christo Domino: uni enim sinè altero placere non potest. Sylveira hic q. 20.

P. Sebastianus à Campo S. J. moriens sic locutus: ô filii Adæ! Servite, & amate Mariam diligentibus: nam scitis, quam vobis sit necessaria

Maria deprecatio. Nadasi in Sabbatho quarto.

Gravem tempestatem in mari salutatione angelicâ sedat B. Joannes de Deo, Bollandus 8. Martii.

D.

Dignitas, & excellentia B. Virginis.

§. I.

Figura.

Suque inter vos, & Arcam, spatium cubitorum duorum millium. Jos. 3. 4. ut agnoscas, Mariam, cujus arca umbra erat, magnis intervallis cæteris anteire creaturis. Naxera tr. de B. V. Excellentia B. V.

Electa ut sol. Cant. 6. Sol in medio planetarum, tres subtus se, tres supra. Supra Virginem nihil pulchrius, nisi Divinæ tres Personæ; sub se tres angelorum hierarchias habet. Stella in Luc. 1.

Tanta fuit perfectio Mariæ, ut soli Deo cognoscenda reservaretur; juxta illud Eccli. 1. *ipse creavit illam in Spiritu S. & vidit, & dinumeravit, & mensus est.* S. Bernardinus t. 2. l. 21.

§. II.

Textus Scripturæ.

Una est columba mea. Cant. De illa verius, quam de aliis dicitur: quia inter omnes Sanctos, tam angelos, quam homines, unum constituit chorum ab aliis diversum; ad quem nullus alius accedit, sed longissimè distat. Unde exaltata est super novem choros angelorum, super choros Prophetarum, Apostolorum &c. Nam illa, sicut & ejus Filius, singularem habet sedem: hic ad dexteram Patris; illa ad dexteram Filii. de Pontel. 9. in Cant. Exh. 3. §. 4.

Fecit mihi magna, qui potens est. Luc. 1. Non explicat, quænam hæc magna fuerint, nec quænam magna: quia inexplicabilia sunt. Nie-rembergius de ador. l. 2. c. 4. *Fecit mihi qui potens est.* Sed quænam magna? nescio, an ipsa voluit suam comprehendere magnitudinem. S. Thom. Vill. conc. 3. de Nat. Virg.

Dominus tecum, Luc. 1. In his duobus verbis notatur Mariæ dignitas, & Dominium super Filium suum. Cùm enim de omnibus cæteris Sanctis dicatur, & magnum sit, eis esse cùm Domino: unde & Enoch dicitur ambulasse cum Deo. Gen. 5. quod faciunt, qui ejus per omnia voluntati obediunt. Maria majus aliquid cæteris hominibus sanctis sortita est: ut non solum ipsa subiceretur voluntati Domini; sed etiam Dominus voluntati ipsius: ut per hoc meritò diceretur Dominus esse cum ea. Richardus à S. Laur. l. 1. de laud. Virg. c. 5.

Missus est Angelus Gabriel &c. Luc. 1. Cur non Archangelum vocat? cur non Seraphim? nam ex illorum ordine fuit, juxta aliquos; nimirum Bernardin. de Bullis, & Marcum Vigerium Card. Juxta plurimum tamen opinionem. S. Thomæ, Bernardi, Gregorii, summus fuit Archangelorum. Nudè vocat Angelum, quia in Incarnationis mysteriò, in qua Deus in a demittitur,

demittere se quisque debet. Secundò: quia Virginis conspectu omnis celsitudo demittitur, omne lumen obfuscat, omnis ardor videtur tepor, omnis sanctitas penè disparet. Umbra Virginea hic.

Seniores viginti quatuor mittunt coronas suas ante thronum. Apoc. 4. 10. Cur non potius ante Agnum? Thronus B. Virginem, juxta graves auctores, præfigurabat: & ideo illi diadematum abiectione primò, & peculiariter, reverentiam exhibent. Sylveira t. 1. l. 1. c. 6. q. 18.

In laude aliarum Virginum dicitur, quod, sequuntur Agnum, quocumque ierit. Apoc. 14. De Virgine autem Virginum Maria potest securè dici, quod agnus sequebatur eam, quocumque ierit. Unde Luc. 2. erat subditus illis. Dominus tecum, Richardus à S. Laur. l. 1. de laud. Virg.

§. III.

Ex Patribus, & aliis.

AD te pro dignitate laudandam omnis inops est lingua: etiamque animus excelsior Mundo in laude tua vertiginem sentit, ô Deipara! cum tamen clemens existas, fidem nostram, quâ laudes tuas amplectimur, accepta. S. Joan. Damasc.

Verè rerum omnium conditatum Domina facta est, cum Creatoris Mater extitit. Idem l. 4. orthod. fid. c. 15.

Mater Domini omnis creaturæ: quia genuit Creatorem, Domina facta est omnis Creatura. S. Bernardinus t. 3. l. 3. de glorioso Nom. Maria.

Per me reges regnant. Prov. 8. 16. **A** Christo D: hoc regnandi, & imperandi jus participat B. Virg. tanquam ejus mater. Regis enim Mater regina sit oportet; uti concludit S. Athanasius s. de Deip. idque primò: quia mater in filium regem jus habet maternum, quo ei, quasi filio, potest præcipere, & imperare, quare hoc quoque jus habuit B. Virgo in Christum. Secundò, titulò Deipara: tanta enim hæc dignitas; ut poscat dominium omnium, quæ in Dei sunt potestate. Tertio, quia Christus summè honorat Matrem: ideoque hoc Dominium ei ultrò communicat. Quarto, quia Fideles omnes hoc jus B. Virgini deferunt: vocant suam Dominam; quod etiam nomen sonat. Cornelius hic.

De hac, & ob hanc, & propter hanc, omnis Scriptura est; propter hanc totus Mundus factus est. S. Bernardus l. 3. sup. Salve Reg.

Opus, quod solus opifex supergreditur. Petrus Dam. l. 1. de Nat. B. Virg.

Architectus, & Dominator omnium, Deus, ex incorrupto utero tuo carne suscepta, humani te generis Primatem creavit, ô Domina, nulli unquam reprehensioni obnoxia. Unde ad te confugimus cuncti; veniam orantes offensarum. S. Sabbas. Ex. Men. 1. Jan. in precibus Matutinis.

Decorès, quos Angelus abiecit (Ezech. 28. omnis lapis pretiosus experimentum tuum &c.) & ab Eva abstulit; Virgo Beata assumpsit. Albertus M. in Salut. Angel.

Opus Domini excellentissimum est Maria, S. Bonaventura Spec. B. V. c. 3.

Si linguis hominum loquar, & angelorum; nihil digni, nihil propriè de Sanctæ, ac perpetuæ, Virginis Matris Christi Mariæ gloria eloqui poterò. Arnoldus Carnot. Abbas. tract. de laud. Virg.

Scio, quòd ineffabilis est laus ejus; nec ad eam poterit homo vivens, etiam si loqui detur Angelorum linguis; quoniam major est omni laude. Hanc enim gloriam sibi retinuit celestis artifex; cujus Mater Virgo opus est speciale; nec alteri daturus est eam. Richardus à S. Laur. Prologo 1. de laud. Virg.

Plus, quam mulier hæc. Parum est; plus, quam vir. Hoc modicum est; plus, quam angelus omnis. Gerfon tr. 11. sup. Magnif.

Ave magna Aula, & splendidum Palatium, Imperatoris aeterni. Bloisius parte 2. Parad. anime.

S. Mechtildi ipsa Deipara sic loquitur l. 11. B. Trinitas me talem imaginem facere volebat; in qua totius potentia, Sapientia, & Bonitatis suæ, artificium elegantissimè apparet.

Dolorosa.

§. I.

Figura, & Comparationes.

Congregentur aqua, quæ sub celo sunt, in locum unum. Gen. 1. 9. In unum cor Mariæ quasi omnes aquæ dolorum congregatæ. Turlell. Laur. hist. l. 3. c. 32. S. Bonaventura Spec. B. V. c. 2. vocat eam Rosam Martyrum. c. 3. Maria mare amarum interpretatur.

Non te comparabo Abrahæ, filium in sacrificium ducenti: ille enim reduxit incolumem; tu verò sine Filio relicta es orphana. Nec te comparabo Jacob ploranti Joseph. Gen. 37. supererant enim ei undecim filii: Nec etiam Davidi ploranti suum Absolon, & dicenti: quis mihi det &c. 2. Reg. 18. ille enim, licet pulcher aspectu, sed sædus moribus, inobediens patri, & proditor occubuit: Christus verò subditus tibi, omni præditus pulchritudine.

David, auditâ nece Absolonis, licet perduellis, ac scelesti filii, præ dolore caput operuit; & vitâ suâ mortem ejus redimere volens, exclamabat: *filii mi Absolon! Absolon, filii mi! quis mihi det, ut ego moriar pro te?* Ueberiores fontes flendi Maria habuit. David nuntium duntaxat de morte filii tribus lanceis confossi acceperat; Maria dilectissimum suum Jesum ante oculos suos tribus clavibus confixum, totò corpore lacerum &c. vidit expirantem. *Ne vocetis me Noëmi, id est, pulchram, sed vocate me Mara, id est, amarum Ruth 1. 20. quia amaritudine replevit me valde omnipotens.*

Flebat irremediabilibus lacrymis; & nullo modo consolari poterat. Tob. 10. 4. 7. Quando Scriptura vult exprimere aliquem luctum multum dolorosum, assimilat eum luctui unigeniti. Jer. 6. 29. Amos 8. 10. Intensissimus dolor; quia præsens erat. Quod oculus non videt, cor non dolet.

Job non scidit vestimenta suâ, nisi auditâ morte filiorum, & filiarum.

Factum

Factum est cor meum &c. Pf. 21. 15. Potest hic versus exponi de B. Virgine: ipsa enim dicitur cor Christi, quia eam summè dilexit; & ipsa intima fuit in corpore Christi mystico. Ipsa liquefacta est per dolorem, & amorem, ad ignem Passionis Christi. Hugo Card. hic.

Ascensum purpureum. Cant. 3. Ascensus purpureus fuit dolorosa compassio; quâ affectuosissima, ac benignissima Mater filio suo patulatim tam intentius condolebat, quanto Passio ejus magis appropinquabat. Fuit dolor talis consolationibus ejus frequenter admixtus. Quem admodum enim dulcissimè, amabiliterque, gaudebat, Infantem puerum Jesum vultu placido conspectando, virgineis brachiis deferendo, amplectendo, rosâ facie osculando, sacris uberibus nutriendo. Sic planè recolendo, quod à Gabriele sancto perceperat, dictum esse ad Joseph de Puerò: *ipse salvum faciet populum suum à peccatis eorum*, vehementissimè condolebat; & concutiebantur omnia viscera ejus materna super innocentissimo Filio suo; ita ut cum David dicere videretur: *ò Jesu! Fili mi Jesu? quis mihi det, ut ego moriar pro te!* Dion. Carthuf. hic.

Coma capitis tui: sicut purpura regis vincita canalibus. Cant. 7. 5. Cogitationes tuæ tinctæ in sanguine Dominicæ Passionis; & affectu sic semper fuere, quasi recentem viderent sanguinem de vulneribus profluentem. Hailgrinus. B. Virgo Dei genitrix, quia in ea parte patiebatur, quæ impassibilis habetur; & atrocius passa est gladiò Passionis Christi; plus quàm Martyr fuit: unde constat, quia plus omnibus dilexit. S. Sophronius S. de assumpt. B. Virg.

Oculi tui sicut piscine in Hesebon. Cant. 7. 4. Rupertus hic: quod non deficiat ex eis aquæ. Et tu maximè, ò Virgo, præ cunctis mortalibus semper compuncta corde potes dicere: *fuerrunt mihi lacryme meæ panes die, ac nocte.* Propterea dicuntur *sicut piscine in Hesebon*, id est, in maxima compunctione. Hesebon quippe interpretatur cingulum mœroris.

Quasi Plantatio rosa in Ferich. Eccl. 24. 28. Rosa ruborem habet vehementis intentionis; in quo duo figurantur: summa videlicet amoris perfectio, & persecutio intensi doloris. Quanto enim diligebat ardentius, tantò vulnerata est profundius. Richardus à S. Laur. l. 3. de laud Virg.

Solvertetur in tenebras, & luna in sanguinem. Joel. 2. 31. Sol justitiæ Christus versus est in tenebras per mortem; & luna, id est, Maria conversa est in sanguinem per compassionem. Turfell. hist. Laur. l. 3. c. 32.

Myrrha arbor est in Arabia, quæ interpretatur *Vespera*, vel *Occidens*, est amaritudo. Maria autem fuit arbor myrrha in Vespera Passionis Filii. Fuerat Maria arbor latitiæ, quando dixit: *exultavit Spiritus meus in Deo salutari meo*: sed amaritudinis; quando discessit ab ea sol moriturus justitiæ. Richardus à S. Laur. l. 12.

§. II.

Comparatur Martyribus, & præfertur.

Virgo univeros Martyres suo splendore tantum excedit, quantum sol reliqua astra. S. Basilii Seleuc. orat. de annunt.

Quid de Deipara dicturi sumus; quæ tantò supra Martyres omnes splendore enituit, quantum sol stellarum micantes radios fulgoribus vincit. Idem orat. de Sanctissima Dei genitrice, & de Incarnat. &c. Quidquid crudelitatis inflatum est corporibus Martyrum, leve fuit, aut potius nihil, comparatione tuæ Passionis: quæ nimirum suâ immensitate transiit cuncta penetrabilia tua, tuique benignissimi cordis intima. Et utique, pia Domina, non crediderim, te potuisse ullò pacto stimulos tanti cruciatûs, quin vitam amitteres, sustinere; nisi ipse spiritus vite, spiritus consolationis; spiritus scilicet dulcissimi Filii tui, pro quo monente conquerebaris, tantopere torquebaris, te confortaret, & consolaretur, te intus doceret, non esse mortem eum absumentem; sed magis triumphum omnia ei subjicientem. S. Anselmus de excellentia Virg. c. 5.

Modò quòdam indicibili in omnibus Electis suis omnia perferbat poenarum genera. Persequeretur in Apostolis, lapidabatur in Stephano, affabatur in Laurentio: sicque in singulis singula Martyrum, ceterorumque justorum, sustinebat tormenta. S. Laurentius Just. de triumph. Chr. agone c. 19.

O dulcissima Mater nostra! ubi stas? nunquid juxta Crucem? imò certè in Cruce es. Sed hoc differt: quia Filius in corpore, tu autem in corde crucifigeris. Nec non & vulnera, per ejus corpus dispersa, in tuo corde sunt unita. Ibi Domina laceratum est cor tuum; ibi clavatum, ibi coronatum spinis, ibi illusum, exprobratum, contumeliis plenum; demum acetò, & felle, potatum. Idem de incendio div. amor. c. 4.

Rosam Martyrum vocat S. Bonaventura spec. B. V.

Plus, quàm Martyr, fuit: quia in animo non minùs amoris, quàm mœroris, intus gladiò vulnerata: parataque stetit ad poenam quamlibet excipi; si percussoris manus accessisset. Quæ nimio amore demum vulnerata testis extitit Salvatoris; & pro mœrore in animo cruciatum sustinuit Passionis. S. Ildephonsus f. 2. de Assumpt. B. V.

Non sine causâ hi, qui fideliter Christo assisterunt in Calvaria monte, & compassi sunt; non sunt passi postea Martyrium in exitu suo: cum reliqui Apostoli, & alii discipuli, à tyrannis sint occisi. Nam B. Virgo Mater Jesu, S. Joannes Evang. & Magdalena, non fuerunt per martyrium sublati. Dolor major omni morte, & omni cruciatu, exercuciavit illos, solâ compassione: & sufficit pro morte Martyrii. Nierembergus de adorat. l. 2. c. 5.

§. III.

Vehementia dolorum.

CRUX gladius erat, qui per Filii corpus maternum pectus transverberavit. Ephrem in lament. Deiparæ, Damascenus lib. 4. de fide cap. 15. Augustinus Ep. ad Paulinum.

Euthy.

Euthymius in c. 2. Luc. Gladium nominavit, acutissimum dolorem, maximeque dividendum; qui penetravit cor Matris Dei; dum Filius ejus Cruci affixus est.

Mulier, ecce filius tuus. Joan. 19. 26. Non vocavit eam Matrem: ne præ amoris vehementis teneritudine amplius ipsa doleret. S. Bonaventura Medit. vitæ Chr. c. 79.

Sanguine Filii in flagellatione per totum corpus defluente, innumerabilium aqua lacrymarum de Virginis oculis decurrebat. In Serm. Angel. ser. 6. lect. 2. c. 17.

Stabat juxta Crucem Jesu Mater ejus. &c. Joan. 19. 26. Cur B. Virgo nunc prima nominatur? cum alibi mulieribus postponatur. Act. 1. 14. *Cum mulieribus, & Maria Matre Jesu.* Ubi sermo est de Crucis ignominia, que a Filio in Matrem derivabatur, prima Maria scribitur: quia præcipue, & prima opprobriorum ejus erat particeps. Extra verò hanc occasionem eximialis humilitas postremum sibi elegit locum. Sylveira t. 5. l. 8. c. 17.

Vulnera Christi morientis, erant vulnera Matris dolentis. S. Bernardus lament. B. Virg.

Nunc solvis, Virgo, cum usura, quod in partu non habuisti à natura. Dolorem pariendo Filium non sensisti; quem millies replicatum Filio moriente passa fuisti. Idem ibidem.

Et tuam ipsius animam pertransibit gladius. Luc. 2. 35. Dolores, quos non habuisti in partu, ut sentires te esse Matrem; exolves in morte Filii, sentiens te esse Matrem. Stella hic.

Canit Ecclesia: circumdabant eam flores rosarum, id est, infinita martyriorum genera; quarum rubor attestatur persecutionum martyria. Richardus à S. Laur. l. 3. de laud. Virg.

Currit Maria post Jesum, non tantum in odore uuguentorum, sed in multitudine dolorum: non solum in gaudio consolationum, verum in abundantia passionum. Cernebat verum Salomonem Mater ejus in diademate, quò coronavit eum noverca Synagoga; & ipsa coronata coronâ tribulationis post eum incedebat. B. Amedeus hom. 5.

Tantus fuit dolor Virginis; quòd si in omnes creaturas, quæ dolorem pati possunt, divideretur; omnes subito interirent. S. Bernardinus t. 1. f. 61. a. 3. c. 2.

Nihil est ambiguum, quia si divinâ non fuisset bonitate servata, roborataque; cor illius devotissimum, præ dolore, & mœrore, ruptum fuisset. Blossius parte 3. Margar. spir. c. 13.

Quòd si latius attendere velis; quæ, & quanta, in persecutione, atque Passione, dilecti Filii sui sustinuit; invenies eam nimirum tot amaras potiones ebibisse in vita, quot Jesus habuit ætatum momenta, & membra vulnerata. Thomas Kemp. p. 3. l. 1. ad Novitios.

Videns Mater, Filium suum in Cruce crudeliter extendi, in omnibus sui corporis viribus cepit tabescere. Audiens verò malleorum sonitum, quando Filii manus, & pedes, ferreis clavis perforabantur; tunc, omnibus Virginis

senibus deficientibus, ipsam in terram, velut mortuam, doloris magnitudo prostravit. Unde non parvum miraculum in hoc Deus tunc fecit, cum Virgo Mater tot, ac tantis, doloribus intrinsicis fauciatâ, suum spiritum non emisit: quando tam dilectum Filium, nudum, & cruentatum; vivum, & mortuum, atque lanceâ transfixum; omnibus eum deridentibus, inter latrones pendere perpexit: illis pene omnibus, quibus notus extiterat, ab eo fugientibus; & multis eorum à rectitudine fidei enormiter exorbitantibus. Commemorat Scriptura, quòd uxor Phinees, arcam Dei ab inimicis captam, audiens, præ doloris vehementia mox expiravit: cujus mulieris dolores Mariæ Virginis doloribus comparari non possunt: quæ sui benedicti Filii corpus, quod arca præfigurabat; inter clavos, & lignum, captum detineri videbat. Serm. Angel. ser. 6. lect. 3. c. 18.

S. Paulus pingitur cum gladio; quia gladio occisus: S. Andreas cum cruce; &c. B. Virgo pingitur, Filium suum gestans. Ubi exprimi videtur dolor, quem ex ejus morte passa fuit. Itaque, sicut gladius instrumentum mortis fuit S. Paulo; ita Christus Jesus gladius doloris fuit piissimæ suæ Matri. Diez. Gravissimum desiderii frustrati Matri fuit martyrium, supplicium atrocissimum, cum Filio non torqueri, morte quavis acerbius, Christo morienti non commori. Doultreman de am. Dei l. 2. §. Sect. 5.

Miraculo proximum est, quod narrat te stesidonei: Florentiæ speculum aservari, quò olim usus fuit Cosmus magnus Herurriæ Dux; cujus effigiem perpetuò refert: quasi si spectanti & ipse spectans adhæreat. Maria ejusmodi speculum fuit: sed longè mirabilius; quod conceptum, nascentem, adolescentem, adultum, viventem, morientem, & demum mortuum, refert Christum Filium; ejusque bonitatis, cæterarumque virtutum, imaginem representat. Ità S. Laurentius Just. l. de triumph. Chr. agone c. 21. clarissimum Christi Passionis speculum effectum erat cor Virginis, nec non & perfecta mortis imago. In illo agnoscebantur spura, convicia, verbera & Redemptionis vulnera. Idem ibidem.

§. IV.

Circumstantiæ angentes dolorem.

ARCA Noëmum Dominus includit Gen. 7. nè, ut Chrysolomus inquit, posset videre justus generalem interitum. Vidit Virgo Maria Creatoris interitum; quæ cum universa Mundi machina interire velle visa est. Idem ibidem.

Alia conditio Virginis dolorem extollens erat; quòd opem nullam, aut consilium, Filio suo afferre posset. Consolatur mater, si filium in suo dolore, & morte, osculari, amplecti, & adjuvare, potest. Sed hoc fuit Deiparæ negatum. Videbat nudatum; & vestire non poterat. Audiebat ipsum dicentem: *stis;* & non poterat illi potum porrigere. Videbat eum vulneribus plenum; & non poterat vulnera alligare. Conspiciebat sanguine irrigatum;

tum; nec valebat linteò abstergere: caput malè inclinatum; non poterat sustentare. Videbat expirare; non poterat osculari. S. Bernardinus Senens. t. 3. f. 3. de Nomine Mariæ.

§. V.

Par amori dolor.

O vos omnes, qui transitis *Eccl. Thr. 1. 12.* Ethicus ait: pulsus doloris est amor. Ut scias, quanta sit febris, & calor; tangis præsum. Ut scias, quantus fuerit dolor Christi, & B. Virginis; cogita, quantus fuerit ut utriusque amor, tum matris, tum erga omnes homines. Cornelius hic.

Fili, quid fecisti nobis sic? Luc. 2. 48. Volò, ò Sanctissima Virgo, quællioni tuæ satisfacere. *Quæris: quid fecisti nobis sic?* R. Scit equidem Filius tuus; quod nec ipsi Angeli aquè ac tu, illi seruerint, sed quia, quem magis diligit, majores dolores illi infert. *Quid doloris Abraham ex immolando filio?* Gen. 22. *Quid Jacobo ex Joseph?* Gen. 27. *Tobiæ?* 10. Exemplum esse debes aliis matribus; ut in patientia exerceantur, ubi Deo placuerit charissimos filios de medio tollere. Denique his tribus diebus voluit te sic angere; ut robore animi te induas, & præpares, ad ferendos tres alios dies, scilicet mortis ejus; ubi non sicut modo illum inuenies inter Doctores, sed inter latrones crucifixum. Stella hic.

Quò magis diligebat, plus doluit: & amoris magnitudo attulit fomenta passionis. S. Amedeus hom. 5.

Quantò in comparabiliter amavit, & tantò vehementius doluit. Unde sicut non fuit amor, sicut amor ejus; ita non fuit dolor simili dolori ejus. Richardus à S. Vict. c. 26. in Cant. de Virgine Dolorosa.

Fuisset serveræ mentis, non fieri illius Altissimi Filii consociam passioni. Et auderet dixerim: ipsam præ cæteris decebat animi dolore perfodi: hoc enim amplius cognitionis, & excessivi amoris, ratio suadebat. Simon Cass. l. 2. de gest. D. c. 1.

§. VI.

In corde passa.

Hoc solum restat; quòd ipse in corpore, tu verò in corde, es passa: nec non singula vulnera, per corpus ejus dispersa, in tuo corde generaliter sunt unita. Tu, Domina, in tuo corde es lacerata; tu amaris clavis in clavata; tu de spinis cornata; tu illusa, & exprobrata. O suavissimum cor amoris! cur conversum es in cor doloris? S. Bonaventura stim. am. c. 4.

Quid est, quod Dominus dicit *Is. 63. Torcular calcavi solus; & de gentibus non est vir mecum.* Verum est, Domine, quòd non est vir tecum; sed Mulier una est tecum: quæ omnia vulnera, quæ tu suscepisti in corpore, suscepit in corde. Et sicut lancea militis perforavit tuum; ita gladius doloris ejus animam pertransivit. Richardus à S. Laur. de laud. Virg. l. 1. c. 5.

Quot vulnera Filius accipiebat in carne, tot pia Mater accipiebat in corde: rubebat caro Filii *Polyanib. Sacr. Tom. II.*

sanguine Passionis; rubebant maternæ cogitationes, ut ita dicam, sanguine compassionis. Guilielmus in Cant. 7. 5.

Ille carne; illa corde, passa est. S. Amedeus hom. 5.

Idcirco accessit Calvariam, ut cum eo intus spiritualiter crucifigeretur. Blosius marg. Spir. p. 3. c. 6. Gladio doloris animæ ipsius infixò, vulnerabatur, Spiritu, & crucifigebatur affectu. Et quòd in carne Christi agebant clavi, & lanceæ; hoc in ejus mente compassio naturalis, & affectionis Maternæ angustia. Arnoldus Carnot. tr. de laud. Virg.

§. VII.

Oblatio, & Sacrificium.

Lætabatur dolens, & lætabunda dolebat, quòd offerebatur sacrificium vespertinum in Salvationem sui, & in redemptionem omnium nationum; quò placabatur iratus. Simon Cass. de gest. D. l. 2. c. 27.

Nimirum in Tabernaculo illo duæ videres altaria; aliud in pectore Mariæ, aliud in corpore Christi. Christus carnem, Maria immolabat animam. Arnoldus Carnot. tr. de 7. verb. D. in Cruce.

§. VIII.

Initium Mariæ dolorum, tempus, duratio.

Fasciculus myrrhæ *Eccl. Cant. 1. 12.* Cùm carne meâ progenitum talem Filium sinu meò foverem, ulnis gestarem, uberibus lactarem; & talem ejus futuram mortem semper præ oculis haberem; qualem, quantam, quam prolixam, me putatis materni cordis pertulisse passionem? Hoc est, quòd dico: *fasciculus myrrhæ.* Veruntamen & illud sciebam, quòd esset resurrecturus. Igitur dilectus mihi & fasciculus myrrhæ, quia moriturus, & Botrus Cypri erat, qui resurrecturus.

Ductus est Jesus in desertum. Matth. 4. 1. Mater tua piissima quantum passa est dolorem, propter tui absentiam? Nunquam à principio ortus tui talem absentiam habuit, neque pertulit; imò semper tecum fuit. Quare quilibet horum dies annus ei videbatur absentia. S. Thom. Vill. f. D. 1. Quadr.

Ecce pater tuus, & ego, dolentes querebamus te. Luc. 2. 47. Nec tridui absentiam à Jesu sine ingenti dolore pati sustinuerunt. S. Aelredus hom. in præsentia: ò Domina mea! quid dolebas? Credo, non famem, non inediam, timebas Puero, quem Deum noveras: sed tantum subtractas tibi vel ad modicum ineffabiles præsentia ejus divitias querebaris. Baeza t. 2. l. 1. c. 6. §. 1.

S. Brigitta Revel. l. 6. c. 9. dixit B. Virg: ego nullam horam sine tribulatione transixi cordis in terris habui. Thaulerus vitæ Christi c. 19. dicit: Beautissimam Virginem pro tota vita fecisse professionem doloris.

Sicut rosa crescere solet inter spinas, ita B. Virgo in hoc Mundo crevit inter tribulationes. Et sicut rosa crescente crescunt & spinæ; sic hæc electissima rosa Maria, quantò plus crescebat ætate tantò fortiorum tribulationum spinis

spinis acutis pungebatur. Serm. Angel. cap. 16.

Quoties aspicebam Filium meum; quoties involvebam eum pannis; quoties videbam ejus manus, & pedes; toties animus meus quasi novò dolore absorptus est: quia cogitabam, quomodo crucifigeretur. Revel. S. Brig. l. 6. c. 57.

Omai tempore, quò post Ascensionem Filii mei vixi: visitavi loca, in quibus ipse passus est, & mirabilia sua ostendit. Ibidem c. 61.

Scias; quocumque induebam ipsum illà tunicà; tunc oculi mei replebantur lacrymis? & totum cor meum torquebatur tribulatione, & dolore; & affligebatur intensà amaritudine: ex eo videlicet, quòd ego bene noveram modum, quò in futurum illa tunica ab eodem Filio meo esset separanda tempore Passionis ejus: quando ipse nudus, & innocens, à Judæis crucifigeretur. Ibidem l. 7. c. 8.

Ille doloris gladius cordi Virginis omni horà tantò se propius approximabat, quantò suus dilectus Filius Passionis tempore magis appropinquabat. Unde credendum est; quòd ille piissimus Dei Filius, innocentissimæ suæ, Matri filianter compatiens, dolores ejus frequentibus consolationibus temperabat: alioquin ejus vita usque ad Filii mortem sustinere minime valuisset. Serm. Ang. fer. 6. Lect. 2. c. 17.

§. IX.

Compassio cum Matre dolorosa.

EX tuo dolore discas, quænam illa communis omnium Parentis jactura sit; cum ejus Filius, quem dilexit, vitam pro generis humani incolumitate offerret. Cyrillus Alex. hom. 1. Pasch.

Sol splendens, sui amoenitatem subducendo, totum hunc Orbem mœrore affecit; seque socium junxit intemeratæ Virgini Mariæ in plangendo Filio. Blofius Marg. spir. p. 3. c. 18.

Intellige filia me, lacrimas Passionis meæ gratià à meditantibus manantes mihi gratissimas fore. At cum meam Genitricem inexcogitatò amore prosequor; gratior mihi est dolorum, quos in Passione meâ perpessa est, attenta meditatio. Dixit Christus B. Veronicæ de Binasco. Bollandus 13. Jan.

Domina.

B. Virgo Domina est in Filii oblatione; amarum mare in ejusdem Passione. Stella est, quia illuminat; Domina; quia protegit. Hugo Card. in Luc. 1.

Domus Lauretana.

In qua Deus conceptus, ab Apostolis ritè conservata, Anno 300. ab Helena pereleganti æde decorata, teste Nicephorò l. 8. c. 30. Exin ab Asianis, Afris, Europæis, frequentata. Anno 1291. asportatur in Dalmatiam; ab Episcopo agro, revelante ipsà B. Virgine, agnoscitur, & sanatur. Ipse cum aliis, suadente Nicolao Frangibani, Prætorè Dalmatiæ, in Nazareth proficiscitur; & rem cæsius explorat. Redux

pro concione ad frequentem populum omnia exponit, lætitià cunctis penè disfluentibus Quadrienniò non totò interjectò sacrosancta, ædes ex Dalmatia transfertur. Causa in incerto est. Quid si arrogantiâ fuisset; de qua Auctor. c. 4. quòd crederent, se divinò judiciò cæteris gentibus esse prælatos, cum humilitate exulasse videatur humillima Mater. Secutus lactus ingens in populo, qui usque hodie perseverat; cum annus jam agatur à discessu trecentessimus. Catervatim quotannis Dalmatiæ, transmissò Adriaticò. Lauretum ventitant; non magis B. Mariæ incunabula venerantes, quam orbitatem lamentantes suam. Quorum solennes illa voces: revertere ad nos Maria. Ex Dalmatia translata in Italiam in Picenum Anno 1294. cum tota bellis flagraret, Retinetensem agrum infedit, quæ matrona cujusdam erat divitis, & piæ, Lauretæ nomen fuit; cujus deinde nomine Lauretana ædes appellat. Tener fama (narrat id Auctor l. 1. c. 6.) nec vana, inquit, fides; venienti Deiparæ domicilio omnes arbores obvias, velut venerabundis inclinasse; ac deinde pronas perstitisse; quoad evò, ventis, ferrò, procumbent. Noctè allata pastores vigiles splendor accivit, domum recurrunt, visè narrant. Effusa civitas, ipsi ægri adrepere, depulsi morbi, à longinquo accurrunt. C. 7. Verùm quia via angustà, arboribus obstita, à latronibus infesta, peregrinos spoliant, mactant. Et ideo ad proximum collem ab Angelis translata ad mille passus, octavo circiter mensè, quàm lucum infederat. Possidebant eum collem fratres duo. Hi cælesti donò mirè læti ædem conjunctis studiis colere cæperunt. Aucta interea inter indigenas, & advenas, devotio. Sed auctis donis, pecuniæque, fratribus eventit avaritiâ; quæ stationem breviorè, quàm in Sylva, facelli fecit. Nam sacro auro uterque inhiare; inde, stimulante avaritiâ, dissidere, & ad arma venire. Ergo S. ædes ad jactum fermè sagittæ ab eo loco in proximum collem versus mare submoveretur. C. 9. area in Sylva, quam S. Domus occupaverat. nitebat semper vernantibus herbis, floribusque; cum omnia circè densis obstita virgultis, ac sentibus, horrerent. Hodièque religionis ergo à multis visitur: at amoenitatem illius loci rusticorum temeritas violavit. Turrell. Laur. hist. l. 1. c. 1.

E.

Educatio.

Qui manè vigilans ad me, inveniens me. Prov. 8. 17. Manè, id est, citò, maturè; putà à prima ætate. Omnes quidem diligentes se diligit Maria Deipara; sed maximè eos, qui manè ad eam vigilant, id est, pueros; qui à teneris illi servire incipiunt. Sicut enim parvulus Christus præ cæteris amat, dicens: *Sinite parvulos venire ad me.* Matth. 19. sic eosdem præ cæteris diligit purissima Virgo: quia ipsum Puerum Christum tenerrimè dilexit, facili involvit, lactavit, &c. ac in eo didicit amare, & educare, pueros. Cornelius hic.

Quando

Quando difficultatem in partu habuisti, ego ad te ingressa sum. Ideo ingrata es, si non diligis me. Labora igitur, ut filii tui sint etiam filii mei. In Compendio vitæ S. Brigittæ. Verba Deipara.

Eleemosyna.

Odor unguentorum tuorum super omnia aromata. Cant. 4. Quæ sunt unguenta tua, soror, mea sponsa? eleemosynæ tuæ, quas expendisti in me. Super omnia aromata est odor unguentorum tuorum, id est, suavitas eleemosynarum tuarum; quia non ut ceteri in membris meis, sed in memetipso tu mihi munificentissima extitisti. Rupertus in Cant. hic.

Quare non obtulit B. Virgo agnum; quæ paulo antea acceperat à Magis in oblatione, sicut piè creditur, non parvam auri quantitatem? dicendum: quod B. Virgo, paupertatis amica, thesauros, Regum devotione oblatos, absque mora liberalissimâ charitatis regionis illius pauperibus dispensavit. Neque potuit manibus ejus aliquid temporalis substantiæ adherere, quæ jam intellexerat, Filium paupertatis, altitudinem demonstrare. S. Bernardinus tom. 3. tr. de B. V. f. 10. de Purif.

Evangelista.

Conferens in corde suo. Luc. 1. 19. Hinc Discipuli Christi à B. Virgine, post Christi ascensionem, de aliquibus dicuntur instructi: præsertim Lucas ab ea edoctus asseritur, maxime in his, quæ ipse solus de Christi infantia refert. Non quod à Spiritu S. non sit de illis instructus. Imò & Spiritus S. eum per Mariam sic instruxit; & Supernaturali irradiatione de omnibus informavit, & infallibiliter direxit. Eadem enim veritas à diversis, & pluribus modis, addiscitur. Dion. Carth. hic.

Evangelium.

Prima Evangelii præconissa in carne degens Mater Conditoris Evangelii Maria: quæ, antequam Evangelium conderetur, ipsa servavit. Nondum Conditorem ejus conceperat, & Evangelica erat. Sim. Cass. in Evang. l. 8. de vitiis. c. 3.

Eucharistiam respiciens.

Columba venit ad eum ad vesperam, portans ramum olivæ virentibus foliis. Gen. 8. 11. Tu, quasi olivæ speciosa in campis, quæ Mundo naufrago ramum illum olivæ Paternæ protulisti Jesum Christum. Colligere fas habet ipsum in hoc Eucharistiæ Sacramento fidelis anima. Qui, dum creavit eam, misit per aquas, & terras hujus diluvii: quatenus bene volando rediret ad ipsum, qui misit illum. Felix plenè anima, quæ redibit ad vesperam vitæ suæ, ferens in ore suo ramum olivæ Christum, per Sacramentalem, vel saltem spiritualem susceptionem. Gerson tr. 9. Sup. Magnif.

De pomis cæli de pomis fructuum solis, & luna. Deut. 33. 13. Ad terrestrium pomorum genituram coeunt solis, ac lunæ, influxus: nam luna genitrali quâdam aspergine arva noctu humectans irrorat, & fecundat: sol verò interdiu vividis igniculis fovet; & vitali quodam calore promovet terræ partus. Jesus verò vir

Polyanth. Sacr. Tom. II.

ginalis, & pulcherrimæ, arboris Mariæ fructus est. Eucharistia fructus, & pomum, est solis, ac lunæ: hoc est, solis Jesu, & lunæ Mariæ. Arcones in Il. 3. 6. Diso. 5.

Introduxit me Rex in cellaria sua. Cant. Eucharistiam; quorum tu Cellaria es. Gerson tr. 11. Sup. Magnif.

In qua urna aurea habens manna. Hebr. 9. 4. Urna aurea est Maria: aurea per excellentiam vitæ; aurea per integritatem, & puritatem; aurea per plenitudinem gratiæ. Hæc urna manna reconditum habuit; quæ Panem Angelorum, qui de cælo descendit, & dat vitam Mundo, sacrosancto gessit in utero. S. Amadeus hom. 1.

Corpus, & Sanguis, Filii Dei, fructus sunt arboris pulcherrimæ; id est, Virginis intemeratæ S. Rupertus l. 1. in Levit. c. 37.

In Sacro Virginis utero formatus cibus. S. Thomas Vill. f. 1. de Corp. Chr.

Christus ipse S. Matri suæ lætè vultu Viaticum sacrum præbuit. Gerson tr. 9. sup. Magnif.

Tu Mater es Eucharistiæ; quia Mater gratiæ bonæ. Tu clavigera Cellariorum Regis pacifici. Idem ibidem.

F.

Fides.

Omnes domestici ejus vestiti sunt duplicibus. Prov. 31. Vestes servorum Mariæ sunt fides, & operatio. Fides vestis interior, quæ ornat animam in oculis Dei: operatio exterior; quæ coram hominibus nos Christo patienti similes facit. Richardus à S. Laur. l. 2. p. 1.

Vulnerasti cor meum in uno oculorum tuorum &c. Cant. 4. 9. Oculus fidem, capillus humilitatem, designat; quibus Potentis Dei Filio Virgo maxime complacuit; illumque unò capillò, licet fortissimum, & potentissimum fortiter alligavit. S. Thomas Vill. f. de S. Stephano.

Mariæ fides transcendit fidem Abrahæ. Abraham credidit, posse se habere filium de sterili fene; sed Maria, quod virgo conciperet de Spiritu S. neque concepisset, nisi credidisset. S. Bonaventura f. 17. in Hexam.

Fiducia.

Factum est autem, cum essent ibi, impletum est tempus, ut pareret. Luc. 2. 6. B. Virgo improvisa venit, de tempore partus non cogitans; divinæ directioni, & gubernationi, omnia relinquens; cum divinâ, non humanâ operatione concepisset: nihil secum deferens, quod edita proles in cultu educationis requirit. Simon Cass. de gest. D. l. 1. hic.

Filius.

Peperit Filium suum primogenitum. Luc. 2. 7. Nos esse filios B. Virginis hic ostenditur. Si primogenitus, ergo alii secuti sunt secundò geniti, tertio geniti: neque enim primogenitus diceretur, nisi post se alios haberet. Carnales verò nullos habuit B. Virgo, præter Christum, ergo spirituales habeat, necesse est. Non Angelos; ergo homines: nam Filius ejus frater

E 2

noster

noſter dicitur. Ergo ſi nos fratres; illa noſtra Mater. Incert. Auth.

Mulier amicta ſole, & Luna ſub pedibus ejus.
Apoc. 12. 1. *in utero habens clamabat parturiens, & cruciabat, ut pareret.* v. 2. Gloſſa interl. clamabat, cupiens alios generare, Moralis gloſſa: Significatur intenſum deſiderium implendi in opere, quod concepit in mente. Ambroſius: cruciatur, ut pariat, cum lugeat eos, quos in peccatis parere conſpicit. Sicut Paulus Ap. inſirmantibus diſcipulis loquitur: *filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis.* Gal. 4. 19. Naxera tr. de B. V. §. 26. Maria cupit gignere filios ſpiritualiter.

Omnes filii ventris Eccleſiæ, ſunt hæreditas, & merces fructus ventris Mariæ. S. Bonaventura Spec. B. V. c. 14.

Preto Janes, ſive Abyſſinus Imperator, hoſ ſibi uſurpat titulos: David ſupremus meorum regnorum à Deo unice dilectus. Columna fidei, ortus ex ſtirpe Juda, filius David, filius Salomonis, filius ex femine Jacob, filius magnus Mariæ, filius SS. Petri, & Pauli, ſecundum gratiam. Imperator ſuperioris, & majoris, Æthyopia. Orthelius in theatro tabula 68.

Fortitudo.

Hæc eſt illa mulier fortis, de qua ſcriptum eſt: *mulierem fortem quis inveniet?* Prov. 31. 10. Bleſenſis l. 1. in Adv.

Intravit Jeſus in quoddam caſtellum.
Luc. 10. 38. Quod caſtellum fortius, quod firmius? quàm Virgo Sanctiſſima: cujus animam ſic Deus gratiâ firmavit; ut neque factò, nec cogitatu, à Deo unquam declinaverit. S. Thom. Vill. conc. 1. de Aſſumpt. V.

Fuga in Ægyptum.

Ecce Dominus aſcendet ſuper nubem levem. If. 19. 1. Hieron. Procop. & S. Ambroſ. Exhortat. ad Virgines, docent: nubem levem eſſe B. Virginem; cujus ulnis Chriſtus puer in Ægyptum delatus eſt. Porrò B. Virgo dicitur nubes levis: quia nullis concupiſcentiæ, aut conjugii, onere gravata inquit Hieron. Super omnes res terrenas quaſi nubes, ait Procopius, eminebat. Hæc nobis pluit Chriſtum; & per eum interna mentis noſtræ humectat. Cornelius hic. Nubes levis, & nullius corruptionis pondere gravis, eſt Virgo Maria; quæ in Ægyptum Chriſtum portavit. Eusebius Emiſſ. hom. in Nat. Innocentium.

Fuge in Ægyptum. Matth. 2. Nam incipiebat cudi acutus doloris gladius, cum tam citò nova ſua, teneraque proles cogeretur regum timore, quos terrebat, provincias Ægyptiacas incolere. Et mirum in hoc infante tenello, quòd terrens terrebat; & terrens plus terrebat; qui ob hoc fugiebat; quia ab ipſo terrebat Herodes. Simon Caſſ. l. 1. de geſt. D. c. 22.

Ecce Regina Mundi Ægyptiacas ingreditur civitates, nullò humano comitata ſaſtu; ſed nec pediteſquam unam legimus habuiſſe. Incognita in Mundo, ignorata in populo: quam, ſi, quæ erat, cognoviſſet Ægyptius, apparatus, & magnis copiis, occuriſſet. Conducit hoſpitiū carpentarius, introducit Matrem cum prole fu-

gientem; congregat ſupelleſtilem modicam, ad fovendam Matrem, & prolem; artis carpentariæ inſtrumenta producit. Idem ibidem. Vide obedientia.

G.

Gaudia.

Cor Matris quædam dulcedines, quæ humanum ſuperant intellectum, imbuebant: eratque utrimque mira jucunditas, cum pia Sanctæ Matris, & devota, humilias, & Sancti Sanctorum immenſa benignitas, confederatis affectibus mergerentur. S. Cyprianus de Nat. Chr.

Gratia.

Omnia flumina &c. Eccl. 1. 7. Per mare intelligitur V. Mariæ; in quo omnia flumina gratiarum, & donorum ſpiritualium, intraverunt cum ipſo fonte: & non redundavit Maria, id eſt, non intumuit per ſuperbiam. Hugo Card. hic.

Sicut turris David collum tuum. Cant. 4. 4. Sicut caput per collum, ejusque arterias, ſpiritus vitales, in membra inſluit; Sic Chriſtus per Matrem in Fideles ſua dona. de Ponte l. 7. Exh. 15. §. 3.

Omnia flumina intrant in mare, dum omnia chariſmata Sanctorum intrant in Mariam. Et flumen gratiæ Patriarcharum, & Prophetarum intrat in Mariam; & flumen gratiæ Apoſtolorum intrat in Mariam; & flumen gratiæ Martyrum intrat in Mariam; & flumen gratiæ Confeſſorum; flumen gratiæ Virginum &c. Omnia flumina intrant in mare, id eſt, gratiæ intrant in Mariam. Unde ipſa optime dicere poteſt illud Eccl. 29.

In me omnis gratia. S. Bonaventura Spec. B. V. c. 3.

Ave gratiâ plena. Luc. 1. 28. Hæc eſt gratia, quæ dedit cœlis gloriam, terris Deum, fidem gentibus, finem vitii, vitæ ordinem, moribus diſciplinam. S. Chryſoſt. ſ. 143.

Spiritus S. ſuperveniet in te. Luc. 1. 35. Non dixit, venit; ſed *ſuperveniet.* Prius quidem in ea fuit per multam gratiam; ſed nunc ſupervenire nuntiat propter abundantioris gratiæ plenitudinem, quam effuſus eſt ſuper illam. S. Bernardus hom. 4. ſup. Miſſus.

Nec ſolum ad ſeipſam fit gratiâ plena; ſed ut refundat in ceteros exigentes; & decur in illa intelligi; quòd plenitudinem gratiæ, futura Chriſtianitas poſſit accipere, quæ numerolitate ſingulari Virgini proferenda erat. Et enim ad totam Chriſtianitatem ordinabatur, quòd fiebat in Virgine. Sicut una prima virgo, non pro ſeipſa tantum, ſed pro omnibus, plenitudinem culpæ ſuſcepit. Simon Caſſ. de geſt. D. l. 2. c. 2.

Inveniſti gratiam. Luc. 1. 30. Non creâſti, ut Deus: non rapuiſti; ut Angelus: non perdiſti; ut Adam: non emiſti; ut Simon magus: non abſcondiſti; ut infidelis doctor: ſed reſtituiſti potiùs. de Caſtillo Illat. 217.

Salutans nomen Virginis reticet; ab eo, quòd plus in ea erat, denominat, dicens: *Ave gratiâ plena.* Oſtenderit ei omnipotens, qui delegaverat eum; quòd & plus eſſet hæc Virgo, & quibus donibus ditata conſiſteret; cum, omnium abjectâ copiâ rerum, ſolum polleteret plenitudine gratiarum. Sim. Caſſ. antè eic.

Inveniſti

Invenisti gratiam. Prudens Virgo, non sapientiam, sicut Salomon; non divitias, non honores; sed gratiam requirebat. Nimirum sola est gratia, quâ salvamur. Quid nos aliud concupiscimus? fratres. Quæramus gratiam, & per Mariam quæramus. S. Bernardus f. in Nat. Virg.

Vadam ad montem myrrhæ, & ad collem thuris: in illum montem altissimum montium: montem non modò myrrhæ, & thuris; sed & omnium aromatum; Virginem virginum omnium plenam gratiarum. Guarricus l. 1. de annunt. Virg.

Quodcumque donum alicui Sanctorum unquam datum fuit, tibi non fuit negatum: sed omnium Sanctorum privilegia omnia habes in te congesta. Idiota Contempl. de V. Maria c. 2.

Quemadmodum in compendium collegit Deus in Adamo, & Evâ, universam naturam, postquam cuncta creasset: atque in homine sunt omnes naturarum, & vitarum, gradus eminentiori modò, quàm in ipsis naturis, cælis, plantis, & animalibus; ut unus homo plus valeat, quàm universus Orbis; & sit alter Mundus. Itâ, quoniam non est negligentior; & minùs curiosus, artifex Deus in rebus gratia: in unum quoque redegit in novo Adamo, & Eva, universam gratiam datam, & dandam, hominibus, & Angelis. Unaque in Mariâ sunt omnia genera charismatum, & donorum supernaturalium, & gratiarum, gradus eminentiori modò, quàm in cunctis reliquis hierarchiis Spirituum beatorum, & Ordinibus Sanctorum. Nierembergius de ador. l. 2. c. 4.

Gratitudo.

Beatissima Maria, nè unquâ Deum laudare cessaret, semper in ore habuisse fertur, teste S. Bonaventurâ vitæ Chr. c. 33. *Deo gratias.*

H.

Humilitas.

§. I.

Figure.

Quæ non sum similis &c. Ruth. 2. 13. Ecce mira humilitas Ruth; quæ se facit omnibus ancillis Booz inferiorem; & ancillarum ancillam; ideoque meruit fieri ejus uxor. Sic B. Virgo dicens: *ecce ancilla Domini*, meruit fieri Mater Dei. Cornelius hic.

Fecit etiam Salomon thronum & vestivit eum aurò fulvò. 3. Reg. 10. 8. Humilitas Mariæ pretiosissima. Et ideo signatur per throni Salomonis aurum, quod erat fulvum nimis. Humilitas enim Joannis, & aliorum Sanctorum, aurum pallidum est; si cum aurò humilitatis Mariæ fulvò nimis comparetur. Et sicut pretiositas auri omnia metalla transcendit; sic humilitas Mariæ omnem gradum humilitatis excessit. Quantò enim Maria fuit virtutibus præ eminentior, tantò in ipsâ humilitas mirabilior. Richardus à S. Laur. l. 4.

Nardus mea &c. Cant. 1. 11. Olim in Eva malò superbiæ fæctore offensus, & in hoc ab humano genere averfus; nunc autem delectatus bonò odore, nardò humilitatis meæ, sic ad genus humanum conversus est. Rupert. l. 1. in Cant. Rex gloriæ fuit in accubitu, id est, cubavit novem mensibus in utero B. Virginis, cum ex eo carnem assumpsit: tuncque nardus, id est, virtus, & humilitas, B. Virginis dedit odorem suum. Nam quid, inquit S. Bernardus, est aliud, *nardus mea dedit odorem suum?* quàm, placuit mea humilitas. Non mea, inquit, sapientia, non nobilitas, non mea pulchritudo; sed, quæ sola in erat humilitas, dedit odorem suum. Cornelius hic.

Quæ est ista, quæ ascendit &c. Cant. 3. 6. Rupertus censet, hæc esse verba Christi, humilitatem B. Virginis admirantis, q. d. Tu dicis, sicut Abraham pulvis sum terræ, qualem ventus dispergit, aura tollit. Et ille, non: sed pulvis pigmentarius, sive pulvis pigmentarii; pulvis myrrhæ, & thuris; qualem pigmentarius Spiritus S. conficit ex optimo thure; quod est suavitas mentis; & ex myrrha probatissima; quod est mortificatio carnis. Tu dicis: fumus ego sum teter coram divinis oculis, qualis de camino ascendit. Et ille: non; sed fumus ex aromatibus myrrhæ, & thuris; qualem decet ascendere de aureo thuribulo ante altare aureum, usque ad os, & olfactum, Domini. Idem hic.

Sicut turris David collum tuum. Cant. 4. 4. Quid erat turris David? putâne illa turris manufacta, de qua legitur 1. Paral. 11. Imò turris David non manufacta fuit, cui tuum, ô Dilecta! collum debeat assimilari. Et hæc est humilitas David. *Filia Sion*, ait Dominus apud Il. 3. elevatae sunt; & ambulaverunt extento collò, &c. Hæc fuit superbia illarum; propterea expugnari potuerunt. Tuum autem collum nequaquam extentum fuit; sed est, sicut turris, id est, sicut humilitas David. Per quam ille coram Deo fortis, & contra homines stetit in expugnabilis. Rupertus in Cant. l. 3. hic.

Terribilis, ut castrorum acies ordinata. Cant. 6. 9. propter profundissimam humilitatem, quâ nihil demonibus terribilis est. S. Bernardus t. 1. f. 52.

Maria Virgo Stellæ assimilatur: quia, cum magna esset ad modum stellæ, modica apparebat per humilitatem. Hugo Card. in Luc. 1.

§. II.

Humilitas B. V. summa, persecta.

Quia respexit humilitatem ancille sue. Luc. 1. 45. Græc. apud Jansenium: quia respexit parvitatem ancillæ suæ. Aliqui ex Hebr. respexit annihilationem ancillæ suæ. Sylveira hic.

Fecit illi magna. Nôstis quæ? Magnum, quia Virgo; magnum, quia Mater; majus, quia utrumque; maxima, quia Dei Mater: sed majus:

quia, cum tanta sit, putat se nihil esse. V. Beda in Luc. 1.

Exinanivit se, exemplò Filii sui, formam ancillae suscipiens. Richardus à S. Laur. 1. 4.

§. III.

Humilitas illius respecta, amata, à Deo.

Quia respexit humilitatem ancillae suae. Luc. 1. 45. Mirà devotione plena vox, quae dicitur; *quia respexit &c.* Non enim ait, quia respexit virginitatem meam, aut innocentiam, aut aliam quarumlibet virtutum gratiam; sed solam humilitatem suam respexit. Domini humiliter facetur. S. Ildephonus l. 2. de assumpt. B. V.

Tria fuerunt in Maria, propter quae specialiter benedicta. Primum est humilitas, quae se vacuum ostendit; & idem impleri meruit. Unde dictum est ei: *Ave gratia plena &c.* Hugo Card. hic.

§. IV.

Humilitas illius exaltata.

Ecce ancilla Domini. Luc. 1. In hoc, quod dicit *ecce*, notatur prompta obedientia: *Ancilla* verò perfectae humilitatis nota est. Quae enim major humilitas? quam quod Mater Dei eligitur, ipsa se ancillam nominat. Eccl. 43. *Luminare, quod minuitur in consummatione.* Hugo Card. hic.

Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Luc. 1. Ubi Theologi cum Toleto asserunt: his verbis Mariam votum virginitatis expressisse. O votum! maledictionis quodammodo speciem referens: Formina Israelitica maledictione se affectam existimat, dum laborat sterilitate. O Virgo prudentissima! curavit minimum abiectionis suae virginitatis adherere: ut tam profunda humilitas quasi necessarii ad Dei elevetur maternitatem. S. Bernardus l. 4. sup. Miss. eligis in Israel esse contemptibilis; ut illi placeas, cui te probasti maledictum in currere sterilitatis. Et ecce maledictio benedictione commutatur; sterilitas fecunditate recompensatur. Escobar Vol. 5. l. 7. sect. 1. Obs. 5.

Nunquam super omnes Angelos glorificata ascendisses; nisi prius infra omnes homines humiliata descendisses. S. Bernardus Deprec. ad gloriosam V. Mariam.

Magne Deus! terribilis, & fortis; bonitate ineffabilis; humilem ancillam erigis, & exaltas; unde hostem aemulum olim expuleras. Triumphat humilitas augmentis gratiarum; & coronam inclinatam à te decorata; superbia verò inanis, & tenebrosa, dehiscat. Lucifer gloriofus & arrogans, vulneratus ad ima corruit: audiant superbi, & humilientur. Virgo humilis ad thronum gloriae coronata ascendit: audiant humiles, & laetentur. S. Amedeus hom. 8.

§. V.

Quò major, eò humilior.

Ecce ancilla Domini. Luc. 1. Ancillam se dicit Domini, quae Mater eligitur. Mater enim, humilemque paritura, humilitatem debuit etiam ipsa praeferre. S. Ambrosius hic.

Quantò magis B. Virgo se audivit elevandam in Matrem Messiae, Filii Dei; tantò magis ad humilitatis gremium confugit. Cajetanus hic.

Cum Virgo legeret illud *Ecce Virgo concipiet*, intelligens, quòd talis Virgo erat futura Filii Dei Mater; anxia desiderio postulabat tali sanctissima virgini obsequi, & famulari; illam alloqui, & contemplari; vel saltem illi in aliquo humillimo officio ministrare. Et dum in hujusmodi desideriis sancta virgo flammesceret; Angelo nuntiante, se illam esse virginem, de qua per Isaiam Spiritus S. propheta vit, auditam Domini voluntate, humiliter se obtemperare parans; cum fieret Mater Dei, atque Regina caeli, & Mundi: non gloriae altitudinis, sed infinitae humilitatis assumpsit nomen, dicens: *ecce ancilla Domini.* S. Bernardinus t. 2. l. 48.

Sicut nulla post Filium Dei creatura tantum ascendit in gratiae dignitate: sic nec tantum descendit in abyssum humilitatis profunda. Id. l. 51.

Et quasi consurgere manipulum meum. Gen. 37. 7. Cur principatus triticeo in culmo ostenditur? & non potius in virga aurea? Vides ipicas maturas se inclinare? nimirum agnata sublimitati humilitas. Escobar t. 3. Colloq. Chr. l. 3. sect. 2. obs. 1.

Sicut lilium inter spinas. Cant. 2. 2. Plin. l. 21. c. 5. nulli florum excelsitas major: languido collo est, & non sufficienti capitis oneri. Languido collo Maria verum lilium: *ecce ancilla Domini.* Idem ibid.

Luminare, quod minuitur in consummatione. Eccl. 43. 7. Lunae ultimum accretionis instans imminutionis est primum. Idem ibidem.

§. VI.

Actus humilitatis.

Joseph autem vir ejus &c. Matth. 1. 19. B. Virgo ex modestia noluit divinum hoc secretum Josepho ulterò revelare; nè tanta sua dona jactare videretur: sed Dei providentiae, cujus hoc totum opus erat, resignavit: certissime confidens; Deum suam innocentiam, & famam, tutaturum. Cornelius hic.

Turbata est in sermone ejus &c. Luc. 1. 29. 32. Regni Davidici nomen exhorruit; comitatu contenta fabri. Et nisi ex verbis Angeli conjectasset; non temporalem fore principem, cujus regni finis non futurum praedicebatur; audeo dicere, abdicasset verbum; nè à vilitate abdicaretur. Et idem fortè Gabriel, cum de regno Filii multa dixisset, eam nunquam salutavit

Re-

Reginam: quin tot inter titulorum fulgores ipsa sibi seposuit ancillae vocabulum. Oliva l. 4. Strom. §. Multiplicabo semen tuum.

Pater tuus; & ego, dolentes &c. Luc. 2. Christum pepererat; Angelus ad eam venerat, & dixerat ei: *ecce concipies in utero &c.* Luc. 1. 31. Meruerat parere Filium altissimi; & erat humillima. Nec se marito, nec in ordine nominis, praeferebat, ut diceret; ego, & pater tuus; sed *pater tuus*, inquit, & *ego*. Non attendit sui uteri dignitatem, sed attendit ordinem conjugalem: non enim humilis Christus matrem suam superbire docuisset. S. August. de divers. parte altera l. 63. in Nat. Chr.

Et tuam ipsius animam. Luc. 2. Humilitatem agnosce Mariae; quae non velut Mundi Regina, & aeterni Regis Mater; sed ut discipula accipit verba senis: non stomachans verbum, non dedignans auditum; aequanimiter laeta, & tristitia, recipit &c. Simon Casl. l. 2. de gest. Chr. c. 21.

Nuptiae factae sunt, & erat Mater Jesu ibi. Joan. 2. 1. Magnum, & cunctis S. Ecclesiae spectandum ordinibus humilitatis exemplum; quod Mater Jesu non aspernata est, carnali interesse celebrati nuptiarum. Rupertus l. 2. in Joan.

Petrus & Andreas, & Jacobus, & Joannes-bi omnes perseverabant unanimiter cum mulieribus, & Maria Matre Jesu. Acton. 1. Itane mulierum sese ultimam exhibebat, ut novissima omnium poneretur? Merito facta est omnium Domina, quae se omnium exhibebat ancillam. S. Bernardus de B. V. Apostolos sic honorabat; ut primarii Scriptores dicant; eam à S. Luca petisse obnixè; ut in catalogo eorum, qui expectabant Spiritum S. non principe, sed novissimo, loco post Sacerdotes se collocaret. Nierembergus de am. erga B. V. c. 9.

Miscellanea.

Accessit ad eum mulier &c. Matth. 26. 7. Joannes verò 12. 3. *Maria accepit libram unguenti.* Toletus hic: Matthaeus nomen tacet; quia caput unxit; Joannes nominat Mariam; quia pedes. Qui Mariam nominat, humilitatem indicat: neque enim Maria sine humilitate stare potest; cum virtus humilitatis à Maria planè sit inseparabilis. Joan. Damasc. orat. de dormit. Mariae: Maria unxit pedes Jesu; quia in Maria humilitatem in honore habet. Paoletti l. 3. in Purif. B. V.

Si non potes Virginitatem humilis; imitare humilitatem Virginis. S. Bernardus hom. 1. sup. Missus est.

I.

Imagines B. Virginis.

Cum S. Hyacinthus, Tartaris subito in templum irruentibus, ipse asportato secum Venerabili, fugeret, inclamavit statua quadam B. Virginis: sic ergo inimicorum meorum op-

probriis me committes? age, me cum Filio me alio transporta. At ille gravitatem statuae, utpote magna, & ex alabastro confecta, causabatur. Sed adjecit imago; ut sese confidenter assumeret: futuros pares oneri humeros. Accipit; sensitque valde levem. Jamque pervenerat ad Boristhenem fluvium; nec pons, nec navicula, comparebat. Itaque factò signo crucis, sublatà chlamyde, sicò illum trajecit vestigiò; quod etiamnum visitur. Ribadeneira 16. Augusti in ejus vita.

Imitatio.

Si tanquam bonus, & devotus filius eam in omnibus pro posse studueris imitari; tunc procul dubio te sibi, tanquam Matri, veraciter exhibebis: & ipsa te, tanquam filium suum veraciter adjuvabit; & quae dignè ab ea petieris, tibi dabit. S. Bonaventura Stim. div. am. c. 7.

Sit vobis, tanquam in imagine, descripta virginitas, vitaeque B. Mariae: de qua, velut speculò, refulget species castitatis, & forma virtutis. Hinc sumatis licet exempla vivendi; ubi tanquam in exemplari, magisteria expressa prohibitis: quid corrigere, quid effugere, debeatis, ostendunt. Primus discendi ardor, nobilitas est magistri. Quid nobilius Dei Matre? S. Ambrosius l. 2. de Virginibus.

Mariae magis placet imitator devotus, quam laudator otiosus. S. Ildephonus f. 1. de Assumpt. Virg.

Incarnatio Christi Mariam respiciens.

§. I.

Figurae.

Lignum vitae in medio paradisi. Gen. 2. 9. O verè lignum vitae! quod solum fuit dignum portare fructum salutis. S. Bernardus l. 2. in adv. Dom.

Moria. Gen. 22. 2. est B. Virgo: in cujus utero templum, id est, Humanitas Christi est aedificata. Cornelius hic.

Facies candelabrum ductile ex auro mundissimo. Ex. 35. 31. O aureum item candelabrum! ignem recipe divinitatis; ut per te ille luceat Mundo; unaque nequitiarum nostrarum tenebras dissipet. Ecclesia Graeca in profesto B. V. annunt.

Rubus incombustus. seu ignis in rubo, est Deus in B. Virgine conceptus, & natus, illa ejus virginitate. Ita Theodoretus, Rupertus, S. Bernardus f. de B. Maria. Ut frutex incendit ignem, & non crematur: itidem etiam virgo, & lumen parit, & non corrumpitur. Hinc tota Ecclesia: rubum, quem viderat Moyses, incombustum. Gregor. Nys. orat. de Nat. Chr.

Et ipse tanquam sponsus &c. Pl. 18. 6. Et ipse procedens de utero Virginali: ubi Deus naturae humanae, tanquam sponsus sponsae, copulatus est, S. August. hic.

Stil.

Stillantia super terram. Pl. 71. 6. Quæ est illa terra, nisi Matris Domini caro Virginea? *Rorate caeli &c. Aperiat terra &c.* De hac terra veritas est orta. Richardus à S. Viçt. annot. hic.

Sapientia edificavit sibi domum. Prov. 9. 1. Sapientia Dei de sinu Patris ad nos veniens edificavit sibi domum, ipsam scilicet Matrem suam Virginem Mariam; in qua septem columnas excidit. Quid est, in eam septem columnas excidere? nisi ipsam dignum sibi habitaculum fide, & operibus, præparare. Nimirum ternarius numerus ad fidem, propter Sanctam Trinitatem; quaternarius pertinet ad mores, propter quatuor principales virtutes. S. Bernardus in Serm. parvis f. 9.

Lectulus Salomonis. Cant. 3. id est, verè pacifici, virgo dicitur; in qua Dei Filius requievit velut in lectulo. Richardus à S. Laur. l. 10. Lectulus, est uterus B. Virginis; in quo Sponsus beatissimam copulam celebravit, quæ humanæ naturæ dignatus est copulari. *Lectulus* autem dicitur, non lectus; propter humilitatem. Hugo Card. in Cant. 1.

Ferculum fecit sibi Rex Salomon. Cant. 3. 9. B. Virginis uterus, & sinus, fuit ferculum augustissimum, baiulans Verbum incarnatum; adeoque mediâ charitate constratum propter filias Jerusalem. Quia Christus, qui est ipsa charitas, maximam gratiam, & charitatem B. Virgini aspiravit: ut ipsa filiabus Jerusalem, id est, animabus devotis, ad illam in quavis difficultate recurrentibus, opem ferret. Cornelius hic.

Egredimini filie Sion &c. Cant. 3. 11. Mater Christi B. Maria esse creditur; quæ coronavit eum diademate: quia humanitatem nostram ex ea assumpsit. S. Gregor. hic.

Ecce Virgo concipiet. Il. 7. 14. Hebr. est *Haalua*: Septuag. illa *Virgo rara*, & unica illa *Phœnix Mendli.* apud Cornelium hic.

Ecce Dominus ascendet super nubem levem &c. Il. 19. 1. Verè levem: quia conjugii onera nescivit. Verè levem; quæ levavit hunc Mundum de gravi fenore peccatorum. Levis erat: quia remissionem peccatorum utero gestabat. S. Ambrosius lib. de inst. Virg. c. 9.

Ascendit Dominus super nubem levem, corpus scilicet Virginis Mariæ; quod nullò humani seminis pondere prægravatum est. S. Hieron. hic.

Deus ab austro veniet. Habac. 3. 3. Septuag. *Deus de Theman veniet, & sanctus de monte umbroso, & condensus.* Per montem hunc Theophylactus, & Euthymius, accipiunt B. Virginem; quæ, quasi mons virtutum, cæteris Sanctis excelsior, obumbratione Spiritus S. concepit, juxta Gabrielis promissum: *virtus altissimi obumbrabit tibi.* Cornelius hic.

In hoc conflatorio (uteri virginalis) conflatum est aurum, & decoctum ad purum; natura humana purgata, & ab omni labe purgata, verbo unita, & in unam personam conjuncta. In hoc conflatorio, & ex hujusmodi auro, formatus est annulus, lapis pretiosus; & in eo im-

posita est forma summi Regis; & imago impressa, & plenè expressa. Aurum optimum, Caro Christi; lapis pretiosus, anima Christi; figura, & imago, Patris, Divinitas Christi. Qui cum sit *splendor gloriæ, & figura substantiæ ejus*; Hebr. 1. 3. nihilominus tamen humanitati nostræ est unitus: ut ex duabus naturis, tribusque substantiis, esset quasi in unum annulum junctus Mediator Dei, & hominum. Homo Christus Jesus; & fieret dextera Excelsi ornatus.

Si quis in nobis factus filius prodigus, qui dudum mortuus est, & jam revixit; date hunc annulum in manu ejus. Richardus à S. Viçt. annot. in Pl. 71.

Sol. Lem: *Ornat* (scilicet cælum) *non ornat.* *Abiit in montana cum festinatione.* Luc. 1. 39. Omnis Sanctorum beatitudo de glorioso Virginis utero processit. V. Beda in Luc. 1.

§. II.

Uteri Virginei laudes.

Quoniam tu es, qui extraxiste me de ventre &c. Pl. 21. 9. Christus ex materno utero progrediens Patrem suum alloquitur. Tertullianus legit: *avulsisti.* Et subdit: quid avellitur? nisi quod hæret. Unde collige; quàm delectabile habitaculum purissimum Virginis uterus Christo fuerit. Incert. Auth.

Dominus tecum. Luc. 1. 28. Quòd si sol, cum creatura limitata sit; & finita; supra terram tantâ celeritate currens, eam tamen ita fertilem reddit; foris quidem fructibus ornatam, intus verò pretiosis metallis gravidam: quænam, & quanta, in purissima Virgine sol ille infinita potentia operatur; non celeriter currens, sed in ea manens. Diez conc. 2. de Incarnat.

In quo nondum quisquam positus fuerat. Joan. 19. 41. In horto monumentum novum pro homine novo; ut sepultura Incarnationi conveniat. Nam, dum incarnaretur, positus est in utero virginali, ubi nondum quisquam positus fuerat, neque ponendus erat. Sim. Casl. l. 13. hic.

Vas electionis &c. Act. 9. 17. Siquidem Paulus vas electionis cognominatus est, quòd augustum Christi nomen portaverit, ac ubique terrarum ipsum prædicaverit: quale vas Dei Mater; non quæ velut aurea urna in se manna complexa sit; sed quæ celestem illum Panem; alimenti causâ, atque roboris, Fidelibus concessum; utero suo gestaverit. S. Basilus Seluec. orat. de S. Dei genitr. & Incarnat. &c.

Salve concha; quæ viva manens de intemperate sanguine tuo, rubrum & instar purpuræ lucens Paludamentum pro rerum omnium Regem tinxisti; & simul per illud nuditatem Adami operuisti. S. Joan. Damasc. Ex Men. ode 6. de B. V.

Cum me totum Deus transformare vellet in Deum, totum se tibi univit, ô Maria; sicque incomprehensum, & novum, omnibus repræ-

sen-

sentatur mysterium. Tu pariendo Virgo incorrupta perseveras; & ex te Caro cernitur Deus. S. Sophronius.

O uterum! in quo confectus est nostræ libertatis libellus. O ventrem! in quo adversus mortem fabricata sunt arma. O templum! in quo Deus ipse factus est Sacerdos secundum Ordinem Melchisedech. S. Proclus or. 1. in laud. Dei genitr.

Hortus deliciarum nobis sacratissimus tuus uterus, ô Maria! quia ex eo multiplices gaudii flores colligimus, quoties mente recolimus, quam magna multitudo dulcedinis toti orbi inde refulsit. Verè paradifus Dei tu es; quia lignum vitæ inde protulisti S. Bernardus Deprec. ad glor. V. Mariam.

Esto paratus, ô divinæ munditiæ liber! quippe tibi S. Spiritus digito inscribitur sapientia divina; sed incarnata: quæ insipientiæ meæ prævaricationem è medio tollat. Ecclesia Græca in profesto B. V. Annunt.

Ave magnifica aula, & splendidum Palatium Imperatoris æterni. Blosius p. 2. parad. an.

§. III.

In utero Virginis factus est Deus mitior.

Apparuit Dominus in flamma ignis de mediobus. Ex. 3. 2. Ignis hic immoxius. Non sic Ex. 19. 14. *Totus mons Sinai fumabat &c.* Cur in rubo apparet Deus mansuetus, benignus, & pacificus? in Sinai terribilis, toans, & bellicosus? Quia in rubo erat velut in conspectu matris: nam rubus illius signum, ex Ecclesiæ mente. In monte Sinai nec in umbra adfuit Maria, de Castillo de vestib. Aaron. Illat. 274.

De quo natus est Jesus, qui vocatur Christus. Math. 1. 16. Salvator priusquam in utero Virginis incarnaretur, nunquam Christus appellatus fuit. De eo autem, mox ut natus est, Matthæus dicit: *de quo natus est &c.* Porro nomen actionibus personæ respondere debet. Christus idem est, quod *unctus*: quia oleo ungentur reges. Oleum autem Symbolum est clementiæ, & misericordiæ. Et ideo reges ungentur: ut discant lenes, & pii esse. Hinc Matthæus, dicendo, *qui vocatur Christus*, insinuare videtur: Deum, priusquam de Virgine nasceretur, fuisse severum, peccatores rigide punivisse; at verò natus de Maria, nomen accepit Christi, quod idem est, ac *unctus*, benignus, mitis. Alphonfus Salmeron tom. 3. tr. 9. quidam piè meditantur; ex aliquibus sanguinis guttis, è corde Mariæ erutis, Spiritus S. ministerio Christi corpus fuisse conditum. Stillæ cordis humani, præsertim cordis Virginis mitissimi, sunt præ quovis alio totius corporis sanguine, dulcissimi, suavissimi, & velut ex pietate compositæ. Et ideo, cum Filius Dei ex hoc sanguine suam formaret humanitatem, quomodo poterat non esse misericors, benignus, & compassivus; qui ex compassione, & misericordia, Mariæ Matris suæ erat compositus. S. Bonaventura in Psalterio Virg. *Polyant. Sacr. Tom. II.*

ginis, vocat eam venam misericordiæ: quippe quæ stillavit è cordis venulis purissimi sanguinis guttas, quibus formaretur Christus ad misericordiam eximie propensus. Paoletti s. g. in festo B. V. Annunt.

Sol justitiæ Deus noster in Veteri Testamento erat ut leo terribilis, rugiens, peccatores terribiliter puniens: sed in uterum Virginis intrans, factus est totus benignus, suavis, & humanus, Filius benignissimæ Matris, Matris misericordiæ. S. Antoninus p. 4. tit. 15. c. 22.

Sol in Virgine. Lem. *Temperat iras*, Picinelli.

Inimici.

TAm particeps charitatis, quam Crucis Jesu, assumpsit orationem pro eis, corde perfectò paternæ pietatis aures compulans: Pater! dimitte illis hanc noxam: quia &c. S. Amedeus hom. 5.

Gerardus Pannoniæ Præsul, Matris Virginis cultor mitificus, complura in ejus venerationem fieri constituit. In more positum habuit, quantumcunque læsus fuisset ab aliquo; si is per Christi Matrem petisset veniam, mox suffusus lacrymis veniam dedit; aut dandam, velut reus ipse, à lædente petiit. Drexelius in Salomone c. 16.

Anno 1546. Obvii sibi duo hostiliter offensi facti; quorum unus ab altero veniam offensæ petens, cum non impetraret, adversarium occidit. Ob tantam iram unius, & perditionem alterius, visa lacrymari imago B. Virginis in proximo depicta muro. Aringus in Roma Vet. & Nova. De templo S. Mariæ à fletu.

Invocatio B. Virginis pro diversis gratis.

O Intemerata! rogamus te obnixè; ut pro famulis tuis affiduè intercedas. Potes quidem reipsâ omnes salvare, ut Dei altissimi Mater, precibus maternâ autoritate pollentibus. S. Joan. Damasc. ex men. 1. Jan. ode 4.

Venio ad te, sola Virgo Mater Dei; procido coram te: rogo te; ut reveles mihi multitudinem dulcedinis Filii tui: concedas mihi, adherere Deo, & tibi; servire Filio tuo, & tibi; famulari Domino, & tibi illi, sicut Factori meo, tibi sicut Genitrici Factoris mei. S. Ildephonus I. de Virginit. Mariæ c. 12.

Delatus sum in turbinem perditionis; & ipsa me stupina scelerum immensorum perturbant. Verum tu, S. Domina! miseratione mei commota, ad portum me divinum appelle. S. Theophanes ex Men. 16. Jan. ode 6.

Laudes.

Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui, Luc. 1. Quare dicitur

tur fructus Virginis benedictus, post ipsam benedictam? Prius laudat Virginem, & postea fructum ejus, scilicet Christum Dominum.

Quia sic aestimat Deus laudem, & honorem, suæ Matris; ut in laude primas obtineat. Sylveira t. 1. l. 1. c. 6. q. 18.

Non est quidem, quod me magis delectet; sed nec est, quod terreat magis; quam de gloria Virginis Mariæ habere sermonem, S. Bernardus l. 4. in Assumpt. V.

Liberalitas.

Signum magnum apparuit in celo: mulier amicta sole. Apoc. 12. 1. In te manet, & tu in eo: & vestis eum; & vestiris ab eo: vestis eum substantiâ carnis; & vestit ille te gloriâ suæ Majestatis; vestis solem nube; & sole ipsa vestiris. S. Bernardus f. de verb. Apoc. Ideo hęc sole (divinitatis) amicta est in celo; quia in terris perfectè Christum induerat. Rich. à S. Vict. in Cant. p. 2. c. 31.

Quæ est ista, quæ ascendit de deserto, delictis affluens; rorixa super dilectum suum? Cant. 8. 5. Nicitur Maria Deo, quia Deus parvulus incumbat Mariæ gremio: nitebatur brachiis; quia ad ejus pendebat ubera. Arcones in If. 2. Disc. 13. 3.

Sicut nec maris profunditas; sic nec Mariæ liberalitas, potest exhausti. Richardus l. 1. de laud. V. c. 3.

Regina Maria non gravat tributis; sed largitur servis suis divitias, dona gratiarum, velles virtutum, thesauros meritorum, & magnitudinem præmiorum. Richardus à S. Laur. l. 6.

Illâ vera Dominatio est, quæ in omnes, per provivam sui bonitatem, affluentissimè largissima, vel profusa, est. Sic B. Virgo donorum, & beneficiorum, largissima Dispensatrix est: ideoque Regina, & Domina. Hoc enim vero pertinet ad dominationem, vel principatum, scilicet largi donorum, vel beneficiorum, collatio. S. Bernardus t. 3. l. 3.

Lux Mundi.

Maria designata est per natatoriam Siloe, ad quam missus est cæcus natus, Joan. 9. Lavare oculos suos, ut illuminaretur. Ipsa enim dicitur Illuminatrix: & hoc nomen suum interpretatur in nobis precibus suis illuminans peccatores. Richardus à S. Laur. l. 9. de laud. Virg.

¶ Duo magna luminaria magis Mundo famosa, & Ecclesiæ illuminativa, quæ fuerunt in Mundi Regina, fuerunt virginitas, & humilitas. S. Bonaventura f. 1. de B. V.

Maria potentia totus illustratur orbis, adeo ut ipsa jam celestis patria clariùs rutillet virgineæ lampadis irradiata fulgore. S. Bernardus f. 1. de assumpt.

Luxuria-hostis, & remedium.

Peregrinus profligata vitæ ab æde Lauretana, umbra quadam sese horridâ specie illi obji-

ciente, bis repulsus est: nec antè ingredi potuit, quam animum confessione expiasset. Turfellinus hist. Laur. l. 5. c. 27.

Sicut liliū valet adversus serpentes, & venena; sic B. Virginis invocatio, & cultus, singularè est remedium in omni tentatione, præsertim libidinis. Cornelius in Cant. 2. sicut liliū inter spinas.

Tu candida nubes, ardorem æstus temperans: tu ros opportunus, rorem fornacis extinguens. Bloisius p. 2. parad. an.

M.

Magnificat Deum.

Magnificat anima mea Dominum. Luc. 1. 48. Sermonem dividit in laudes Dei. Nihil suis meritis tribuit; sed totam suam magnitudinem ad illius donum refert. V. Beda hic.

Tu me Elisabeth cognata magnificas; sed ego non magnifico meipsum: sed pro his omnibus magnifico anima mea Dominum. S. Thom. Vill. conc. 2. de Visit. B. V.

Tu me, Elisabeth, laudas, extollis, magnificas; verum ego sciens, quod à me nihil habeo; universa bona Deo adscribo, ipsum laudo; me deprimō, illum magnifico, id est, magnum, summum, immensum, fateor, confessor, demonstro: illum totis viribus honoro, omni zelò venerari desidero, me parvipendo. Fecit ergo Maria, quod pater ejus admonuit: *magnificate Dominum meum.* Pl. 33. 4.

Mater Dei.

Venter tuus sicut aceruus tritici, vallatus liliis. Cant. 7. 2. Mater, & Virgo. Expressa est Mariæ cum maternitate virginitas: per tritium enim fecunditas, per lilia puritas, designatur. Incert. Auth.

De qua natus est Jesus. Matth. 1. Sancti Evangelistæ de ejus laudibus silent, quoniam ineffabilis est ejus magnitudo. Satis fuit de ea dicere: *de qua natus est Jesus.* S. Thom. Vill. conc. 3. de Nat. B. V.

Quidquid de Virgine scire, aut intelligere, cupis; totum in hoc clauditur breviloquio: *de qua natus est Jesus.* Hæc longa, & pleenissima, historia ejus est. Idem f. 2. de Nat. B. V.

Quid ampliùs ei assignare possumus divini muneris, & honoris; quam Genitricem eam esse Dei, & hominis. Infrà hoc dicitur, quidquid in ejus commendatione effertur. Si cœli Reginam, si Angelorum Dominam, vel quodlibet aliud excellentissimum, tam ab humano corde, quam ore, excogitatum protuleris, non adfuerit ad hunc superinducibilem honorem; quò creditur, & prædicatur, Dei Genitrix. Petrus Cell. l. de panib. c. 21.

Clara proavorum titulis; sed incomparabiliter clarior generositate prolis. Petrus Dam. l. 46. in Nat. B. V.

Quid

Quid mihi, & tibi est mulier? Joan. 2. 5. Cur Christus Virginem vocat mulierem? Primus Manichæorum, & Valentinianorum, teste Orig. & August. tr. 8. in Joan. ausus affirmare, Virginem Christi Matrem non esse; quia hic non Matrem, sed mulierem, vocavit. Sed non advertunt; eam ter in hoc textu Matrem dici. Imò benè notat Metaphrastes orat. de vita, & dormit. Mariæ: quòd in Evangelio bis dicitur *mulier*, & octies post partum vocatur *Mater Jesu*. Sylveira hic q. 18.

Misit Deus Filium suum factum ex muliere. Gal. 4. 4. O rem miram! in omnibus epistolis S. Pauli non reperitur, eum Sanctissimæ Virginis, nisi hòc locò, meminisse: quam nunc tam sicè nominat, *factum ex muliere*. Quid hoc Apostole Sancte? hòc honore afficis, quam omnes beatorum spirituum hierarchiæ ut Imperatricem honorant? aliter de ea loquitur Joannes Apoc. 12. 1. *Signum magnum apparuit in celo &c.* Ecce, cum quanta majestate de hac Regina loquitur. Dico, S. Paulum eam magis hic, quàm Joannem, commendasse: siquidem eam Genitricem Dei appellat. Quæ, cum mulier esset, Deum hominem fecit, scilicet humanum corpus illi ministrans: quæ est suprema dignitas, in quam pura creatura evehi potest. Diez conc. 2. in Nat. V.

Mater nostra.

Habitabunt in te filii tui. II. 62. Beata Mater illa Christi, quia Matrem Christianorum se agnoscit ratione mysterii; curâ quoque se Matrem ejus præstat, & affectu pietatis. Nunc habitamus in adjutorio Matris altissimi; postea in consortio gloriæ ipsius; tanquam in sinu ipsius confovebimur. Nullatenus autem erideris; majoris esse felicitatis, & gloriæ, habitare in sinu Abrahæ, quàm in sinu Mariæ. Guerricus Abb. f. 1. de Assumpt. V.

Dic, ut sedeant &c. Matth. 20. 21. Cur submiserunt Matrem? Abulensis hic q. 54. quia facilius concederet Christus Matri, quàm filiis: quia forè illa aliquando adjuverat Dominam nostram, sororem suam, ad nutriendum Christum. Accedit Mater filiorum Zebedæi, ut filiis suis dona impetret. Matrem nos habemus, quæ nostra curet, & nobis bona petat. Sed quæ illa? Quando Christus Joanni dixit: *ecce Mater tua*, omnibus Fidelibus Maria data est in Matrem: quia Joannes universæ Ecclesiæ tunc personam agebat. Tam ex corde nobis Maria Mater est, ac si nos genuisset: tam confidenter ad eam accedere possumus; ac si ex utero ejus nati essemus. Fortior enim est amor, qui in Maria à magna gratia processit; quàm quem natura præstare poterat. Osorius tom. 1. fer. 4. post D. 2. Quadrag.

Deinde dicit Discipulo: ecce Mater tua. Joan. 19. 27. Non ait, dicit Joanni; sed *Discipulo*. Joannes est nomen particulare, Discipulus commune: ut denotetur; quòd Maria omnibus detur in Matrem. Sylveira c. 17. hic.

Si ipsa propter peccatores, scilicet propter me, meique similes, facta est Dei Mater; quomodo immanitas peccatorum meorum cog-

Polyant. h. Sacr. Tom. II.

re poterit desperare veniam eorum? S. Anselmus de excell. Virg. c. 1.

Mythicè intelligimus in Joanne omnes animas Electorum, quorum per dilectionem B. Virgo facta est Mater: filius enim in Græco nomen amoris est. S. Bernardinus tom. 1. f. 55.

Discipulus iste electus designavit unumquemque Fidelem. Quemadmodum enim Christus dixit Joanni: *ecce Mater tua*; sic unicuique Christiano dedit Matrem suam in Matrem: ita, quòd ipsa est Mater, & Advocata, omnium nostrum; quam post Deum summè amare, & venerari debemus. Dion. Carth. in Joan. 19.

Maria velut Materfamilias in Domo Dei, misericordiæ claves habet. Nierembergus 1. 2. de Ador. c. 1.

Ad pedem Crucis accepit nos Maria in filios: ibi peperit nos, non ex utero, sed ex corde. Ecce filius tuus est quisque Fidelis, & Discipulus, meus. Idem ibidem.

Nec ob aliud Filii æterni temporaliter facta est Virgo Mater, per quam ejus & nos sumus fratres: nisi ut interpellet Filium pro fratribus ejus miseris, æternè stantem pro caducis, justum pro iniquis, Deum pro hominibus, verum Filium pro filiis adoptivis. Sim. Cas. 1. 2. de gest. D. c. 25.

Misericordia.

§. I.

Figura, & Symbola.

Ex Veteri.

Arcum meum ponam in nubibus; & erit signum fœderis inter me, & inter terram. Gen. 9. 13. Ipsa profectò Virgo est arcus fœderis sempiterni positus in nubibus cœli, nè interficiatur omnis caro. Bernardinus de Bussiis p. 9. f. 2.

Duc eam ad matrem suam. 4. Reg. 4. 10. Filium Sunamitis nimis sol in agro torrebat, & capitis dolor cruciabat; quem pater non aliò remisit, quàm ad matrem suam. Filium, quantâ potuit, benevolentia excepit mater, & *posuit eum super genua sua usque ad meridiem; & mortuus est.* Efficere non potuit illa matris charitas; nè filius, quem suo gremio fovebat, moreretur: & mortem hausit; ubi hausturus vitam credebatur. B. Virgo autem ait: *qui me invenerit, inveniet vitam.* Prov. 8. Mendoza in 1. Reg. 14. 3.

Ferunt ad Holdam prophetidem &c. 4. Reg. 22. 14. Josias Rex iratum Deum præsentens, misit ad Holdam prophetidem, ut ipsa consulere Dominum. Sed cur, relictis viris prophetis, à femina cupit audire oraculum? Lyran: quia Josias voluit à Deo habere responsum misericordiæ: & quia mulieres sunt clementiores viris; misit, ad consulendum Dominum, per mulierem. Ego autem omnes monuerim, qui volunt à Deo responsum misericordiæ accipere; ut consulant eum per Mariam. Baeza 1. c. 5. §. 8.

Gloriosa dicta sunt de te civitas. Pl. 86. 3. B. Virgo dicitur civitas: quia in ipsa fuit populus; quia visceribus misericordiæ suæ omnes continebat, & adhuc continet: unde dicitur Ma-

F 2

ter

Mater misericordia. Sic Paulus habebat in se populum, cum dicebat Philipp. 1. 7. *Sicut est mihi iustum hoc sentire pro omnibus vobis; eo quod habeam in corde meo.* Hugo Card. hic.

Meliora sunt ubera tua vino. Cant. Ubera tua solum sciant dulcissimò lacte; nihil habent nō daci fini. Fragrant unguentis optimis misericordia; nihil ad te de iustitia vindicativa. de Pontel. 1. in Cant. Exh. 19. §. de B. Virg. *Ubera ejus inebriant te omni tempore.* Prov. 5. 19.

Quasi oliva speciosa in campis. Eccl. 24. 19. B. Virgo rectè dicitur oliva speciosa, idque in campis: tum, quia omni tempore, & loco, ac pro omni morborum genere, quasi Mater misericordia; omnibus eam invocantibus, & ad optulandum, est exposita: tum, quia nobis viatoribus, tentationum astu afflictis, in campis apertis, ubi similes arbores desunt, optatum sub umbraculo præbet refrigerium. Cornelius hic. Non eam appellat olivam horti conclusi, ad quam difficilis accessus; sed camporum: quia omnibus patet ejus misericordia. Diez conc. 3. in Nat. Virg.

Et sicut platanus exaltata sum juxta aquas in plateis. ibidem. Platanus repræsentat B. Virginem: nam platanus patulis diffunditur ramis, habet folia instar scutorum. Sic B. Virgo, quasi platanus, abscondit, & protegit. Idem hic.

Offerantur super placabili altari meo. II. 60. Maria dicitur altare placationis Domini; qui placatur erga peccatores, cum super hoc altare offerunt dona, & sacrificia sua; de quo altari ipse dicit: *offerentur &c.* Richardus à S. Laur. l. 2. de laud. B. V.

Filii olei. Zach. 4. 14. reliqui iusti vocantur; quia filii sunt gratiæ, & filii Christi; cuius nomen est oleum effusum. Cant. 1. 2. At B. Virgo meritò dici potest Mater olei. Est enim Mater gratiæ, Mater misericordiæ; & Mater Christi, qui est ipsum oleum. Unde quot sunt filii olei, filii etiam Deiparæ nuncupantur, de Pontel. 1. in Cant. Exh. 21. oleum effusum.

EX NOVO.

Maria est mulier Chananaea egressa de finibus Tyri, & Sidonis. Matth. 15. id est, de profundo secularis conversationis: quæ clamat ad Deum pro filia, id est, peccatrice anima; cuius etiam personam transformat in se dicens; *miserere mei Fili David!* Cui misericorditer respondet Filius: *ô mulier! magna est fides tua: fiat tibi, sicut vis.* Richardus à S. Laur. l. 6.

Cum venisset Jesus ad montem Olivæ. Matth. 21. Maria est mons Olivæ. Sic dictus ille mons propter copiam olivarum: & Mariam cumulat Dominus plenitudine gratiæ, & fecit Matrem misericordiæ. Richardus à S. Vict. l. 8. de laud. Virg.

Infundens oleum, & vinum. Luc. 10. Si vuln⁹ oleo perungatur, oleum non permittit cicatricem obduci, donec sanies sit educta. Nec Mariæ benignitas conscientiam pacificari; donec per confessionem putredo vitis sit ejecta. Maria siquidem illud oleum est misericordiæ, quod verus Samaritanus, id est, Christus, infudit vulneribus sauciati, id est, generis humani, per prævaricationem primæ matris de Jerusalem in Je-

richo descendenti. Richardus à S. Laur. l. 1. de laud. Virg.

Et fons Jacob Maria, Joan. 4. apud quem Samaritana convertitur. *Puteus altus*, plena profundâ misericordiâ contra profunditatem cordis peccatoris. Richardus à S. Laur. l. 2. de laud. Virg.

Maria *piscina probatica.* Joan. 5. quæ cognominabatur *Bethsaida*, id est, domus frugum. Unde dicitur Cant. 7. *venter tuus sicut acervus tritici. Quinque porticus habens*, id est, quinque principalia genera misericordiæ. Convertit errantes; cum sit via: illuminat in tenebris ambulantes; cum sit stella: vivificat mortuos; cum sit vitæ vena: spem infundit desperatis; unde dicit: *in me omnis spes vitæ.* Multis, quorum jam dictata erat sententia, impetravit à Filio spatium pœnitendi: sicut Abigail à Davide Nabali stulto 1. Reg. 25. *In his* quinque porticibus *jacebat multitudo magna languentium, caecorum*, qui illuminari; *claudorum*, qui dirigi; *aridorum*, qui gratiâ humectari curabant; *expectantium aque motum*, id est, misericordiæ Mariæ; *ut sanarentur à languoribus suis.* Idem ibidem l. 9.

Maria est civitas illa, de qua Apoc. 12. habens portas duodecim; quarum aliquæ ad orientem &c. quia misericordia ejus omnibus aperta. Brogmard.

EX VARIIS.

Sicut, *ubicunque fuerit corpus, congregabuntur & aquilæ.* Matth. 24. 28. ita ubicunque fuerit miseria, tua, & currit, & succurrit misericordia. A Deo pietate replentur ubera tua; ut alicujus miseriae noticiâ tacta lac fundant misericordiæ, nec possis miseras scire, & non subvenire. Et quid mirum, si misericordiâ affluis, quæ ipsam misericordiam peperisti. Carnalia in te Christus ubera fuxit; ut per te nobis spiritalia fluere. Richardus à S. Vict. c. 23. in Cant.

Tu es, quasi sidus vadens ante solem: quia iustitiam meam præcedis tuâ pietate. In Revel. S. Brigittæ extravagantibus c. 50. verba Chr. ad B. Virg.

Luna Lem. *Velocitate præstat.* absolvit enim circumulum suum inter planetas alios citissime. Velocius occurrit ejus pietas, quam invocetur; & causas miserorum anticipat. Richardus à S. Vict. c. 23. in Cant.

§. II.

Misericordia illius erga peccatores.

Num. 1. Figura.

Luminare majus. Gen. 1. 16. Christus; qui præest diei, id est, iustis: *luminare minus* B. Maria; quæ præest peccatoribus. Hugo Card. hic.

Nubecula 3. Reg. 18. 44. est B. Virgo; quæ ardorem solis temperat, id est, furorem Judicis, orans pro peccatoribus, mitigat; terram Ecclesiæ orationum suarum pluvîa fecundat. Idem hic.

Quasi platanus exaltata sum in Libano. Eccl. 24. Maria platanus, patulam se exhibet peccatoribus: omnes, quantum in se est, parata recipere sub sua protectione; & omnes refrigerare malò igne exustos. Et nota: quod ubi sunt folia lata, ibi est umbra magna; & magna est umbra protectionis ejus. Nam protegit

regit contra carnalem concupiscentiam; quia Virgo: contra ventum mundana vanitatis; quia humillima: contra tentamenta divitiarum; quia pauperrima: contra fervorem solis; quia Mater Solis iustitiae. Inc. Aut.

Iris in circuitu sedis. Apoc. 4. Est Maria: quia astat in circuitu sedis similis visioni Smaragdinae, in quo ostenditur consolatio tribulationis; smaragdus enim dilectat visum. Sic blanda est consolatio Virginis peccatoribus; quae mitigat Dei Iudicium, & sententiam, contra peccatores. S. Bernardinus apud Sylveira hic.

Num. II.

Affectus, & opera.

Considerabam ad dexteram, & videbam; & non erat, qui cognosceret me. Pf. 141. 5. queritur Crucifixus; à dextri sibi nullum esse amicum. S. Antoninus Florent. Arch. Ep. f. in Sabb. 3. Quadrag. quare non dicit, ad sinistram? respondeo, propter Matrem, quae ibi erat. Sed cur Maria stat ad sinistram Christi? Quia per eam ira, & iustitia Dei intelligitur, & etiam peccatores: ut sic Christum obligaret ad eorum conspectum, & misericordiam. Didacus de Castillo de vest. Aar. Illat. 274.

Stabat Mater Jesu juxta crucem. Joan. 19. Sed quâ parte stabat Virgo Maria juxta Crucem? utique ad sinistram Christi, secundum Alex. de Halis: scilicet, ut pro peccatoribus Filium exoraret, qui à sinistris sunt. S. Bernardinus tom. 1. l. 55. Stetit juxta Crucem ex parte aquilonis; quasi inter peccatores, & Filium suum. Hugo Card. in Pf. 23. de B. Virg. in die Passionis.

Tu, ô summè misericors Domina! si tu nos deserueris, quoniam confugiemus? quid de nobis fiet, ô S. Deipara? S. Germanus Patriarcha Constant. in adorat. zonae Deip.

Ave asylum peccatorum, & hospitium, salve Mater misericordiae. S. Epem orat. de laud. Virg.

Tu peccatorem, quantumlibet foetidum, non honores, non despicias; si ad te suspiraverit, tuumque interventum poenitentî corde flagitaverit. S. Bernardus Deprecat. ad glor. v. Mariam.

Sæpe, quos iustitia Filii potest damnare, Matris misericordia liberat: quia thesaurus Domini est, & thesauraria gratiarum ipsius. Idiota de Contempl. B. V. Prologo.

§. III.

Regina misericordiae.

Deus iudicium tuum Regi da, & iustitiam tuam Filio Regis. Pf. 71. 1. Mater Christi compatiendo meruit misericordiae tributum; ut dicere possimus: Deum misericordiam tuam Reginae dedisti, & pietatem tuam Matri Regis. Nierembergus de adox. l. 2. c. 4.

Regina misericordiae! non subest tuo regimini, nisi miser. S. Bonaventura Stim. am. c. 4.

Qui vult à Deo gratiam impetrare, ad hanc Mediatricem accedat devotissimò corde: quia cum sit Regina totius Misericordiae, nihil omnino trahens in regno iustitiae; nihil petenti poterit denegare. Idem f. 2. de B. Virg. dicimus Mariae Salve Regina misericordiae; commemorantes; quòd possit, tanquam Regina; & velit tanquam misericors nos juvare. Repulsi ergo à Filio iustitiae clamemus jugiter ad Reginam mi-

sericordiae. Nec enim solum Regina misericordiae, sed & Mater misericordiae, appellatur, quoad affectu miserendi: nam Filii Regis misericordiam exhibet. Richardus à S. Laur. l. 4. de laud. Virg.

Magnificata est ita hodie B. Virgo; ut Regina caeli, imò & Mundi jure vocetur: principatum habens dimidii Regni Dei. Regnum quippe Dei consistit in potestate, & misericordia. Quapropter, potestate Domino remanente, cessit quodammodo misericordiae pars, Christi Matri, sponsaeque regnanti. Gerson P. 3. tr. 4. Sup. Magnif.

Adimus te benedictissima Virgo, quae Mater es gratia; Mater, & Regina, misericordiam incarnatam suscepisti in medio Virginalis uteri tui. Idem in Purif. B. V.

§. III.

Communis, velox; major in caelo.

Benedicta es à Domino filia; & prior em misericordiam posteriore superasti. Ruth. 2. 10. Magna fuit erga miseros misericordia Mariae adhuc exulantis in Mundo; sed multò major erga miseros est misericordia ejus regnantis in caelo. Majorem per beneficia innumerabilia nunc ostendit hominibus misericordiam: quia magis nunc videt hominum miseras. S. Bonaventura in spec. c. 8.

Praecipit, qui se concupiscunt, ut illis se prior ostendat. Sap. 6. 14. De aeterna Sapientia ad literam; de B. Virgine in sensu allegorico. Velocior est nonnunquam salus, memoratò nomine ejus, quam invocato nomine Domini Jesu. Quia ad Christum; tanquam iudicem, pertinet etiam punire; ad Virginem tanquam ad Patronam, non nisi misereri &c. S. Anselmus l. de excell. Virg. c. 6.

Sileat misericordiam tuam Virgo beata, si quis est, qui invocatum te in necessitatibus suis meminit defuisse. Per te enim caelum repletum, Infernus evacuatus est; instaurata ruinae coelestis Jerusalem. S. Bernardus l. 4. in assumpt. B. Virginis.

Quis est, super quem sol non luceat? quis est, super quem misericordiae Mariae non resplendeat? S. Bonaventura Spec. B. V. c. 8.

Abyssus est Maria in bonitate, & in misericordia profundissima. Idem ibidem c. 5. Certè domina, cum te aspicio; nihil, nisi misericordiam cerno. Pro miseris facta es Mater Dei. Idem stim. am. c. 4.

Mors B. Virginis.

Fortitudo, & decor, indumentum ejus; & ridebit in die novissimo. Prov. 31. 25. Gaudens, & ridens, soluta est corpore; & perrexit ad Dominum. S. Ildephonus l. 3. de assumpt.

Sacram tuam migrationem, mortem haud quaquam, appellabimus; sed somnum, aut peregrinationem; vel, ut aptiore verbò utar, cum Deo praesentiam. S. Joan. Damasc. orat. 1. de dormit. B. V.

O quam pretiosa in conspectu Domini mors Genitricis suae! quae vita aequabitur morti ejus? quae gaudia funeri ejus? Addas licet mundanos honores; addas convivia, ac festa trophaea; addas omne, quod demulcet, & quod delectat univèrsam: his tamen omnibus jucundior; atque suavior, est. S. Amedeus hom. 7.

F 3

Mo-

Morientium Patrona.

S. Mariae Ogniacensis Christus ostendit, quomodo Sanctissima Mater ejus immodicos ægrè ardore flabellò temperaret. Jacobus de Vitriaco Card. l. 2. c. 3.

Qui diligit, & honorat, Matrem Domini, securè potest à Patre, & Filio ejus, petere misericordiam; cum amotus fuerit à vita: recipitur enim in domo Mariæ. Unde Psalmista dicit Pf. 23. *Domine, dilexi decorem domus tuæ.* Domus ista B. Virgo. Unde *Sapientia edificavit sibi domum.* Prov. 9. Richardus à S. Laurent. l. 2. de laud. Virg.

B. Joanni de Deo B. Virg. in extremo morbo visibilis sudorem abstulit, addens: hæc est hora, quæ devotis meis famulis nunquam deesse soleo. Bollandus 8. Martii.

N.

Nativitas Christi Domini.

B. Virgo illico editum partum, antequam tangeret, adoravit primò, in profunda humilitatis abyfso genuflexa, proclivo corpore super terram. Deinde lætabunda, pariter & tremebunda, suspensò in admiratione animò, cepit in manibus prolem, suscepit ad genua. Sim. Cass. de gest. Salvat. l. 1. c. 4.

Pia mater ejus semper eum parvulum, & magnum, antè adoravit, quàm tangeret. Idem l. 9. c. 34

Nativitas B. Virginis.

§. I.

Figura.

Ecce nubecula parva, quasi vestigium, hominis ascendebat de mari. 3. Reg. 8. 44. Revelavit Deus Elia; quòd quædam infantula, scilicet B. Maria, per illam nubeculam significata; & instar illius nubeculæ per humilitatem parva; nasceretur de humana natura peccatrice, designatà per mare. Hebr. legit: *parva nubecula acsi esset hominis manus, ascendit.* Quia misericordiæ Mater est, non dedignabitur subire munus angelicum: in manibus portabit filios suos. Arcones in l. 1. 13. Disc. 2.

Surge, prope amica mea, & veni. Cant. 2. 10. Verba ista profectò deliderantis verba sunt. Tanquam præsentì loquebatur mihi: meque jubebat surgere, & properare, id est, nasci; & hospitium ventris mei cito sibi preparare. S. Rupertus l. 2. hic.

Jam hyems transit &c. Cant. 2. 11. B. Virginis Nativitas gaudium annuntiavit universo Mundo: quia annuntiabat hyemis finem, & initium Veris: finem peccati, & legis veteris; initium gratiæ, ac legis novæ: finem regni diaboli; & initium Regni Christi. de Ponte hic Exhort. 15.

O Rosa! quæ ex spinis, hoc est, Judæis, ortas, & divinâ fragrantia cuncta perfudisti. S. Joan. Damasc. orat. 1. de Nat. Virg.

In meridiano lumine primus ille parens creatus est ad imaginem Conditoris. Sed ille, tanti privilegii dignitate rejecta, apostatae spiritui, falsâ promissione delinitus, inhæsit; & se cum posteritate sua aternæ morti destinavit, & tenebris. Ab illa hora (peccati originalis) tenebræ factæ sunt usque ad Virginem. Nec in-

ventus est aliquis, qui vel exiret de tenebris, vel tenebras dissiparet. At natâ Virgine surrexit aurora: quia Maria, veri prævia luminis, Nativitate sua manè clarissimum serenavit. Hæc aurora, quam sequitur, imò de qua nascitur, Sol justitiæ, solius soli claritati succumbens. Hæc est aurora, quam ille non vidit, quid vidit omne sublime &c. Petrus Dam. l. 40.

Hæc est Aurora, de qua Angelus ad Jacobum Gen. 32. 24. *dimittite me; jam enim ascendit Aurora.* Siquidem per Jacob luctantem cum Angelo, Sancti designantur; qui luctantes cum Domino, precibus, & lacrymis, extorquere à Domino Incarnationem Filii sui nitebantur. Sed eorum coeui respondetur à Domino: *dimittite me &c.* Cesset instantia vestri luctaminis: quia jam lux nascitur, videlicet Virgo, quæ vobis pariet verum Solem. Hailgrinus Card.

§. II.

Nativitas ejus læta, dulcis.

Adeste gentes omnes, omne hominum genus; omnes cujusvis linguae, & atatis, ac dignitatis: Orbis universi lætitiæ Natalem lætis animis celebremus. S. Joan. Damasc. or. 1. de Nat. Virg.

S. Francisca Romana in festo Nativ. B. Virg. vidit omnes Choros Angelorum, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum &c. applaudentes, & Deo gratias agentes. Bollandus, 9. Martii.

Credibile est; etiam Abrahæ divinitus præostensum; quòd una filiarum suæ stirpis Dei Filium parturiet. De hac filia Abraham magis, quàm de Isaac, exultavit, & magis ipsam dilexit. Præscius ergo, hanc Virginem, quæ Deum pareret, degeneratione sua processuram; plus de ipsa sola consolatus est, quàm de omnibus filiis, & filiabus, suæ stirpis. &c. Serm. Angel. ad S. Brigitam. fer. 2. Lect. 2. c. 8.

§. III.

Nativitas ejus utilis.

Commoveatur Mundi mare: in ipsa enim concha gignitur; quæ cœlitus ex divinitatis fulgore in utero concipiet, & Christum, ingentis pretii unionem, pariet. Idem ibidem.

O Sanctissima Filia! in maternis ulnis conspicua; rebellibusque Angelis formidabilis. Joan. Damasc. orat. 1. de laud. Virg.

§. IV.

Prærogativa, honor, Nascentis.

Faciamus hominem, ad imaginem similitudinem, nostram &c. Gen. 1. 16. Antiquiorem conditione suâ honorem Adam suscipit. Nondum fingitur lutum, & throno comparatur: *faciamus hominem.* Unigeniti Dei domicilium. Faciamus Adam, à quo alter aliquis Adam Conditor olim, adideat. Non prius est efformatus Adamus, quàm Christi Patris honore fulgeret. Sed prius honore fulsit, quàm prodiret. Maria vel in ipsis cunabilis Mater dicitur: *de qua natus est Jesus.* S. Basilii Seleuc. orat. 1. apud Naxeram tr. de B. Virg.

Vinez

Vinea uberrima ex Anna pullulavit, atque uvam suavissimam protulit; nectar mortalibus fundentem in vitam aeternam. S. Joan. Damaſc. orat. 1. de Nat. Virg.

Paulus quidam, homo solitarius; abstinentia, & Sanctimoniam, singularis; in proximo nemore struxerat casam, unde Sacrosancta aedes & conspiceretur facile, & adiretur; quam etiam quotidie adibat. In tugurio suo quotannis vidit ipsò Natali B. Virginis die, quartà ferme vigilià noctis plurimum labi de caelo ignem, & aequaliter tectum aedis splendore aperire. Diu ignarus, quid fieret, tandem in quiete per noctem caelesti indicio discit, Natalis Deiparae die Domum ejus Natalem anniversarià insigniri flammâ. Turfell. hist. Laur. l. 1. c. 17.

September Hebraeis dicitur *Ethaim*, fortitudinis, seu virium, mensis. Appellatur autem sic, ait Pagninus in Lexico, ut ajus Hebraei Doctores, quod in eo nati fuerint fortes Mundi. Hòc mense nata B. Virgo; quae stemma suum à Davide, quod *manu fortem* significat, trahat. Incert. Auth.

Varia.

Fac nos, obsecramus, in hac sacratissima Nativitate tua mori peccatis, mori Mundo; vivere, & renasci, Deo. Fac, nascatur in nobis per gratiam JESUS; quemadmodum prius in te natus est per fidem, & amorem. Gerson. l. de Nat. B. Virg.

B. Virgo, sicut nullum omnino habuit peccatum, sic nullò Sacramento, ad illud expiandum, indiguit. Suscepit tamen Sacramentum Baptismi; ut prosteretur Religionem Christianam: item Confirmationem, Eucharistiam; fortè etiam extremam unctionem: Confessionem nunquam. Cornelius in Luc. 2. 24.

Scribunt quidam Apostolorum temporibus proximi; quòd Christus Petrum, & B. Virginem Mariam, baptizaverit; Petrus verò reliquos Apostolos. Euthymius in c. 3. Joan. Et valde conveniens fuit, ut docet Suar. t. 2. ad 3. p. disp. 18. sect. 3. ut Virgo Sancta baptizaretur à Filio suo JESU, ad exemplum, aliorum: & quia per Baptismum constituuntur, & signantur membra Ecclesiae à Christo instituta; cujus perfectissimum membrum B. Virgo fuit. Sylveirain Joan. 2. q. 6.

Nives.

In *summis, excelsisque, verticibus*. Prov. 8. 2. Ecclesia haec propriè adaptat B. Virgini. Unde hoc caput legit in lectionibus festi B. Virginis ad Nives 7. Augusti. Quia ipsa est idea, & exemplar Sapientiae, id est, virtutis, & sanctitatis: tum quia ipsa est Mater aeternae Sapientiae in ipsa incarnata: tum quia Romae se, suamque Sapientiam ostendit, & praedicavit in morte Esquilino; dum illum in summis aestatis caloribus nivibus cooperuit; locumque templo in eo aedificando Liberio Pontifici, & Joanni Patrio, in somnis apparens designavit: in quo tum Deus, Christus, & ipsa, colerentur: tum Martyres, qui in eo plurimi Martyrii lauream consecuti sunt, honorarentur: voluit inter Marty-

res, quasi Martyrum Regina, habitare. Cornelius hic. Vide ibi plura.

Nomen Mariae.

§. I.

Quid significet.

Quae est ista, quae ascendit per desertum? Cant. Singularem prerogativam, & per quamdam antonomasiam, Virginis nomen est, *quae ascendit*. Sicut nomen Filii est, *vir oriens*. Creatura est, ascendens à statu natura in statum gratiae ab ipso Conceptionis instanti; & deinceps omnibus suis aribus usque ad finem vitae semper ascendit; nec ascensum leviter interrupt. de Ponta in Cant. l. 6. Exh. 21.

Et nomen Virginis Mariae. Luc. 1. 27. Maria, vel Hebraicè dicitur. *Miriam*, idem est, quod *moriam*, id est, myrrha, vel amaritudo maris. Hebraei enim tradunt, sororem Moysis dictam esse Moriam; eò quòd ipsa nascente, coepit amara Pharaonis tyrannis mergendi infantes Hebraeorum. Verum meliore omine, & nutu divinò; mutatum est in aliam significationem: nam transitò mari rubrò, & mersò Pharaone, dicta est Maria, quasi mara jam, id est, magistra, vel Domina, maris. Sicut enim Moyses virorum, ita Maria foeminarum, Dux fuit in transitu maris rubri. Addit Pagninus in nomin. Hebr. Maria, inquit, interpretati potest pulvia temporanea. Corn in Luc. 1.

Nomen Mariae compositum est ex mor, id est, myrrha; & jam, id est, maris; myrrha maris. Cornelius in Ex. 15. 20.

Speciale Mariae Domini hoc nomen invenit; quòd significat, *Deus ex genere meo*. Dictae sunt & antè Mariae multae: nam & Maria soror Aaron dicta fuit; sed illa Maria amaritudo maris vocabatur. Venit ergo Dominus in amaritudinem fragilitatis humanae, ut conditionis amaritudo dulcesceret, Verbi caelestis suavitate, & gratià, temperata. S. Ambrosius lib. de Institut. Virg. c. 5.

Sicut continua respiratio non solum est signum vitae, sed etiam causa; sic Mariae nomen, quòd in fervorem, Dei ore assidue versatur; simul argumentum est, quòd verè vivat. Simul etiam hanc vitam efficit & conservat; omnemque eis laetitiam, & opem ad omnia, impertitur. S. Germanus Patr. Const. orat. de Deip.

§. II.

Nomen honorificum, reverendum.

Ave gratià plena. Luc. 1. Cur non vocat proprio nomine? quia per antonomasiam nomen intelligitur. 2. Non nominat, propter nominis altitudinem: sicut dicimus, Rex, vel Episcopus, hoc fecit. 3. Quia cum ea, quasi cum cive caelesti, egit. In hac vita habemus nomina, ad evitandam confusionem, & propter intellectus tenuitatem: civibus caelestibus nullum proprium nomen. Stella hic.

Et nomen Virginis Mariae. Luc. 1. 27. Cur duo haec nomina, Virginis, & Mariae, simul conjungit? Indicare voluit: hoc nomen semper cum virginitate, aut cortè cum castitate, conjunctum esse debere. Richarous à S. Laur. l. 1. c. 2.

Ecce

Ecce mulier - in civitate peccatrix. Luc. 7. 37. Non dicit, ecce Maria: quia Maria, & peccatrix, non bene conveniunt. Propter huius nominis reverentiam non ausus fuit S. Lucas Mariam, sed mulierem, appellare. Idem ibidem.

Nomen hoc prophetiae germanum est; hoc renascentibus salutare, hoc virginitatis insigne, hoc prudentiae decus, hoc iudicium castitatis. S. Chrysol. f. 146.

Quis non timeat, Mariam pollutis labiis nominare? S. Bernardinus tom. 3. f. 2.

S. Petri Thomae Patriarchae Constantinopolitani cordi à morte visum insculptum nomen Maria; cujus fuerat magnus cultor. Bollandus 29. Jan.

§. III.

Fugat metum, confortat.

NE timeas Maria. Luc. 1. 30. Fugatur metum vox Angeli mox praecessit dicens: *ne timeas Maria:* ante causam dignitas Virginis annuntiatur ex nomine. S. Chrysol. f. 142.

Angelus ipsam considerans verbum novitate timentem, dubietatis timore turbatam; statim ad propellendum dubium, & timorem, ipsam iterum allocutus est dicens: *ne timeas Maria.* Sim. Cass. l. 2. de gest. D. c. 4.

Panis quidem ille, quem gustu sentimus, naturali virtute corroborat hominum corda: sed mentes Christianorum Sacrosanctum nomen tuum, ô Virgo, perpetim decantatum confirmat. S. Joan. Damasc. ode 6. de B. Virg.

Gloriosum, & admirabile, est nomen tuum. Quis illud retinent, non expavescent in puncto mortis. S. Bonaventura in Psalterio B. Virg.

§. IV.

Terret demonem, AntiChristum.

Tempore Antichristi nullus audebit Christum, nec Mariam, nominare sub poena mortis. S. Vincentius Ferr. f. 3. D. 2. adv.

Expavescent coeli Reginam Spiritus maligni; & diffugiunt, auditò nomine ejus, velut ab igne. Thomas Kemp. f. 4. ad Novitios.

Omnes demones verentur hoc nomen, & timent: qui audientes hoc nomen Maria statim relinquunt animam de unguibus, quibus tenebant eam. Revel. S. Brigittae. l. 1. c. 19.

§. V.

Salubre.

Dei Matris nomen sit mihi ultimus linguae loquentis motus; ut illud, velut oliva ramum, in ore ferens avolem, & requiescam: quemadmodum columba in salutari arca paradisi. S. Germanus Confl. orat. 6. de Annunt. Virg.

Non est in ullo alio nomine, post nomen superbenedicti Filii sui, tam potens adiutorium: nec est ullum aliud nomen datum sub caelo hominibus, post dulce nomen Jesu, in qua tanta salus hominibus refundatur: quia super omnia Sanctorum nomina, reficit lassos, sanat lan-

guidos, illuminat oculos, penetrat duros, recreat fessos, ungit agonistas, & jugum diaboli extrahit. Idiota contempl. de B. Virg. c. 4.

Mariae nomen dolori peccatorum medetur melius, quam unguenta. Peccator es, ad nomen Mariae confugas: ipsum solum sufficit ad medendum. Nulla enim pestis tam efficax, nulla sic haret; quae ad nomen Mariae non cedat continuo. Richardus à S. Laur. l. 1. de laud. Virg. ad illud Ecclae. 7. 2. melius est nomen bonum, quam unguenta pretiosa.

O pia, o magna, o multum, amabilis, Maria! tu nec nominari quidem potes, quin accendas; nec cogitari, quin recrees affectus diligentium te: tu nunquam sine dulcedine divinitus tibi insita memoriae portas ingrederis. S. Bernardus deprecat. ad glor. V. Mariam.

§. VI.

Dulce.

Quae est ista? Cant. Idem toties in persona Angelorum quaritur, *quae est ista?* eò quod Angeli sumè desideraverint recreari hoc sanctissimo nomine. Richardus à S. Laur. de laud. Virg.

Idcirco huius nominis Maria media longa; ut in ejus nominatione diutius immoremur. Idem ibidem l. 12.

Noli timere, accipere Mariam conjugem tuam. Matth. 1. 20. Angelus volebat efficaciter consolari Josephum, & turbati cordis tenebra dissipare: idem expressit Sanctissimum nomen Mariae. Paolett. f. 28. de Nat. B. Virg.

O.

Obedientia.

Apparuit in somnis Joseph. Matth. 2. 13. Cur hæc revelatio facta tantum Joseph, & non B. Virgini? R. ne Virgini subtrahatur occasio exercendi actum obedientiae; ad quam ipsa erat paratissima. Sylveira hic.

Missus est Gabriel Angelus &c. Cant. 1. Quemadmodum illa (Eva) per angelicum sermonem seducta est, ut effugeret Deum, praevaricata verbum ejus; ita & hæc per angelicum sermonem evangelizata est, ut portaret Deum, obediens ejus verbo. S. Irenaeus l. 5. adv. Hæreses c. 19.

Ecce ancilla Domini. Luc. 1. Quae invitatur ad alta, & ad dominatum; in ancillatum animum convertit. Nihil sibi Virgo retinuit; totam se posuit in divino famulatu: praeterquam obedientiam, non amplius habuit, quod posset objicere. Sim. Cass. l. 2. de gest. D. c. 6.

Dominus tecum. Luc. 1. 28. Cur dixit Angelus, Dominus, & non Deus tecum? Toleus annot. 70. Angelus intendebat B. Virginem ad consentiendum verbis suis inducere; nomine Domini, tanquam argumentò usus. Si enim Dominus; ei obediendum.

Oratio.

Vulnerasti cor meum in uno oculorum. Cant. 4. 9. Quis unquam ita habuit, ut tu habes, soror mea, sponsa, unum oculorum? de quadam

quadam muliere narrat Scriptura 1. Reg. 1. *vultus illius non sunt amplius in diversa mutati.* Quid erat illa uniformitas vultuum, non semplius in diversa mutantium? Nimirum identitas cogitationum, & valde intenta earundem perseverantia precum. Hoc est unum oculorum. Rupertus l. 3. in Cant.

Sicut turris David collum tuum. Cant. 4. 4. Sicut caput per collum, ejusque arterias, spiritus animales in venas influit; sic Christus per Matrem in Fideles sua dona. Est autem collum organum vocis, & instrumentum loquendi cum Deo, vel de Deo. Non predicabat Virgo, sicut Apostoli, & Doctores; at orabat: orandoque per illos predicabat, virtutem eis impetrando; ut semen divini Verbi centesimum fructum ferret. de Ponte l. 7. in Cant. Exh. 17. §. 3.

Conferens in corde suo. Luc. 2. Quid est, conferre in corde? nisi studiosa meditatio mentis, veritatem rerum potissimum investigans. Exemplo novae Virginis Matris animemur; ut interna mente mysteria meditemur: ut fide nos vivificent, spe erigant, dilectione pascant. Sim. Cass. l. 2. de gest. D. c. 21.

Angelus tribus vicibus Virginem salutat. Tam intenta erat meditationi; sicque flagrabat desiderio, ut Deus homo fieret: Quod ut adverteret ea, quae exponenda erant; & eam Angelus sibi attentam faceret; tripliciter eam vocare, ac salutare, necesse fuit. Incert. Aut.

Quoniam aquila regina volucrum; & Maria Regina Angelorum, & justorum. Aquila ceteras aves praecedit in volatu, & solis aspectu, & Maria Sanctos omnes in volatu contemplationis, & aspectu solis justitiae, id est, Filii sui, qui lucem inhabitat inaccessibilem &c. Richardus à S. Laur. l. 12. de laud. Virg.

P.

Patrocinium.

§. 1.

Figura, Symbola.

Mulier, quam dedisti mihi sociam, dedit mihi de ligno; & comedi. Gen. 2. 12. Licet Adam in crimine è numero fatuorum fuerit; quadam scintilla tamen in excusatione sceleris effulsit. Deo enim ad iudicium, & supplicium, vocanti non seipsum impavidus objecit; sed Evam, tanquam munimen corporis, & animi, apposuit: in quo divinae irae mucro retunderetur. Audivit enim vocem Domini in paradiso, dixitque Adam: *mulier &c.* S. Bernardus apud Tilmannum in allegoriis: Adam indignationi divinae mulierem, pro qua peccaverat, objecit; quasi post tergum ejus volens declinare sagittam. Sed prudens Adama sciebat tutamentum viri in femina preparatum. Agnovit in ea Eva altera viventium matrem adumbratam; & ex ea nascituram ab omni labe immunem. Unde non est à Domino notatus Adam, quod Evam in certamen, & discrimen, exposuerit. Arcones in li. 1. 13. Disc. 3.

Rebecca diligebat Jacob. Gen. 25. 28. Rebecca patrocinio Jacob temporalibus bonis abundat; at Esau orbatu matris favore nudus. Ut scias: quem Maria tuetur, coelestem, & ter-

Polyant. h. Sacr. Tom. II.

renam, felicitatem sortiri; eam privari, cui illa non Patrona. Naxera tr. de B. Virg. §. 34. Patrocinium B. Virg.

Haec est Virgo Moysis Ex. 4. 2. per quam fecit signa in Aegypto; & ad quam in omni necessitate recurrerat. Richardus à S. Laur. l. 12. de laud. B. Virg.

Maria est *columna nubis.* Ex. 13. 21. quia, tanquam nubes, protegit ab aëtu divinae indignationis. S. Bonaventura Spec. B. Virg. c. 3.

Populus arcam. Jos. 3. 14. Mariae imaginem, secum defert: sicque ad Mariae praesentiam evanescent discrimina; ut mare terrenum iter vianti populo concesserit. Naxera citatus.

Accipe benedictionem hanc, quam attulit ancilla tua tibi. 1. Reg. 25. Abigail placavit David verbis, & muneribus: Sic Virgo Deum precibus, & meritis. S. Bonaventura in Spec.

Sensit Aman, Esth. 7. 7. paratum sibi à rege malum. Ut id averteret, surrexit, ut rogaret Esther reginam pro anima sua; adeoque ardentius rogavit, ut dicatur ante lectulum ejus, sive adorabundus, sive tremebundus, cecidisse. Sed frustranea fuit supplicatio. Non ea erat Estheris, licet sanctae, pietas, ut suo vellet hosti patrocinari. Sed misericordiae Mater ab omnibus, etiam infestissimis hostibus, se exorari sinit. Mendoza in 1. Reg. 14. 3.

Expandit nubem in protectionem eorum. &c. Pf. 104. De Maria nube dicitur. Ecce duo officia, ad quae data est Maria, ut protegat à fervore Solis justitiae tanquam nubes; etiam contra diabolum quasi igneus murus, & contra vitia, & peccata. Richardus à S. Laur. l. 7. de laud. Virg.

Tenui eum, nec dimittam. Cant. Conqueritur Deus. Isa. 64. 7. *non est, qui confurgat, & teneat me.* Quid Deipara? quia invenit, quem diligit anima mea, novique eum indignaturum generi humano; tenui eum, id est, precibus meis tenebo eum, *nec dimittam iustitiam.* de Ponte l. 6. in Cant. Exh. 9. §. 6. Coriolanum, insignem apud Romanos belli ducem, nihil ferè æquè delectavit, atque Matris suae gaudium, certae omnia suis ipsum precibus concessurum. Graviter ille à civibus suis offensus ad Volcos defecerat; & urbi jam hostis imminerat, funditus eam deleturus. Cùm remedia alia omnia deprecantes Quirites, Coriolani Matrem ad ipsum miserunt; ut iratum Patriae placaret. Quam ubi filius aspexit; vicisti, inquit, iram meam Patria, precibus hujus admotis; cujus uter o te, quamvis merito mihi invisam, dono; continuoque Romanum agrum hostilibus armis liberavit: uniusque parentis aspectus, ut ait Valerius, bellum atrox salutari pace mutavit Valerius Max. l. 5. cap. 4. An. minoris Iesus Matrem suam faciet? nec iram remittet ad preces illius? Nierembergus de am. erga B. Virg. c. 5.

Opposuisti nubem, ne transiret iratio. Thr. 3. 44. Deo ad misericordiae eloquium aptare possumus; scilicet opposuisse sibi nubem, ne effunderet indignationem. Ea nubes Maria. Numinis ardorem tempeart: ne peccatores exurat, eorum peccata abscondit; ne illorum foeditas divinos oculos offendat. Naxera tom. 2. in Jos. 20. §. 10.

G

Ipsè

Ipsè autem (Daniel) erat in foribus regis. Dan. 2. In foribus erat; ut regis amicus reperitur ab ingredientibus; & ejus intercessione civis optata impetrent. Escobar Colloq. 11. Sic Maria adest in foribus Regis; ut faciliè ab eis inveniat, qui à Rege petunt salutem. Incert. Auth.

Quidam vir, qui erat claudus ex utero matris suæ, bajulabatur: quem ponebant quotidie ad portam templi, quæ dicitur Spectosa &c. Act. 3. 2. Glossa: Dei templum, locus Beatorum: hujus templi porta spectosa est B. V. Maria. Per hanc portam venit ad nos redimendum Filius Dei; & per eam deducit nos ad glorificandum. Si quis autem claudus est, ambulare non potens in via morum; ponatur per devotionem ad ipsam: erigetur divinitus, & fortificabitur ad feliciter gradiendum. Arcones in Il. 1. 13. Disc. 4.

Venit ad domum Mariæ matris Joannis, qui cognominatus est Marcus. Act. 12. 12. Petrus, Herodis evadere cupiens insidias, utque securus degat; non remotas terras petit, sed domum Mariæ. Ad eam enim inoffense sub hujus nominis tutela vivitur; ut Petrus non remotas migret ad terras; sed ejus elegerit patrocinium. Naxera tr. de B. Virg. Patrocinium B. Virg.

§. II. Exempla.

Vinum non habent. Joan. 2. Assitit opportuno tempore intercessura pro nuptiis; cum defectus vini, videlicet internæ lætitiæ, atque supernæ consolationis, adesset. Omnium hominum advocatam se sciens, quæ pro omnibus Creatoris facta fuerat mater; officium advocati, & piæ auxiliatricis, assumpsit, cum videret inopiam. Quæ nec rogata, prævenit: ac si opus non sit, ipsam precibus excitare; quæ omnem oculum suæ pietatis direxit in nos, præsciens indigentiam nostram, & se cunctorum matrem pietatis agnoscens; sollicita pro filiis irrequisita etiam ad divinum Filium intercessit. Sim. Cass. l. 2. de gest. D. c. 25.

Inclinato capite tradidit spiritum. Joan. 19. 30. In quam partem caput inclinavit? Picturæ collocant ad dexteram. Hugo Card. ex parte Matris suæ, quasi dicat: per ipsam veniam petite: ipsa est oraculum misericordiæ.

Mercator Constantinopoli mutuò sibi datam à Judæo pecuniam, adhibita B. Virgine quasi fidejussore, coram ejus imagine promiserat, se statuto die redditurum: sicque, Judæo acquiescente, perrexit cum pecunia Alexandriam, ibique feliciter negotiatus est. Interim dies imminere debiti exolvendi: atque ita propè jam aderat, ut tantillo tempore nec Alexandria Constantinopolim ipse mercator reverti; nec pecuniam suam per alium transmittere posset. Quid ageret; mirum in consilium, quod rara illi in B. Virgine fiducia suggerit. Concluse debitam pecuniam in arcula, quam suò signavit annulo, cum hac inscriptione: Suscipe Abraham (hoc erat nomen Judæo Creditori) pecuniam, quam à te mutuò accepi. Hanc arcam pridie ejus diei, quò fuerat pecunia persolvenda, imposuit mari; Supplicans B. Virgini, ut eam Constantinopolim in manus Creditoris dirigeret. Mirum! dirigente Virgine, per tot maris spatia, unà nocte per-

venit arca ad littus Constantinopolitanum: & quidem in manus ipsius Judæi, qui tunc in littore abambulabat. Sed non hic finis miraculi. Perfidus Judæus arcam absconderat, negabat pecuniam sibi redditam esse; eamque à Catholico debitore, Constantinopolim postea reversò, interpositâ magistratûs autoritate, exigebat injustissime. Imò ausus est (quia deficientibus aliis testimoniis ad hoc adigebatur) coram imagine B. Virginis jurare; se debitam pecuniam non recepisse. Vix juraverat; cum imago, palàm omnibus, in has voces erupit: mentiris; quoniam arcam cum pecunia accepisti, & abscondisti. Percussus Judæus scelus factus est; & Deiparæ potentiam juxta ac misericordiam, agnoscens, in Christiana Religione statum juravit. Vincentius Beluacensis spec. hist. l. 7. c. 82.

Romæ in solenni supplicatione ad avertendam pestem, quæ vehementer grassabatur; dum B. Virginis imago à S. Luca depicta deferebatur; quemcumque subiret locum, statim optata salubritas illic subsequerebatur. Tunc auditi sunt ab omnibus cantantes Angeli: *Regina cæli letare! alleluja!* Quibus subjuncti S. Gregorius Pontifex divinò edoctus instinctu, & totius populi nomine: *ora pro nobis Domine!* *alleluja.* Non ita post Angelus, qui flans super molem Hadriani, ensem nudaverat in supplicia, visus est eundem in vaginam recondere, in signum impetratæ misericordiæ. Baronius tom. 8. A. 590.

Vir quidam probus, cum uxore, & filio probò, ad S. Jacobum Compostellam profecti, divertunt in domo cujusdam, cui adulta filia: quæ formosâ juvenis amore capta, ad scelus invitata. Is repugnat, illa, vertens amorem in odium, sub discessum ejus cucullo craterem patris sui clam imponit. Post discessum clamat puella coram parentibus; craterem ablatum. Prætor per satellites reducit; puella eruit craterem. Juvenis judicatus suspensus: miseri parentes Compostellam pervernerunt. Ubi, solutis votis, redierunt eo loci, ubi filius suspensus: quem mater lacrymabunda adiens audit filiam dicentem sibi: mater mea! noli flere super me; ego enim vivus sum: quia B. Virg. & S. Jacobus, me sustinent. Vade ad judicem; & dic ei meam innocentiam. Venit illa, & convenit Prætores prandentem; qui gallum, & gallinam, assos scindere volebat. Prætor, inquit, filius meus vivit; jube solvi. Prætor ait: vivit filius tuus? vivit, ut vivunt hæc aves. Vix dixerat; cum gallus, & gallina, saltaverunt; & gallus, cantavit. Prætor stupens vocat Sacerdotes, & cives: eunt ad suspensum; inveniunt sanum; parentibus restituit: gallus, & gallina, transfertur in templum; ubi septenniò vixerunt. Nierembergius l. 1. c. 1. de mir. natur. in Europa.

Henricus Suso, Ordin. Prædic. protectus à B. Virgine sub pallio. Bollandus 25. Jan.

§. III. Ex Patribus.

Cælum, & terra, jam pridem ruisent; si non Maria precibus sustentasset. S. Fulgentius l. 4. Mytholog.

Per te accessum habeamus ad Filium, ô benedicta inventrix gratiæ, genitrix vitæ, Mater Salutis: ut per te nos suscipiat, qui per te datus est nobis, S. Bernardus l. 2. de Adv. Dom.

O quis-

O quisquis te intelligis in hujus seculi profluvio magis inter procellas, & tempestates, fluctuare; quam per terram ambulare: nè avertas oculos à fulgore hujus sideris; si non vis obrui procellis. Si insurgant venti tentationum; si incurras scopulos tribulationum; respice stellam, voca Mariam. Si jactaris superbiæ undis, si ambitionis, si detractionis, si amulationis; respice stellam, voca Mariam. Si iracundia, aut avaritia, aut carnis illecebra, naviculam concusserit mentis; respice ad Mariam. In periculis, in angustiis, in rebus dubiis, Mariam cogita, Mariam invoca: non recedat ab ore, non recedat à corde. Idem hom. 2. Sup. Missus.

Optima sanè spes est; apud eam habere confugium, quæ scilicet inter omnes cœlestis curiæ Senatores impetrandi apud Deum primum obtinet locum. B. Petrus Dam. l. 6. ep. 29.

Hoc debemus indubitanter credere, pro hoc incessanter gratias agere; quòd, sicut Maria omnibus Sanctis in cœlo est potior; ita quoque pro nobis apud Deum, præ omnibus Sanctis, est sollicitior. S. Bonaventura in spec. B. Virg. c. 6. apud Naxera tr. de B. V. §. 34.

Nemo, Domina, tam idoneus est, ut gladio Domini manus pro nobis objiciat; sicut tu amantissima. Idem ibidem c. 12.

Securum accessum jam habet homo ad Deum; ubi mediatorem causæ suæ Filium habet ante Patrem; & ante Filium Matrem. Christus nudatò latere Patri ostendit latus, & vulnera; Maria Christo pectus, & ubera: nec potest esse repulsa; ubi concurrunt, & orant omni lingua disertius, hæc clementiæ monumenta, & charitatis insignia. Dividunt coram Patre inter se Mater, & Filius, pietatis officia. Arnoldus Carnot. tr. de laud. Virg.

Advocati officium est; ut Clientis causam tueatur, & agat; non modò in judicio, sed armis quoque contra hostes. B. Virgo nostri patrocinium suscipit multò ardentius & efficacius, quàm quispiam Sanctorum; quia nos magis amat; & totius generis humani curam Maternam in Filio accepit. Cofterus Sup. Salve Regina.

Paupertas Maria.

Filius autem hominis non habet, ubi caput reclinet. Matth. 8. 20. id est, propriam domum. Sed nonne Maria, quæ erat unica suis parentibus, ex parte patris habuit domum parentum suorum? Et Joseph, qui adhuc vixit secundum quosdam, propriam habuit domum? Respondendum: probabile esse; quòd Virgo beata omnia sua vendidit, & pauperibus elargita est; similiter Joseph. Aliter non implerent, quòd Christus alios docuit; & Apostoli perfecerunt: qui, relicti omnibus, secuti sunt Christum Dominum. Dionysius Carthusianus hic.

Tulerunt &c. Luc. 2. Defert Mater eum, velut oblationem novam, pro omnibus Mundi criminibus expiandis; & pro ipso piè obtulit munera paupertatis: insinuans presentibus, atque posteris; quòd Mundi divitias non habebat; & quòd nec in magnis muneribus placatur omnium rerum Conditor; sed in affectibus, & in virtutibus magnis; quibus Virgo fulgebat. Sim. Cass. l. 2. de gest. Chr. c. 21.

Polyanth. Sacr. Tom. II.

Invenerunt puerum cum Maria. Matth. 2. 11. Cognoverunt sapientem, providam, verendam, atque modestam, pauperem; & in ipsa paupertate latentem. Sim. Cass. hic.

Par turturum, aut duos pullos columbarum. Luc. 2. 24. Hæc fuit oblatio pauperum: nam divites agnum offerebant. Ex quo patet paupertas Mariæ, & Joseph. At nonne Maria à parentibus suis hæreditatem bonam suscepit? Nec dubium, quin tres magi pretiosa Christo dona obtulerint. Sed perfectissima Virgo, inspirante ei spiritu Filii sui, omnia tenuissima necessitati, hoc est, parcissimo victui, ac tegumento; superflua per se, vel potius per manus Joseph, erogavit egenis. Nec reor, quòd peregrinationi suæ cum Jesu, & Joseph, in Ægyptum aliquid notabile servaverit; vel tantam de crastino habuerit curam: quippe cujus spes in DEO perfectissima fuit; & quæ noverat, se Christum, Dei sapientiam, ac providentiam, omnipotentem secum habere. Dion. Carthuf. hic.

Aperta pauperula, aptè Christo sacra est Virgo Mater; ut pauperem in terris Genitricem haberet: qui, cum omnium esset dives, egenus pro omnibus factus est. Sim. Cass. l. 2. de gest. Chr. c. 18.

Peccatores respiciens.

Abcondit se Adam, & uxor ejus, à facie Domini DEI in medio ligni paradisi. Gen. 3. 8. Lignum hoc, lignum vitæ fuisse, tradunt nonnulli. Cucurrit ad vitæ lignum; quia jam pectore mortis cruciabat venenum. Nunquam inducam animum, ut putaverim, Adamum voluisse Numinis oculis subtrahi; ut eluderet scientiam; sed ut frustraretur vindictam. Erat arbor illa Deipara umbra: agnovitque Adamus, umbram Deiparæ opportunum peccatoribus esse perfugium. S. Ephrem orat. de Deip. ave lignum vitæ, gaudium, & voluptas. Naxera tom. 2. c. 20. §. 10.

Et peccatoribus civitas refugii. Ex. 21. Num. 35. Via, quæ ad eas ducebant, complanatae erant; ut nullum esset obstaculum, quòd homicidam in via impediret. Oleaster hic.

Eccæ famula tua sit in ancillam, ut lavet pedes servorum Domini mei. 1. Reg. 25. 40. Maria signata est per illam Abigail. Bonaventura in spec. Lect. 10. Per benedictam ancillam Mariam quasi tot servi Domini toti sunt, quot Fideles ejus suffragiis à peccatis mundati sunt. Ipsa enim tot servorum Domini pedibus aquam obtulit, quot penitentibus lacrymas compunctionis obtulit.

Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora? Cant. 6. 9. Luna lucet in nocte, aurora in diluculo, sol in die: nox autem est culpa, diluculum poenitentia, dies gratia. Qui ergo jacet in nocte culpæ; respiciat lunam, deprecetur Mariam. Qui ad diluculum poenitentiae surgit; respiciat auroram, deprecetur Mariam. Innocentius P. l. 2. de Assumpt.

Elias turbine tegitur, ut peccatores videret. Eccl. 48. 13. Tibi, peccatores cernere, grave spectaculum; mihi verò, qui sum Dominus, lex de humanitate præscripta est, me ipsum debito

debitorem clementiæ constitui. Tu ergo sub diversorium à peccato liberum; carne vestitus cum Angelis conversare. Ego verò ad homines per Incarnationem veniam; ego in eorum salutem curram. Virgo sub Spiritus umbra est; ut peccatores à divinæ iustitiæ aestu subduceret; eorum protectio fieret, & umbraculum. Basilii Seleuc. In Maria, velut in horto condenseo, & umbrato, invenitur umbra propitiacionis. Ad hoc enim adumbravit eam virtus altissimi in filii conceptione; ut ipsa precibus suis, meritis, & exemplis, obumbraret peccatoribus contra fervorem divinæ iracundiæ. Richardus à S. Laur. l. 12. de laud. Virg. Refert S. Petrus Dam. & Salmeron tom. 10. tr. 40. idcirco bonum latronem respuisse; quia B. Virgo inter Crucem filii, & crucem latronis, posita Filium pro latrone deprecabatur.

Probatica piscina. Joan. B. Virginem significavit. Blesensis l. 1. in adv. D.

Et in utero habens clamabat parturiens; & cruciabat ut pariat. Apoc. 12. 1. Non de partu Christi loquitur, sed peccatorum. Peccator est filius doloris Bennoni B. Virgini. Parit, & stellis coronatur. Nempe femina hujus gloria est, quòd peccatores parturiat. Paulus fratres in Christo coronam suam vocabat. Philipp. 4. 1. Incert. Auth. Ipsa de cubilibus leonum & de montibus pardorum, dicitur coronari. Et nota: quòd Apoc. 12. dicitur Maria coronari de stellis. Quid est hoc? nisi quòd fera per gratiam, & orationes, Mariæ sunt stalla. Richardus l. 3. de laud. Virg.

Pœnitentia.

Maria est *fluvius Jordanis*. 4. Reg. 15. 14. in quo ad præceptum Elisæi, restituitur caro Naaman leprosi, sicut caro parvuli pueri: si in eo abluatur. Per hunc Jordanem transeunt Israëlita verè interram promissionis. Ita nos transeuntes à malo in bonum per pœnitentiam, devotè Mariam collaudantes, per eam introducemur in terram promissionis. Richardus à S. Laur. l. 9. de laud. Virg.

Que est ista, qua ascendit per desertum sicut virgula fumi ex aromatibus myrrhe, & thuris? Cant. 3. 6. Rupertus: talis fumi virgula tu, ô Maria, suavem odorem spirasti altissimo, cœlestibus disciplinis erudita, atque extenuata. Intercessionis, & pietatis, spiramina redolebat, abolens fetorem scelerum, & vitæ æternæ odorem exhalans; complens Dei nares fragrantissimis odoramentis: per myrrham excitat ad dolorem criminum, & pœnitentiæ amaritudinem. Et bene flumum exhalat, qui solet ciere lacrymas. S. Bonaventura in spec. c. 12. desertum est cor peccatoris, desertum à gratia, & virtutibus. Fumus aromaticus, fumus suavissimus, est aspiratio spei veniæ. B. Virgo Maria per desertum quasi virgula fumi ascendit, quando, ipsa suffragante, cor peccatoris fumum spei veniæ suscipit. Nullum piissima Virgo desertum abhorret, nullum peccatorem despicit; sed, quocumque pertransierit, suavissimum spei veniæ fumum respergit. Arcones in II. 1. 13. Disc. 3.

Nostræ novæ Religionis, & pœnitentiæ, est Magistra. S. Ignatius M. ep. 13. Joanni S. Seniori.

Naufragis omnibus tutus pœnitentiæ portus est mater nostra misericordiæ. Arnoldus Carnot. tr. de laud. Virg.

Hæc est, post Filium suum, præcipuum refugium peccatoribus; quòd post lapsum fugiant, consilium, ut pœniteant; auxilium, ut convertantur, nè pereant. Confessionem, & pœnitentiam in hominibus desiderat peccatorum; ut pro illis occasione habeat deprecandi. Galfridus Abb. in omni festiv. B. Virg.

Prudentia.

Cogitabat, qualis esset illa saluatio. Luc. 1. 29. Hæc erat magna prudentia: continebat enim profunditatem sapientiæ; de qua Sap. 6. 16. *Cogitare de illa, sensus est consummatus.* Den. 4. 16. *Cæpit intrâ semetipsum tacitus cogitare &c.* S. Bonaventura hic.

S. Ephrem s. de laud. Virg. B. Virginem, Principem omnium prudentissimam, & sagacissimam. Damascenus sapientiæ thesaurum. Illa paradisi hortulana Eva nimium credula, simplicitate, & imprudentiâ, serpentis faciendæ cessit. Hanc imprudentiam Maria correxit, cum ad Angeli affatus prudentissimè subiecit: *quomodo fiet istud?* Quòd si, Salomone teste, Prov. 10. 19. *Qui moderatur labia sua, prudentissimus est;* Virgo præ omnibus proliis hominibus longè prudentissima erit dicenda. Apud Drexelium in Ros. selest. virt. p. 2. c. 1. §. 1.

Prudentibus cunctis ipsa prudentior; dum præ omnibus id solum elegit, quòd melius inveniri nequit: præcavens, quicquid eò potuit minimum ad offensam; ad inveniens, quicquid per rationem, & virtutem, inhæsitante placet. Sim. Cas. l. 2. de gest. D.

Pulchritudo.

O pulcherrima pulchritudo omnium pulchritudinum! O Dei genitrix, pulchrorum omnium summum ornamentum, Gregorius Nicomed. orat. de oblat. Deip.

Purgatorium.

Sum Mater omnium, qui sunt in Purgatorio: quia omnes pœnæ, quæ debentur purgandis, pro peccatis suis; in qualibet hora, propter preces meas, quodammodo mitigantur. Revelat. S. Brig. l. 4. c. 138. V. B. V. Vide Assumptio.

Purificatio.

Hodie mitissima *columba olivæ ramum ferens*. Gen. 8. templum ingreditur: jam amicitia inter Deum, & hominem, restauratur. Diez. conc. 1. in Purif.

Jacob, Gen. 32. 18. ex Mesopotamia redux, timensque fratrem suum; ut eum leniret, munerâ illi misit. Postea sua in tres turmas divisit, & ultimò loco decoram Rachelem cum puero

puero Joseph Gen. 33. 2. Fortè prudenter considerans; quòd licet Elau munera non respiceret; saltè Rachelis puerique formà mitigaretur. Sic Mundus irato Deo multa in lege naturæ, & scriptâ, obtulit sacrificia: postremò tandem locò, cum hæc ad illum mitigandum non sufficerent; pulcherrimam Rachelem cum Joseph obtulit; quæ est B. Virgo, pretiosissimum infantem Jesum brachiis bajulans: quod munus ei infinite placuit. Idem ibidem.

In hac sacratissima die per manus amorosissimæ Virginis, tanquam à communi Matre Salvatoris, & salvandorum, in loco communi, id est, in sancto Dei templo, communi personæ, videlicet sanctissimo Simeoni; tanquam authentico, & legitimo, Mundi Procuratori, humano generi facta est donatio Jesu Christi, Dei, & hominis: atque Ecclesia, Sponsa Dei in possessionem doni introducta est. Proinde in persona humani generis Propheta ad Dominum ait: *Suscipimus Deus misericordiam in medio templi tui.* Pl. 47. 10. S. Bernardus tom. 3. tr. de B. Virg. f. 10. de Purif.

Donavit & B. Virgo Filium suum humano generi, dicens Simeoni: Novi, fidelissime Procurator Mundi, quibus egeat Mundus; quare illum contulerit mihi Deus. Pro Mundi salute mihi donavit illum: quia sic Deus dilexit Mundum &c. Dono igitur illum etiam ego: dono illum in donum illuminationis, in exemplum conversationis, in præmium glorificationis. Novi, quid dono: ipse est verus Agnus, qui tollit peccata Mundi. Nec solam Filium meum; sed & meipsam super hoc donum dono: atque ipsorum advocatam, genitricem, tutricem; nec non & thesaurorum Filii mei dispensatricem, charitate inviolabili repromitto. Idem ibidem.

Videntur oculi mei salutare tuum &c. Luc. 2. 30. Dum virginis in brachiis salutare omnibus Lumen; ruina verò, & resurrectio, ad manum Simeonis translatus. *Ecce positus est hic in ruinam.* Luc. 2. 34. S. Bernardus f. 2. de Purif. hodie placabilis, & Deo placens, hostia virginis manibus offertur in templo. *Suscipimus Deus misericordiam tuam in medio templi tui.* Pl. 47. 10. Modò illuxisse Mundo decantant misericordiam; cum antea cœlicolis misericordiam, & hominibus decantasset judicium. *Domine, in cœlo misericordia tua, & veritas tua usque ad nubes.* Pl. 35. 6. Antequàm brachiis virginis portabatur, in cœlicolis misericordiam ostentabat; veritatem in homines; jam misericordiam in homines largè effudit. Naxera tr. de B. Virg. f. 29.

Verè, ô B. Virgo! non habes causam; nec tibi opus est Purificatione. Sed nunquid Filio tuo opus erat circumfisione? Esto inter mulieres tanquam una earum: nam & Filius tuus sic est in numero puerorum. S. Bernardus f. 3. de Purif.

Quis hodie ceretum gestans in manibus non statim illius Senis recorderetur; qui hodie Jesum accipiens in ulnas suas, verbum in carne, tan-

quam lumen in æra; ipsum esse Lumen ad illuminationem gentium perhibeat: Guaricus f. in Purif.

R.

Resurrectio.

Simon Cas. l. 14. de Resurr. Salvatoris, rationem reddens, cur B. Virgo cum aliis mulieribus ad sepulchrum non venerit, ait: quia Filius resurgens ipsam præhonoraverat, velut præ cæteris in sui morte dolore perfusam; & diligentem ardentius, & expectantem anxius resurgentem. Et præhonoranda erat in Resurrectione Virginitas, quæ in Incarnatione ipsum ad hoc susceperat, ut pro nobis moreretur, atque resurgeret. Et dignum erat, ut quæ natum prius ipsa prior adoravit, atque sola suscepit de terris, quòd prius aspiceret regressum ab inferis. Ipsa siquidem Angelorum & hominum, jam facta Regina; & super omnes Virtutes præfulgens, meruit in novitate cœlesti altius honorari. Id dixerim ante omnes aspiceret Filium resurgentem; non quia Mater, sed quia charitate pollentior. Et quia omnia ordinate disponit, jure servandi ordinis, hanc singularem in virtutibus foeminam resurgens à mortuis, primitus suam exhibendo corporalem præsentiam, honoravit; terminum dando singulibus; cujus cor doloris machera perfoderat.

Quando sol oritur, statim apparet in altiori monte, & postea aliis; dein in planitie camporum, & convallibus. Inter omnes puras creaturas mons altior est B. Virgo. Et Sol Christus in resurrectione resurgens statim apparuit huic monti, dein aliis. Diez. Resurrectio.

Rosa.

Rosa veris speciosa. S. Bonaventura in Litan. B. Virg. Rubens rosa charitatis ardentissima. Blofius p. 2. parad. an. B. Hermannus Josephus B. Virginem communiter Rosam appellabat. Bollandus 7. Aprilis.

S.

Sabbatum.

Domina nostra omnem diligit, omnibus succurrit, pro omnibus intercedit, pro omnibus Advocatâ se fecit; nec ullum à charitate secludit. Propter hoc est Luna assimilata, Cant. 6. 9. Quia, sicut luna, quæ inter corpora cœlestia, & terrena, est media: & quod ab illis accipit, ad inferiora refundit. Sic & Virgo Regia inter nos, & Deum nostrum, est media; & gratiam ipsa nobis refundit. Et hæc est ratio, quare dies Sabbathi appropriatur ei: quia, sicut dies Sabbathi inter diem Passionis, & Resurrectionis, est remedium; nec est diei transitus à die Veneris usque in diem Dominicum, nisi per Sabbathum. Sic Domina nostra est medium inter nos, & Deum:

nec nisi per eam ad primum est pervenire principium. S. Bonaventura l. 14. in Nat. D.

Cur Sabbathò cantatur officium de B. Virgine? quia est porta regni cœlorum; quod commodè per Dominicum figuratur. Beletus rat. div. off. c. 51.

Sabbatum est janua, & introitus, in diem Dominicam, quæ est dies requiei; & significat vitam æternam. Quia verò Deipara est nobis porta ad regnum cœlorum, quod per diem Dominicam significatur: ideo de illa solemnizamus septimâ die, quæ diem Dominicam præcedit. Durandus 6. Rational. c. 29.

Visebatur Constantinopoli imago Virginis, quam tegebat velum totâ hebdomadæ; nisi quòd feriâ 6. post Vesperas, nullò mortalium moventè, attollebatur, & reducebatur ab imagine; usque dum, celebratis in Sabbatho Vesperis, iterum ante eandem imaginem devolveretur, eamque, ut prius, velaret. Spinellus c. 23. n. 17. ex Durando.

Varie in Sabbatho culta.

S. Ludovicus Rex Gall. solebat singulis diebus Sabbathi privato in cubiculo pedes lavare egenorum, osculari. In vita.

S. Radegundis Clotarii Regis Regina conjux quot hebdomadis ipsò Sabbathò ipsa leproforum unum manibus blandè abluibat; & iis, quos eodem die ad mensam adhibebat, egenis convivis ipsa serviebat ancilla. Nadasi Sabbatho 8.

Alutarius in fustrino B. Virginis iconem, accensâ quolibet Sabbathò lampade, colebat fufis precibus cum uxore, liberis, & familiâ. Die quâdam nubifragium octuaginta domos abstulit, ducentas quassavit; pluribus pereuntibus ipse salvus. Domi tota supellex natabat, orantibus uxore & liberis. Ubi aqua resedit, venere in domum admiratores; qui lychnum Sabbathinum ardere, intactam ab aquis imaginem, & salvam conjugem stupent; cum tamen aquam stetit viderent altius, quam & imago, & lampas, & foemina & liberi, fuerint. Benius in Annuis S. J. Lusitania.

Foemina, hæctenus carnivora diebus Sabbathinis, persuasa abstinere, feliciter puerum, & puellam, sterilis peperit. Idem in annuis Austria.

Duo probi Sacerdotes proximum in itinere templum conspicati, cum sacro apparatu instructi essent; eam, ajebant: & quia Sabbathum est, Deum in Maria Sacro veneremur. Ergo eorum alterum Sacro intentum hæretici rapiunt, linguâ mutilum, & feminecem, relinquunt. Abductus à comite ad Cluniacense cœnobium. Nocte Epiphaniæ, cum alios ad matutinas laudes abire sentiret, baculi strepitu unum advocat, & signis petit ad sacram adem deferri. Orat corde elinguis: adest B. Virgo, manibus linguam ferens; cum in Sabbathino, inquit, Sacrificio linguam amisisset, novam se illi dare. Et os aperire jussu linguam imposuit candidam; orat clarâ voce, stupentibus omnibus, Salve Regina. Cæsarius l. 7. dial. 6. 24.

Rusticus messor die Sabbathi falcarios socios adhortatus, ut labore sub adultum jam Sabbathi tantisper intermissò, ad sacram adem, & preces, se conferrent. At furdis cecinit. Ergo ipse falcem cum Rufario commutat, templum adit, confitetur, Dominicâ communicat, Lunæ ad falcem redit. Irrisus à sociis, quòd illi agellum suum jam messuissent, ipse verò haberet adhuc metendum. Patienter tulit: verum pro more à cruce laborem inchoans, immisâ messi falce, & primo tactu, magnum auri obryzi pondus lætus invenit cum hac epigraphe: hanc illi auri massam à Deo, Deique Matre mitti, in signum Sabbathi honorati; in cœlo autem æternam coronam ei paratam. Cantipratanus l. 2. c. 50.

S. Gerlacus Ruremund. Divæ Virginis honori singulis Sabbathi diebus ad Aquisgranensem Deiparam visitandam nudis pedibus peregrè ire solitus. S. Servatii verò reliquias summò manè quotidie, molesto licet itinere, visitavit. Hic sanctus, cum jam non ad Aquisgranensem, verum ad cœlestem, Deiparam, per itinera æternitatis adeundam, se componeret; nullus aderat Sacerdos in agone luctanti. Ergò à Deipara S. Servatii submissus est stolâ candidâ gloriosus; qui Gerlacum omnibus prædiis communivit. Bollandus 5. Jan.

Sutor, Deus dedit, quiddid lucri per hebdomadam referebat, id omne erogabat in pauperes Sabbathò; tenui tantum victu, ac necessariâ veste, ut plus dare posset, contentus. Quare visa est pretiosè magnifica domus Deo architectò fabricari; sed singulis Sabbathis tantum; alias non: crecebat domus singulis Sabbathis. Is, qui hoc vidit miles, dixit; laterculos aureos certatim collados ad ædificium domus à senibus, & invenibus, pueris, ac puellis. S. Gregorius dial. 1. 4. c. 36.

Juvenis liberali formâ, ære, ac patulantia, instructus ad scelus; à Virgine, quam perditum ibat, repulsam passus est non invitus: quando illum & præsentis tunc diei Sabbathi reverentia, & Mariani nominis, quò innocens illa pro argumento tuendæ puritatis utebatur, religio permovit ad generosam de hoste victoriam. Percipit pudori Mariæ; Virginem in cœnobio cum dote, quæ illi unica ad ingressum deerat, collocavit. Hunc postea eidem in cœnobio Virgini Beatissima Mater necessariis ad mortem sanctè obeundam prædiis instructum vitâ cessisse dixit; ob illam victoriam, ideoque cœlo assertum esse. Corpus verò illius condi jussit; utpote quod rosa ornâset. Itum, ut est in anno Mariano Sabbatho 18. Et ecce rosa è tumulo ex ipso adolescentis corde in altum excrevit. Nadasi Rosa 37.

B. Catharina Palantina, in Ducatu Mediolanensi tenella adhuc, singulis Sabbathis millies Ave Maria recitare in consuetudinem assumpsit Bollandus 6. April.

Sacerdotum gloria. Amedeus hom. 8.

Salutatio Angelica.

§. I.

Explicatio, præstantia.

Ave.

Ave. Verè ei dicitur ave; quæ ab omni vâ culpæ immunissima fuit. S. Bonaventura in spec. B. Virg. c. 1.

Rarò in Veteri Testamento salutatione Angelicâ quemquam honoratum reperies. Non salatur Abraham, cum extollitur titulò fidei. Non salatur, cum jugulatis quinque regibus, ereptò Loth, revertitur; neque cum filium immolare jubetur. Non salatur Moyses, cum de rubo cum Deo alloquitur. Anuntiato Christo salutationes incipiunt jam proximò Jesu, qui est Salvator Mundi, salute non procul positâ. - Salutat Angelus Mariam; nec multò post Elisabeth occurrat & ipsa salutans. Salutant Angeli post resurrectionem sanctas mulieres; salutat ipse Christus Discipulos. Arnoldus Carnot. tr. de laud. B. Virg.

Heva. Gen. 3. 20. Septuag. *vita.* Hebr. *have*, id est, vive; quæ vox est salutantis. Pro *have* Latini dicunt *ave*. Cornelius hic.

Arch-Angelus Gabriel nunc quoque in cœlis regium præfert vexillum aureis inscriptum literis Ave Maria. Revelat. S. Mechtildis l. 1. c. 1.

Testantur historiae urbis Cæsar-Augustanæ in Hispania, & Didacus Mucillo in historia de fundatione miraculosa Sacelli Angelici B. Virginis; ubi auditur, inquit, aliquamdiu S. Apostolus Jacobus musicam cœlestium Spirituum; & observavit, iterâsse illa verba: *Ave Maria! gratiâ plena, Dominus tecum.*

Prima omnis sapientiæ, & salutaris doctrinæ in Novo Testamento illa nobis salutio à Patre luminum immissa est. S. Gregorius Thaum. hom. 2.

§. II.

Quibus in usu.

Salutationem tibi Angelicam, ô Virgo! omnes incorporeæ legiones; itèr Chori Patriarcharum, Prophetæ, Apostoli; unaque divinæ Religionis Antistites venerandi; præterea Martyres; item reliquæ stationes Sanctorum; & denique agrina Justorum universa decantant. S. Germanus Patr. Constant. Ex Menol. 18. Jan. in Vesp. de SS. Athanasio, & Cyrillo.

B. Maria Ogniac. aliquando intrâ diei, & noctis, spatium millies, & centies, genuflectens salutabat Deiparam. Surius in vita.

S. Thomas Aquin. puerulus à nutrice balneatus chartulam parvam humò levavit: quam cum illi eripere vellet, ejulavit; permisit illi: clausâ manu balneatus, absterfus, indutus, ad matrem portatus. Mater manum ejus aperiens reperit chartulam nil aliud continentem, nisi *Ave Maria*. Bollandus 7. Martii.

B. Margareta Ungarica V. filia Belæ regis Ung. in singulis festis B. Virginis, ac intrâ octavas, offerebat B. Virgini mille salutationes angelicas; & ad singulas earum, prostrationes faciebat. Bollandus 29. Febr.

Venerabilis Ida, quam aliqui Beatam appellant, Virgo Ord. Cisterc. Lovanii, per longum tempus diebus singulis mille ducentis viribus genua flectit, & Deiparam salutat. Idem 13. April.

S. Catharina Sen. quinquennis edocta salutationem angelicam, illam ascendendo, aut descendendo, per gradus, ad quemlibet flexò genu persolvebat. Vita p. 1. c. 1.

Ignatius Martinus in Lusitania catechizans, & rogans, quis vellet salutare B. Virginem? omnes pudebat. Et ecce infans in ulnis matris insonat: *Ave Maria*. tum progressi: *gratiâ plena*. Nierembergus nat. hist. l. 3. c. 20.

§. III.

Præmia, & mihi effectus.

Ipsa nos libenter salutat beneficiò, & consolatione, si nos eam frequenter salutamus fervitiò, & oratione. Libenter nos salutat cum gratia; si libenter eam salutamus cum Ave Maria. S. Bonaventura spec. B. Virg. c. 4.

Si mille *Ave Maria* dicis in die devotè, millies à Virgine resalutaris. S. Bernardinus tom. 1. l. 52.

Invitat nos ad salutationem Mariæ Gabrielis exemplum: nam, si eam salutaverimus, non est tam rustica, ut sine resalutatione dimittat. Hugo Card. in Luc. 1.

Cœlum gaudet, stupet omnis terra, cum dico, *Ave Maria*. Sathan fugit, Infernus contremiscit; cum dico, *Ave Maria*. Abscedit tristitia, venit nova lætitia; cum dico, *Ave Maria*. Torpor evanescit, cor ex amore liquefcit; cum dico, *Ave Maria*. Crescit devotio, oritur compunctio; spes proficit, augetur consolatio; cum dico, *Ave Maria*. Thomas Kemp. folioq. an. c. 23.

De Buis l. 1. p. 12. ait, aviculam à pia virgine, à qua alebatur, *Ave Maria* garrere didicisse. Abierat illa aliquando è sinu longius; & ecce milvum. Necessitas *Ave Maria* suggestit: & ecce milvus in terram decidit mortuus; avicula evasit. O quot milvus infernalis aviculas raperet, si non salutassent sæpe Mariam.

Henricus Suso, Ordin. Prædic. manè B. Virginem salutans cœlesti cantu recreatur. Bollandus 27. Jan.

In Polonia Laicus quidam, in Ordine nostro Conversus, erat; nullam aliam orationem, præter salutationem Angelicam, addiscere potuit; quam nocte dièque, piè recitabat. Ex mortui ore excrevit arbor, cujus singulis foliis, distinctis literis impressum, *Ave Maria*. Cæsarius hom. in D. 9. post Pent.

B. Joannes de Deo gravem tempestatem in mari sedat salutatione Angelicâ. Bollandus 8. Martii.

Sanctitas.

Talis profectò erat; ut nulli usui servaretur, nisi divino. S. Laurentius Just. serm. in Annunt. B. Virg.

Virgo Maria super omnes fuit spiritualior, quia fuit Christo propinquior; quia ipsum portavit in utero novem mensibus. S. Vincencius Ferr. 4. de SS. Philippo, & Jacobo.

Ser:

Sermo.

Mansit autem Maria &c. Luc. 1. Dignum, suavéque, duxerunt in simul ad tempus contubernium facere; ut divinum ad invicem possint habere colloquium: quarum mens nihil disputare noverat de terrenis, quæ dona celestia in anima, & corpore, gestabant. Quantum eis gaudii credimus affuisse, dum de divinis solæ confabularentur: dum referebant, quod non propriis meritis, sed ex divina gratia, talium foetuum factæ fuerunt portatrices. S. Anton. 4. p. tit. 15. c. 15.

Plus cum Deo quam cum angelo, vel hominibus, locuta est Maria: ex quo bis Angelo, bis homini, ter autem Deo, locuta est. S. Bonaventura spec. B. Virg. c. 2.

B. Virgo depingitur cum majori oculo, quam ore; ut patet in imagine, quam pinxit S. Lucas: ad innuendum; quod habuerit oculum cordis magnum, ad cogitandum, & contemplandum; sed os parvum ad pauca loquendum. S. Vincent. Ferr. serm. in Vigil. Nat. D.

Solitudo.

Fons signatus. Cant. 4. 12. Utpote quem neque ferarum pes fordidet, nec pulvis perturbet. Hunc ergo fontem, quem aded sedulè clausum dixerat; jam cunctis floribus, viretisque, amoenos subministrare latices ostendit. *Fons hortorum, puteus aquarum viventium, quæ fluunt impetu de Libano.* Cant. 4. 15. Contraria sibi sponsus dixisse videtur: si enim sigillò clausus; quomodo jam impetu fluens, & hortorum flores abluens? Imò, ut copiosiores hortis aquas impertiatur, prius est signatus, & clausus sigillis. In abdito acquisivit, quos ditior postea latices plantis omnibus propinaret. Naxer. de B. Virg. §. 16.

Emitte Agnum Domine Dominatorem terra de petra deserti. Il. 16. 1. Rupertus ad illud Cant. 3. quæ est ista, quæ ascendit per desertum: Maria ascendit per desertum, id est, animam habens valde solitariam. Sicut Esther 14. 3. Regina potest dicere. *adjuva me solitariam.*

Disce Virginem moribus, disce Virginem vè secundâ, disce Virginem oraculo, disce mysterio. Trepidare Virginum est, & ad omnes viri ingressus pavere, omnes viri affatus vereri. Sola in penetrabilibus, quam nemo virorum videret; solus Angelus reperiret. S. Ambros. l. 2. in Luc. c. 1.

Sola erat Maria, & loquebatur cum Angelo. Sola erat, quando supervenit in eam Spiritus S. & virtus Altissimi obumbravit eam. Sola erat, & operata est Mundi salutem, & concepit redemptionem universorum. Idem ep. 41.

Ingressus Angelus ad eam &c. Luc. 1. Non enim in plateis erat; non in publico morabatur: intus erat, in penetrabilibus sola sedebat. Eusebius Emis. hom. in ser. 4. Dom. 4. Adv. Nunc, ubi ipsam invenit, demonstrat. Non foris in plateis civitatis vagabundam, sed intus in domo soli-

tariam. Illi enim, qui foris sunt, id est, in publico, non merentur, à Deo per Angelum saluari. &c. Hugo Card. hic.

Turbata est in sermone ejus. Luc. 1. 29. Quid egit Angelus, ut omnem Virgini trepidationem adimeret? Ex nomine illam vocavit: *ne timeas Maria.* Vix illa nomen suum audierat, quando conquevit. Nam reputabat apud se: ego domo nunquam prodeco, nomen meum omnibus incognitum est. Ergo propheta Dei est juvenis; Deus hoc illi indicavit: ergo à nuntio Dei nihil timendum. Didacus Niss. ser. 6. Dom. 4. Quadr. §. 4.

Ingressi eò poterant Angeli, quò homines non admittebantur. Quæ hominum conversationem fugit, ad Angelorum visitationem disponitur. Diez. conc. 2. de Incarn. Dom.

Cum festinatione ivit; quia volebat diu in publico videri. Medit. vitæ Chr. c. 5.

Mansit Maria cum illa quasi mensibus tribus; & reversa est in domum suam. Luc. 1. 56. Rediit autem: quia circa Elisabethæ partum magna hominum multitudo ad Zachariæ aedes confluxura erat. Virgo autem sanctissima, virgineo quòdam pudore tenta, hominum conspectum declinabat. Titus Bostrensis.

Spes Nostra.

Salve spes desperatorum, & afflicti generis nostri refocillatio. S. Joan. Damasc.

Ipsa est spes penitentium, solamen lugentium. S. Bonaventura in Pfalterio.

Spiritus Sanctus.

An donum liagarum datum etiam B. Virgini, & aliis præsentibus mulieribus? Actor. 2. 3. Negat Cajetanus. De B. Virgine est certum: quia magistra magistrorum, & Doctrinx Apostolorum. Ergo donis Spiritus S. magis repleta, quam ipsi Apostoli. Secundò fugit in Ægyptum, & cum Ægyptiis locuta Ægypticè. Sylveira hic.

Quicumque radios, à gratia Spiritus S. projectos haurire oculis cupim; illud, inquam, inocciduum divini Luminis jubar; illud, inquam, fontem, id est, ad Genitricem Creatoris, accurramus oportet. Ad ipsius enim votum, summa quæque dona, Fidelibus communicat Deus. Philotheus Patriarcha ex Menol. 16. Julii ode 3.

Stella.

Non dixit, *stella stabat* supra puerum; sed *suprà, ubi erat puer.* Matth. 2. 10. Ubi enim erat puer, nisi in sinu Matris? Stabat stella supra stellam: Maria enim *stella maris* interpretatur. Stabat stella, & clamabat: habet enim linguam suam; significando loquebatur. Sed quid significabat? quid dicebat? vis audire, quid? hic puer est; hic est Mater pueri: hic eum quaerite; hic eum invenietis. Eusebius Emis. in Epiph. Dom.

Maria stella matutina est, lucens, antequam dies erat: quia ortus Mariæ præcessit ortum diei, id est, Christi, qui est Lux, & dies. Hæc est stella,

stella, quæ Vincenti promittitur in præmium. Apoc. 2. 28. Richardus à S. Laur. l. 1. de laud. Virg. c. 3.

Maria interpretatur stella maris: quæ navigantes per mare Mundi in navi innocentia, vel penitentia, dirigit ad littus coelestis patriæ. S. Bonaventura spec. B. Virg. c. 3.

T.

Temperantia.

Uterus ille, qui Deo incarnatò gravidatus est, nunquam in cibo, & potu, intemperatò gravatus est. Idem ibidem c. 4.

Templa.

Sola Roma magnifica templa in B. Virginis honorem ad sexaginta tria, quot Salutationes Angelicæ in Rosario, exædificavit; illaque studiosè frequentat, & devotè colit.

In Hispania, post diligentem inquisitionem, reperta sunt templorum B. Virgini Mariæ dedicatum octuaginta millia: vixque ibi colliculus aliquis, insignior, amceniorve, conficitur; quem non Sacellum aliquod, aut ædícula Mariana, exornet, & coronet. Nierembergius de amore erga B. Virg. c. 10.

Tentationes.

Deborah. Judic. 5. 8. quod Hebr. idem est, quod *apis*, typus B. Virginis; peperit victoriam de diabolo. Barac noluit ire ad conflictum, nisi comite, imò Duce Deborah. Sic B. Virgo Virginum, Apostolorum, Martyrum, Sanctorum omnium, autefignana omnes præit verbò; & exemplo hortatur, ad generosè cum carne, Mundo, & dæmone, certandum. Incert. Auth.

Sicut cinnamomum aromatizans odorem dedit. Eccl. 24. 20. Pausanias in Bœoticis l. 9. scribit: in Arabia plurimas vipers sub balsamifloribus arboribus latitare; easque sub illis commorantes balsami partem venenum amittere; ipsarum item morsus ob id esse innocuos. At verò præfidiò B. Virginis, quæ est mysticè balsami arbor, dæmonibus, per serpentes significatis, venenum admittitur; ne eorum morsus, & nefaria suggestiones, ejus clientibus noceant. Cornelius hic.

Domine! salva nos, perimus. Matth. 8. Maria nostra est susceptio: nam in mari Mundi submerguntur omnes illi, quos non suscipit navis ista. Unde Sap. 14. *transseuntes mare*, id est, Mundum, *per ratem*, id est, Mariam, *liberati sunt*. Idèò, quoties videmus insurgentes super nos fluctus hujus maris; clamare debemus ad Mariam: Domina! salva nos, perimus. Richardus à S. Laur. l. 11. de laud. Virg.

V.

Verbum Dei.

Eccè Mater tua, & fratres tui foris stant. Matth. 12. 47. Profundè subdita silenter Polyant. Sacr. Tom. II.

stabat ad verbum; cedens doctrinæ publicæ pro publica utilitate potius, quàm vellet sibi Filium reducere in privatum. Nec ipsa dixit, quod ille Judæus protulit, quod ei loqui vellet. Sed aut Christum increpare satagens, quod ex paupercula natus esset; aut humanè discretus ad Matrem, autumans ipsam assistere præ foribus præstolantem, ut Filio loqueretur. Simon Cas. de gest. D. l. 2. c. 26.

Maria autem conservabat omnia verba hæc &c. Luc. 2. 19. Si Maria à pastoribus discit, cur tu declinas discere à Sacerdotibus? S. Ambros. hic. Audit ab Angelis Maria omnium Magistra virtutum; & velut à sapientibus verba deprompta custodit. Humilitatem suam protestatur, quod audit ab eis, quibus est ipsa superior; & affectum movet in prolem. Simon Cas. de gest. D. l. 2. c. 20. Quid est conferre in corde? nisi studiosa meditatio mentis veritatem rerum potissimum investigans. Exemplò novæ Virginis Matris animemur: ut internâ mente mysteria meditemur; ut fide nos vivificent, spe erigant, dilectione pascant. Idem ibidem c. 21. O Mater sapientissima! nobis conservabat, & memoriæ commendabat: ut postea ipsa docente, ipsa narrante, scriberentur, & universo Mundo prædicarentur. Ab ipsa enim hæc Apostoli audierunt, & ipsa dictante, scripserunt. Eusebius Emis. in aurora Nativ.

Qui ex Deo est, verba Dei audit. Joan. 8. 47. Aures debent esse duæ, scilicet intellectus & affectus; ut audiat, qui ex Deo est, exemplò Mariæ. Humiliter pro se, sicut ipsa audit Angelum; patienter contra se, sicut ipsa Filii irrisores. Non debent moveri aures, nisi motò capite, id est, nisi ad ea, quæ Deus vult; quia aures sunt de ipso capite. Qui ex Deo est, verba Dei audit. Sic per omnia, & tantum sic movebatur Maria. Richardus à S. Laur. l. 5.

Victoria.

Joannes Zemifces Orientis Imperator, dum, deletò Bulgarorum rege, & regnò, Constantinopolim cum triumpho regreditur; ipse albo vectus equò, venerandam verò Augustissimæ Virginis imaginem in curru triumphali, substratis ejus pedibus hostium spoliis, victicem deferri iussit. Zonaras tom. 7.

Joannes Comnenus, Imp. Constantinop. cum anno 1123. de Scythis validò exercitu Thraciam invadentibus, ope B. Virginis victor evasisset; in rei gestæ monumentum apparari iussit currum pulcherrimum, cui quatuor equos candidissimos admovit, in eo victricem Imaginem Deiparæ collocavit; habenas proceribus regni, currum cognatis, regendum dedit: ipse crucem manu gestans pedes antecessit. Nicetas in Annalibus.

Virginitas.

Pulchra ut Luna. Cant. 6. 9. propter virginitatem: luna namque corpus frigidum est. S. Bernardinus tom. 1. l. 52.

H

For

Fortè propterea turbata est in sermone ejus, & cogitabat, qualis esset ista saluatio. Luc. 1. Quòd benedictam sese audisset in mulieribus; quæ nimirum benedicti in Virginitate semper optabat. S. Bernardus l. de B. Virg.

Novum canticum, quod solis dabitur in regno Dei cantare Virginitate, Apoc. 14. 3. ipsam Virginitatem Regiam cum cæteris, imò primam inter cæteras esse cantaturam; nemo est, qui ambigat. S. Bernardus hom. 2. sup. Missus.

Virgines cum Maria Virgine habebunt partem. S. Cyrill. Jerof. Catech. 12.

Virginitatis feracissima planta. S. Amedeus hom. 8.

Ita puritatem, & virginitatem, amabat; ut, si quis ab ea petisset, vellétne potius virgo esse, & non Dei Mater? an verò Mater Dei esse, amissâ virginitate? responsuram fuisse credo; illasam se malle virginitatem. Ex quo patet; quantopere carnales reprehendendi sint, qui tam vili pretio virginitatem vendunt. Diez conc. 4. de Incarnat. Dom.

Deo virginitatis lilium in humilitatis valde produxit. Fulbertus Carnot. dd Nat. B. Virg.

Virtus.

Ad Virginitatem. Luc. 1. 27. Ad virtutem dedituram viro. Theophylactus. Declarat hæc versio Mariæ sanctitatem; ita ut dicatur ipsa virtus.

Oculi tui columbarum &c. Cant. 4. 1. Laudatur in oculis simplicitas, in capillis cogitationum tuarum munditia, in labiis doctrina, in genis verecundia, in collo humilitas, in uberibus tuis adoranda, & spectabilis est cum virginitate fecunditas. Rupertus l. 3. hic.

S. Bonavenura spec. B. Virg. c. 7. vocat Matrem virtutis. O quam florida fuit terra, quam floridus fuit lectus Mariæ; quæ in florida vitæ honestate florebat omnium virtutum honestate. Idem ibidem c. 10.

Depromebant virtutes in cogitatione, & affectu; cordis ejus ineffabilem harmoniam; quam ipsa Creatrix, & inhabitatrix ejus Dei sapientia, delectabatur audire. Fulbertus de Nat. B. Virg.

Non defuit tibi puritas Angelorum, non fides Patriarcharum, non scientia Prophetarum, non zelus Apostolorum, non patientia Martyrum, non sobrietas Confessorum, non innocentia, aut humilitas, Virginitatem. In summa; nullo genere vacatū virtutum, o Virgo plus quam beata! quodcūque donum alicui Sanctorum unquam datum fuit, tibi non fuit negatum: sed omnium Sanctorum privilegia omnia habes in te congesta. Idiōta de contempl. B. Virg. c. 2.

Tu vallis vernans virtutum liliis. Blossius parad. an. p. 2.

Visitatio.

Trabe me &c. Cant. 1. 3. Trahebatur

post Dominum femina desideriorum; trahebatur, & currebat in odore unguentorum: & ipsum currere, id est, in montana cum festinatione abire, erat dicere: *trabe me post te.* Rupertus l. 1. in Cant.

Festinationem Maria in domum Zachariae Angeli mirantes ajunt: quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora confurgens? Cant. 6. 9. Mirantur, quòd longò silentio ruptò, & quiete, quasi aurora confurgat. Nam, cum aurora communes hominum labores excitatur; servilia opera incipiunt agitari. *Jam enim ascendit aurora.* Gen. 32. q. d. juxta Interlinearem: jam tibi tempus est, ab invisibilibus, & divinis, ad corporalia, & humana negotia tractanda descendendi. Hoc pulcherrima aurora Maria promovit suis factis; dum à verbi conceptu silentio, & quiete, contemplationis abiit cum festinatione servitura cognata. O utinam ab hac divina aurora excitarentur ad laborandum multæ otiose mulierculæ; quæ prætextu orationis, horrent fufum. Baeza.

Surge, propera, &c. Cant. 2. 10. Surge à quiete contemplationis, quæ tot annis potita es tum in templo, tum in Nazareth: propera cum festinatione ad montem Judææ; ut manifestentur Dei magnalia, quæ in te perfecta sunt. Veni mecum in domum Zachariae; ut tibi generes mihi alium filium adoptivum, præcursorem meum. de Ponte tom. 1. l. 5. Exh. 15. hic.

Exurgens Maria &c. Luc. Unde, precor, exurgens fuisti? si non à somno quodam, non tam sensuali, quam spirituali? & hoc in contemplatione: quatenus sedula fieres ministratrix in actione. Gerson tr. 9. sup. Magnif.

Magnificat anima mea Dominum. Luc. 1. Queritur, quomodo magnificet Dominum? si enim Dominus nec augmentum, nec decrementum, recipere potest; quæ ratione nunc Maria loquitur? *Magnificat &c.* Si considerem Dominum Salvatorem imaginem esse invisibilis Dei; & videam, animam meam factam ad imaginem Conditoris; ut imago esset imaginis: quando igitur grandem fecero imaginem imaginis, id est, animam meam; & magnificaverò eam opere, agitatione, sermone: tunc imago Dei grandis efficitur; & ipse Dominus, cujus imago est, in nostra anima magnificatur. Origenes hom. 8. de Visitatione.

Cur B. Virgo suum iter confecit cum festinatione? ut ostendatur regalis animi magnanimitas; quæ nullâ montium asperitate, ut ab incepto desisteret, detineri potuit; sed festinanter omnes difficultates superavit, ut ad destinatum locum perveniret. S. Ambros. non ab studio asperitas montium, non ab officio prolixitas itineris, retardavit. Nescit tarda molimina Spiritus S. gratia. Idem, Sylveira hic q. 6.

Virgò Deo plena ad montana conscendit, superiora petit: jam non in terris, sed in caelis, mente habitat, & spiritu conversatur. Festinat, pro-

properat; nihil negligenter agit. Eusebius Emis. fer. 6. Dom. 4. Adv.

B. Virgo, charitate vulnerata, non potuit quiescere, quin cognatam inviseret; ac præsentia, gratiaque sua, adjuvaret; & ut Joannes adventu verbi sanctificaretur. Sylveira hic.

Cur Virgo tam festinanter tendit ad Elisabeth? cum cogitabunda fuerit ad respondendum Angelo: *cogitabat, qualis esset ista salusratio.* Et iterum quaerit: *quomodo fiet istud?* Vide divinum ingenium: ad honores, & dignitates acceptandas, cunctatur; ad opera verò charitatis, & humilitatis, velocissimè prævolat. Idem hic q. 7.

Festinat Maria montana conscendere, non voluntate vagandi, aut ad curiositate oculorum in montibus dilatandam: sed ad illam duntaxat civitatem, in domum ingreditur; ubi novi Propheta, sui que Filii Præcursoris, noverat esse Matrem. S. Antonin. 4. p. tit. 15. §. 1. c. 12.

Sancta pergit ad Sanctam; & quæ majori sanctitate resplendet, humilioribus, atque ardentioribus, moribus agit. Idem ibidem.

Tradunt quidam ex revelatione, iter sex dierum fuisse à Nazareth usque in civitatem Zachariae; & unâ die à Beatissima Virgine, juvenibus Angelis, fuisse emensum; & propterea dictum esse, *cum festinatione* Salmeron apud Sylveira t. 1. l. 1. c. 6. q. 9.

Voluntas.

Eris corona gloria in manu Domini. II. 62. 3. *Vocaberis voluntas mea.* v. 4. Guericus f. 4. de Afs. Mariam, quæ secundum carnem Mater erat, aliâ quoque ratione Matrem sibi Jesus probat: quandoquidem ipsa voluntatem Patris in tantum faciebat; ut de ipsa prædiceret Pater: *vocaberis voluntas mea.*

Ecce ancilla Domini. Luc. 1. 38. En tabula sum, quamvis Scripturam excipere idonea. Scribat in me scriba ille, quodcunque visum fuerit: faciat de me universorum Dominus, quidquid libuerit. Titus Bostrenf. hic. Tabula sum pictoria: pingat pictor, quod voluerit: faciat Deus, quod voluerit. Theophylactus apud Did. Nyss. D. 3. Epiph. §. 3.

Assentior Divo Antonino 4. p. tit. 15. c. 41. §. 1. Anselmum secuto, qui ait: ô Domina! ita divinæ voluntati conformis fuisti; ut salutis humani generis avidissima esses; ut dicere audeam: quod si nullus fuisset repertus, qui Filium crucifigeret; ad hoc, ut sequere-

tur salus hominum, & adimpleretur voluntas Dei, secundum rationem; si oportuisset, ipsa posuisses in cruce. Neque enim credendum est, minoris fuisse perfectionis, & obedientiæ ad Deum, quam Abraham; qui proprium filium obtulit Deo in sacrificium, propriis manibus occidendum. Nierembergus de amore erga B. V. c. 14.

Z.

Zelus.

Et ingressus Angelus ad eam. Luc. 1. 28. Est probabile quod tunc devotissimè pro totius humani generis salute, & Christi adventu, oravit. Dion. Carth. hic.

Exurgens Maria &c. Luc. 1. 39. Vix Christum in utero conceperat, cum post Angeli discessum subdit S. Lucas: *exurgens Maria &c.* Quò abis, Virgo purissima? cur relinquas quietem domus tuæ? cur properas in domum Zachariae? Propero; ut Dilectum, quem inveni, cæteris introducam in domum matris meæ inter cognatos meos &c. ut per fidem, & gratiam, introducam eum in Joannem Bapt. Per illam inventus à pastoribus, Regibus: introductus in Ægyptum: ad significandum; ejus meritis & precibus, Christum introducendum in omnes gentes de Ponte el. 6. in Cant. Exh. 9. §. 6. donec introducam &c.

Exultavit spiritus meus in Deo salutari meo. Luc. 1. 46. Quamvis Deus, ex quo Mundum condidit, semper fuerit Salvator; officium tamen salvandi personaliter tunc assumpsit, cum Caro factus est. Et propterea hoc speciali modo Salvator significatur. Et verò in Deo Salvatore Spiritus B. Virginis exultavit; quia exultavit in Deo incarnato, Salvatore autem non hujus vel illius, sed Mundi. Verè meus, inquit Maria: quoniam totum corpus ejus, mediante quò salvat Mundum, meum est. Cajetanus hic.

Maria ante crucem stabat, & piis spectabat oculis Filii vulnera: quia expectabat, non Pignoris morrem, sed Mundi salutem. S. Ambros. l. 10. in Luc. 23.

Sicut tu, ô Domine! salutem humani generis in cruce sitivisti; & sic ipsa sitivit. Stabat enim juxta crucem, non ut dolorem Filii confideraret; sed ut salutem humani generis expectaret. Richardus à S. Laur. l. 1. de laud. Virg. c. 5.

Gaudet ultra, quam dici, aut credi, fas est, de communi Electorum salute: sciens, quod propter eos Dei Filius carnem suscepit ex eâ. S. Amedeus hom. 2.

TITULUS VII.
ENCOMIA B. VIRGINIS.
EX SCRIPTURA, ET SANCTIS
PATRIBUS.

Ordine Alphabetico.

A.

- A** Bigail sapiens. Bonaventura in Carmine Virg.
- Ablutio lacrymarum nostrarum. Germanus Constant.
- Abyssus humilitatis. Ildephonsus de parturit. Virg. c. 2.
- Abyssus gratiæ. Damascenus or. 2. de dormit. Virg.
- Abyssus sapientiæ. Bernardus f. 1. in signum magnum.
- Abyssus miraculorum. Damascenus f. 1. de Nat. Virg.
- Abyssus luminis. Bernardus f. de verb. ap.
- Abyssus abyssum invocans. Bonaventura supra.
- Abyssus profundior. Augustinus f. 83. de assumpt.
- Aceruus tritici vallatus liliis. Epiphanius f. de laud. Virg.
- Adæ revocatio. Theophanes hymnô de annunt.
- Administra salutis universi. Damascenus or. 1. de Nat.
- Aditus recuperationis. Anselmus de præc. ad Virg.
- Adjutrix destitutorum. Ephrem or. ad Virg.
- Adjutrix peccatorum, & indigentium. Andreas Cret. or. 2. de assumpt.
- Admiranda universis. Ignatius ep. ad Joan.
- Advocata Evæ. Irenæus l. 5. contra hæres. c. 19.
- Advocata unica peccatorum. Ephrem in laud. Virg.
- Advocata omnium iniquorum, ad ipsam confugi entium. Dionys. Carth. de laud. Virg.
- Egrotantium exultatio. Ephrem or. ad Virg.
- Ager Dei amplissimus, plenus fructibus dilectionis. Andreas Hier. or. annunt.
- Ager plenus, cui benedixit Dominus. Bonaventura supra. Richardus à S. Laurentio.
- Agna immaculata. Gregorius Nicomed. de oblat. Virg.
- Agna, ex qua Pastor ovem induit. Id. or. 1. de Nat.
- Altare Dei. Ambrosius in Pf. 42.
- Altare animarum panis vitæ. Methodius or. de hypapante.
- Altare thymiamatum. Ambrosius l. 2. de virginibus.
- Altior cælo. Augustinus f. 83.
- Aluissima speculationis miraculum. Epiphanius de laud. Virg.
- Altitudo altitudinum. Germanus Constant. in vita Virg.
- Alveus divinæ gratiæ. Bernardus f. de B. Virg.
- Amatrix hominum. Bonaventura in Lytan. Virg.
- Amicus à Deo variatus. Andreas Cret. hom. 2. de assumpt.
- Ancilla Domini. Luc. 1.
- Alienissima ab omni labe peccati. Ephrem or. ad Virg.
- Ancilla in subdito habens Deum. Ildephonsus de Virg.
- Anchora fida in tempestatibus. Ephrem supra.
- Anchora humanæ spei. Id. ib.
- Annuntiata oraculis propheticiis. Sophronius or. de assumpt.
- Angelorum gloria. Bernardus serm. de Nat. Angelis reverenda. Idem ep. ad Lugdun.
- Angulus desiderii omnium electorum. Bernardus tom. 2. f. 51. art. 2.
- Apis parvula, cujus fructus est dulcissimus. Bonaventura supra c. 16.
- Aquæductus divinæ gratiæ. Bernardus de Nat. B. V.
- Aquila grandis magnarum alarum. Bernardus f. 2. in Salve Reg.
- Aquila singularis. Idem f. 3. de Assumpt.
- Arbor vitæ fructifera. Bonaventura in Lytan. Virg.
- Arbor magna, in qua habitant coelestes aviculae. Id. in speculo c. 5.
- Arbor pulcherrima. Id. c. 14.
- Arca Dei. Bernardus tom. 2. f. 52.
- Arca fœderis. Laurentius Justin. de casto conub. c. 9.
- Arca Noë largior, & illustrior. Hesychius f. 1. de Virg.
- Arca, in qua naufragium evadimus. Bernardus de verb. apoc.
- Arca sanctificationis Leo Imp. de dormit. Virg.
- Arca testamenti novi. Ildephonsus de assumpt. f. 1.
- Arca vitæ. Hesychius supra.
- Arca sacra, & animata Dei viventis. Damascenus f. 2. de Nat. V.
- Arca Sacramentorum Dei. Ildephonsus supra.
- Arca undique aurô contecta. Damascenus supra.
- Arca pietatis, & gratiæ. Bonaventura in hymn. de Virg.
- Arca intelligens hypostasis verbi Dei. Damascenus supra.
- Arca pretiosissima. Chrysippus or. de Virg.
- Arca, quæ exceptit totius sanctitatis thesaurum. Id. ib.

Arcus fœderis in nubibus cœli Bonaventura in speculo c. 14.

Arcus patens cœlestis portæ. Id. ibidem.

Area Christi spicæ immortalitatis. Andreas Hierof. salut. ad Virg.

Areola sanctorum aromatum à cœlesti constituta pigmentario. Bernard. de precat. ad Virg.

Armarium vitæ. Chrysippus f. de S. Deipara.

Armarium gloriæ Dei. Galatinus ex Hebr. l. 5. c. 17.

Arrha salutis firma. Damascenus supra.

Aræ gratiæ. Thaumaturgus or. de Virg. Anunt.

Aspersio irrorans cordis nostri. Germanus Conitant. de vita Virg.

Affectatrix Jesu perpetua. Epiphanius har. 78.

Asylum Dei ad inhabitandum tutissimum. Andreas Cret.

Aula cœlestis. Ambrosius l. 10. ep. ad Sirenum.

Aula divinorum mysteriorum. Id. de inst. Virg. c. 7.

Aula pietatis. Anselmus de precat. ad Virg.

Aula Regis æterni. Augustinus l. 9. f. 1. de assumpt.

Aula virtutum nitore pudoris clarissima. Ildephonsus de Virg. c. 2.

Aula Solis. Bonaventura in spec. c. 14.

Aula Spiritus S. Ildephonsus f. 2. de Nat.

Aurora confurgens. Cant. 6.

Aurora veri solis. Bernardinus supra.

Aurora felix. Bonaventura in spec. lect. 7.

Aurora noctem expellens sempiternam. Damascenus f. de assumpt.

Aurora perpetuæ lucis. Bernardinus tom. 2. f. 51.

Aurea Christi vestis. Andreas Cret. supra.

Aurò purior. Laurentius Justin. supra.

Aurum minime adulteratum. Damascenus f. 1. de Nat.

Auctrix virtutum. Bernardus f. 2. in Salve Reg.

Auctrix meriti benedicta. Augustinus f. 2. de Nat.

Auxiliatrix præfens. Bernardus f. 2. de adv.

Auxilium periclitanti. Laurentius Just. supra.

Æternitas Virginitatis Ildephonsus l. Virg. c. 10. Cyrillus hom. 6.

B.

Balsamum non mixtum. Bonaventura in spec. c. 15.

Balsamò suavior. Laurentius Just. de casto connub. c. 9.

Basis sanctitatis. Ildephonsus c. 10.

Barba mystica, in quam descendit unguentum &c. Pl. 132. Hilarius.

Beatissima fœminarum. Anselmus c. 4. de laud. Virg.

Bellatrix egregia. Bonaventura in spec. c. 9.

Benedicta in mulieribus. Luc. 1.

Bonum generis humani. Nazianzenus in Christo patiente.

Botrus vitæ. Bonaventura.

C.

CALIX propinans orbi nectar divinum. Bonaventura in Pf. min.

Calceamentum verbi. Ambros. de inilit. Virg. c. 4.

Campus florens. Bernardus f. 4. de adv.

Campus germinans. Laurentius Just. de casto conn. c. 9.

Campus vernans speciosis floribus. Bernardus de precat. ad Virg.

Candelabrum aureum Ecclesiæ. Epiphanius or. ad Virg.

Candelabrum virginum depellens tenebras. Id. ibid.

Candelabrum è cœlo accipiens ignem. Id. ibid.

Candelabrum septem gratiæ lucernis ornatum. Zach. 4. Andreas Hieroso. salut. ad Virg.

Candidior solis radiis, ac fulgoribus. Ephrem supra.

Canticum Cherubim. Ephrem de precat. ad Virg.

Capax Dei Virgo. Hilarius in Pf. 118.

Caput libri obliatum. Andreas Hierof. supra.

Charta divinissima. Ephrem or. ad Virg.

Charta purissima, in qua abscissum est fraudis chirographum. Gregorius Nicomed. in ortu Virg.

Castellum, in quod Jesus intravit. Bernardus f. 2. in assumpt.

Castorum acies ordinata. Cant. 6. Bernardus f. de aquaductu.

Cathedra Cherubim. Hesychieus f. 2. de Virg.

Causa salutis humani generis. Irenæus l. 3. c. 33. contra hæres.

Cedrus in Libano exaltata. Eccl. 24. Ildephonsus f. 2. de assumpt.

Cœlum spirituale. Augustinus f. 35. de Sanctis.

Cœlo capaciore. Damascenus f. 1. de Nat. Virg.

Cœlum alterum. Chrysostomus hom. de anunt.

Cœlum Dei animatum. Damascenus de dormit. Virg.

Cœlum, in quo Deus paravit sedem suam. Bonaventura in speculo.

Cœlum, in quo Rex gloriæ splendet. Andreas Hierof. in explicat. salut. Angel.

Cœlum Solis gloriæ. Id. ibid.

Cœli circulus mirabilis. Epiphanius.

Cœlum splendidissimum. Idem.

Cœlum stellizatum. Bernardus f. 1. de B. V.

Cella munda Deitatis. Bonaventura in Carm. Virg. lit. A.

Circumscriptio incircumscripti. Methodius or. de hypap.

Cisterna Bethlehemitica Davidem refocillans. Id. ibid.

Cithara Spiritus S. Bonaventura supra.

Civitas Dei. Augustinus l. 7. de Civ. c. 6.

Civitas vivens Regis exercituum. Damasus de dormit.

- Civitas refugii. Id. ibid.
 Clavis celorum. Ephrem suprâ.
 Clavigera cœlestis. Bonaventura in speculo parvo.
 Clausorum liberatrix saluberrima. Ephrem suprâ.
 Clibanus cœlestem panem excipiens. Petrus Cell. 4. de panib.
 Clibanus, in quo coquitur sacrificium. Epiphanius suprâ.
 Clibanus intellectualis. Id. ibid.
 Clipeus sperantibus in te. Prov. 10. Bonaventura suprâ.
 Collum Ecclesiæ. Epiphanius suprâ.
 Collum Ecclesiæ nectens caput cum membris. Richardus à S. Laur. l. 2. p. 102.
 Collegium sanctitatis. Chrysológus f. 146.
 Columba electa. Cant. 6. Rupertus hic.
 Columba formosa desuper rivos aquarum. Bernardus f. 2. in assumpt.
 Columba Noë fidelissima. Bonaventura in speculo c. 8.
 Columba pura, & impolluta. Epiphanius suprâ.
 Collis thuris pretiosi. Rupertus 7. de div. offic. c. 25.
 Columna ignis. Ex. 13. Andreas Cret. hic.
 Columna nubis spiritualis Israël. Id. ibid.
 Columna vivifica. Id. or. 1. de Virg.
 Comprehensio omnia comprehendens. Cyrillus Alex. hom. 6. contra Nestor.
 Commune reconciliatorium. Andreas Cret. or. 2. in Assumpt.
 Commune Mundi gaudium. Germanus Constant. de ortu Virg.
 Claritudo veris. Bonaventura in Pf. min.
 Commertium cœli, & terræ. Chrysológus f. 140.
 Complementum Trinitatis. Hesychius or. 2.
 Concha cœlitus concipiens unionem Christum. Damascenus f. 1. de Nat. Virg.
 Concha Gedeonis rorida. Bonaventura suprâ.
 Consolatio infirmorum. Ephrem suprâ.
 Consolatio nostra. Damascenus hymno assumpt.
 Conciliatrix universi orbis. Ephrem suprâ.
 Congregatrix errantium. Bonaventura hymno de Virg.
 Congregatio omnium gratiarum. Id. in spec. c. 7.
 Continentiæ exemplar. Justinianus f. de Nat. Virg.
 Contritio pravitate hæreticæ. Bernardus f. de aqueductu.
 Conventus virtutum. Damascenus or. 1. de Nat.
 Corona Regis pretiosa. Epiphanius suprâ.
 Corona virginitatis. Cyrillus hom. 6.
 Corona Sanctorum omnium. Ephrem suprâ.
 Corona habens lapidem pretiosum Christum. Epiphanius.
 Correctio Evæ. Damianus suprâ.
 Crates tornatilis non indigens poculis. Ambrosius de inilit. Virg. c. 14.
 Crater sapientiæ, qui non potest exinaniri. Cretenis or. 2. assumpt.
 Creatura citra ullam labem. Proclus hom. de Nat. in Concilio Ephesino.
 Crux, quæ in ulnis Domini portasti Epiphanius suprâ.
 Cubile expers vitiorum. Nyssen⁹ hō. 18. in Cant.
 Cubiculum ortus Christi purum. Chrysol. supr.
 Cypressus in monte Sion. Eccl. 24. Bonav. supr.
 Cypressus se attollens. Justinianus suprâ.
 Curatio vulnerum immedicabilium. Germanus Constant. suprâ.
 Currus Dei decem millibus multiplex. Cretenis suprâ.
 Custos in vineis. Cant. 1. Rupertus ibid.
 Corona anni benignitatis Domini. Bonavent. in spec. c. 14. **D.**
Dapifera deliciarum. Bonaventura in Pfalt. min. quinq. 3.
 Dea habita. Nazianzenus in Christo patiente.
 Decora sicut Jerusalem. Cant. 6. Rupertus ibid. & Bruno Carthuf.
 Declaratrix profundorum divinæ incomprehensibilitatis. Cretenis or. 2. assumpt.
 Decus hominum. Justinus de Nat. V.
 Decus omnium honorificentissimum. Damascenus de dormit. Virg.
 Decus Patriarcharum. Andreas Hieros. in salut. Ang.
 Dei genitrix sanctissima. Athanas. or. de annüt.
 Deipara immaculata. Id. ibid.
 Delectatio terrigenarum omnium. Ephrem or. ad Virg.
 Delicis spiritualibus affluens. Bernard. f. 4. Afsu.
 Desertum speciosum. Id. in spec. c. 18.
 Desiderabilis cunctis. Ignatius ep. ad Joan.
 Desiderata gentibus. Bernardus f. 174.
 Desiderium collium æternorum. Idiota.
 Dilectissima omnium dilectorum. Rupertus l. 3. in Cant.
 Dies festæ. Bonavent. in Pf. min. suprâ.
 Diversorium peccatorum. Ephrem suprâ.
 Directio dubitationis nostræ. Germanus Const. in encomio Virg.
 Disciplina omnium. Ambrosius 2. de Virg.
 Discipula totius Trinitatis. Hier. f. 1. de Virg.
 Diadema regni Christi. Andreas Cret. 2. de Assumpt.
 Divina cum hominibus reconciliatio. Andreas Hieros. suprâ.
 Divinum, ac vivificum Mundi simulacrum. Damascenus or. 1. de Nat.
 Doctrix doctorum. Idiota contemp. c. 30.
 Domicilium cœli præstantius. Bernardus in Salve.
 Domicilium cœli, & terræ. Andreas Hieros. suprâ.
 Domicilium verbum Dei decens. Damascenus l. 4. fidei c. 15.
 Domicilium virtutis. Thaumaturgus f. 2. de annüt.
 Domina inculpatissima. Sophronius or. de ex-cell. ang.
 Domina Angelorum. Ex officio Ecclesiastico.
 Domina rerum omnium conditarum. Damascenus l. 4. de fide c. 15.
 Domi-

- Domina benignissima. Damianus f. 1. de annunt. V.
- Domina, & magistra Prophetarum. Galatinus l. 7. de arcanis Cath. &c. c. 4.
- Domina, & mater, totius Mundi. Augustinus f. 1. ad Fratres.
- Domina gloriosa Christianorum. in Lyturg.
- Domina immaculata, & Sanctissima. Ibid.
- Domina piissima. Anselmus de laud. V. c. 12.
- Domina regum. Ildephonsus f. 4. de Assumpt.
- Domina super omnes benedicta. Chrysofomus hom. de Annunt.
- Domina præpotens. Anselmus apud Bonavent. in spec. c. 3.
- Domina cælestium, terrestrium, & infernorum Ibid.
- Domina, cui orane genu curvatur. Arnoldus hom. 6.
- Dominatrix nostra sanctissima, & intemerata Basilus in Lit.
- Dominatrix unica super choros exaltata. Anselmus supra.
- Domus Dei. Methodius de hypap.
- Domus cypressina. Bonaventura supra.
- Domus gloriosa. Ambrosius l. 2. de Virg.
- Domus impleta gloria Domini. Bonaventura in spec. c. 7.
- Domus sapientia. Prov. 9. Laurentius Just. 1. de Nat. S. Hieron. l. 30. in If.
- Domus columnarum septem à Deo fabricata. Bernardus f. 9. ex parvis.
- Domus solida, quæ nunquam vacillavit. Idiota c. 4.
- Domus Spiritus S. Justinus supra.
- Donorum omnium præstantissima. Damascenus f. de Nat.
- Dulcedo nostra. Ecclesia in Salve.
- Dulcedo animarum credentium. Bernardus in Salve.
- Dux omnium. Ephrem supra.
- E.**
- E**lecta ex millibus. Bernardus f. 51. in Cant.
- Electa ex omnibus. Idem ep. ad Lugdun. Canonicos.
- Electa ut sol. Ildephonsus f. 4. Assumpt. Cant. 6.
- Electa à Deo, antequam nata. Andreas Hierof. de annunt.
- Effectrix miraculorum. Andreas Cret. de Ass. Virg.
- Equitatus Christi. Cant. 1. Rupertus, & Cyrillus, hic.
- Erogatio munerum. Bonaventura in hymno.
- Ecce spiritualis divinitatis. Epiphanius or. de laud. Virg.
- Excellentissima omnium foeminarum. Irenæus l. 3. c. 33.
- Exemplar Confessorum. Bonaventura supra.
- Exemplum perfectionis. Hieronymus, seu Sophronius f. de Assumpt.
- Exemplum humilitatis. Ibid.
- Expectatio præmiorum nostrorum. Augustinus f. 2. de Annunt.
- Exultatio mortalium. Epiphanius supra.
- Exultatio cælorum. Cyrillus hom. 6.
- Exemplum, & Salus orbis. Bonaventura in Pfalt. min. quinq. 1.
- F.**
- F**atigium omnium virginum. Ildephonsus f. 1. Ass.
- Favus distillans. Rupertus in Matth.
- Fenestra cæli crystallina. Bonaventura in Lyt. Virg.
- Finis ira. Bonaventura in Pfalt. min. quinq. 1.
- Fermentum Dei Sanctum, quò massa humani generis conspersa est. Andreas Hierof. f. annunt.
- Festivitas nostræ principum. medium, & finis. Methodius in hypp.
- Fœderis arca. Ambrosius f. 18. Damasc. de dormit. Virg.
- Fœminarum omnium sanctissima, & beatissima. Tertullian. de resurr.
- Fœmina singularis veneranda. Bernardus f. 2. Sup. miss.
- Fœmina super omnes admirabilis. Id. ibid.
- Fœmina super omnes benedicta. Augustinus f. 28. de Sanctis.
- Fiducia nostra maxima. Bernardus f. de Nat. Virg.
- Filia Jerusalem putcha, & decora. Methodius supra.
- Filia præ electa æterni Patris. Justinus de Nat. Virg.
- Filia Principis benè calceata. Rupertus in Cant. 6.
- Filia vitæ. Dionysius Alex. Ep. contra Samosat.
- Finis testamentorum Dei. Andreas Cret. 2. de Ass.
- Firmamentum dividens aquas ab aquis. Bernardus in Salve.
- Flos vitæ immaculatus. Gregorius Neo-Cæs. l. 1. de annunt.
- Flos ætatis. Bonaventura in spec. minori.
- Flos Campi. August. f. 18. de Sanctis.
- Flos Virginitatis Bonav. in spec. c. 12.
- Flos cælestis. Id. c. 10.
- Flos, & gemma mulierum. Id. in spec. min.
- Flos florum. Blosius.
- Flos ætatis. Bonaventura in spec. c. 10.
- Flos incorruptionis. Andreas Cret. supra.
- Fluentum benedictionis novæ. Damianus f. de Nat. Virg.
- Fluminum mare. Bernardus f. 1. in Salve.
- Flumen clementiæ. Bernardus in medit. Sup. Salve.
- Flumen sapientiæ. Id. tom. 6. in Lyt. Virg.
- Fluvius de loco voluptatis. Bonaventura in spec. c. 9.
- Fluvius gratiæ. Id. in Carm. Virg.
- Fluvius vitæ perennis. Andreas Cret. supra.
- Fodina lapidis Christi. Hefychius f. 2.
- Fomes pietatis. Bonaventura in spec. V.
- Fons ascendens ex divina bonitate. Id. ib.
- Fons fontis vivi. Damianus f. de Nat. V.
- Fons gratiæ, & totius consolationis. Ephrem or. de laud. V.
- Fons immortalitatis. Cretens. f. 2. Ass.
- Fons hortorum. Cant. 4. Rupertus ibid.
- Fons Humanitatis Filii Dei. Methodius in Threnis.

Fons lucis omnem hominem illuminantis. Damascenus or. 1. de Nat.

Fons perennis veri luminis. Id. ib.

Fons perennis curationum. Damascenus de dormit. V.

Fons signatus. Cant. 3. Rupertus hic.

Fons misericordiae. Bonaventura in Lytan.

Fons redolens expressam Dei imaginem. Ambrosius de B. V. c. 82.

Formosa sicut pelles Salomonis. Cant. 1. Hailgr. ibid.

Forma Dei. Augustinus f. 35. de Sanctis. Ildephonus f. 2. de Nat.

Forma Ecclesiarum Dei. Ildephonus f. 3. de assumpt.

Forma morum. Bonaventura in Psalt. min. quinq. 1.

Forceps purificationis. Methodius supra.

Fragmen mali Punici. Cant. 4. Hailgr. ib.

Fructus honoris, & honestatis. Bonaventura in spec. c. 10.

Funiculus coccineus defensionis nostrae. Jos. 2. Rupertus in c. 4.

Fulgentissima gemma mulierum. Thomas Kemp. p. 3. f. 6.

G.

Gaudium plenum post Deum. Bonaventura in te. Virg.

Gaudii pelagus inexhaustum. Damascenus de dormit. Virg.

Genitrix immensi gaudii. Andreas Hieros. f. 1. de annunt.

Genitrix gloriosa. Ildeph. f. 9. de Assumpt.

Genitrix vitae. Bernardus f. 2. de ass.

Genitrix innocentiae. Augustinus f. 17. de Nat.

Genitrix illius, qui verbo portat universa. Methodius de Hypp.

Gemmis omnibus pretiosior. Laurentius Just. de casto connub. c. 9.

Germinatrix veri fructus. Ephrem de prec. ad Virg.

Gloriosior omnibus superis exercitibus. Idem ibid.

Gloria Jerusalem. Judith. c. 15. Bonaventura in spec. c. 13.

Gloria Dei. Damianus. serm. de Nat. V.

Gloria, & corona iustorum. Bernardus tom. 2. f. 51.

Gloria virginitatis. Jacobus in Lyturg.

Gloria Prophetarum. Ephrem de laud. Virg.

Gloria beatorum Dionysius ep. ad Paulum.

Gloria in solitudine degentium. Ephrem supra.

Gloria, & laetitia Sacerdotum. Ephrem. de laud. V.

Glorificatio SSS. Trinitatis. Cyrillus hom. 6.

Gloria nostrorum parentum. Jacobus in Lyturg.

Granum tritici mystici. Ambros. de insit. Virg. c. 14.

Gratia plena. Luc. 1.

Gratiosa, & amabilis oculis omnium. Bernardus f. 2. in sol.

Gravida sine gravamine. Bernardus de verb. Apoc.

Germen David iustum. Bonaventura in Psalt. min. quinq. 1.

H.

Habitaculum pulchrum divinae demissionis. Cretens. or. 2. de ess.

Habitaculum omnis virtutis. Damascenus. 4. fid. c. 15.

Habitaculum, de quo Deus respicit super omnem terram. Pf. 32. Hugo hic.

Harmonia omni delectabilior. Laurent. Just. de casto con. c. 9.

Hera nostra sanctissima. Athanasius f. de Deipara.

Helther liberans populum Dei. Bonaventura in carm. supra.

Hymnus Angelorum. Ephrem de laud. Virg. tom. 3.

Hymnus degentium in solitudine. Id. ib.

Honorificentia populi nostri. Judith. 15. Bonaventura in spec. c. 13.

Honor, ac decus Martyrum. Ephrem or. de laud. Maria.

Honor, & festivitas Virginitum. Bonaventura hymno te Virg.

Honestatis rivulus. Justinus supra.

Hortus omnibus virtutum odoramentis confusus. Hieronymus ep. ad Pam.

Hortus plantationum. Id. ib.

Hortus non seminatus. Hefychius f. 2. de Virg.

Hortus conclusus. Cant. 4. Ildephonus f. 1. de Ass.

Hortus aeterni Patris Chrysippus or. ad Virg.

Hospitium Dei. Ambrosius f. 2. de insit. V.

Humilitatis totius forma. Justinus supra.

Humanæ salutis prævia. Chrysologus f. 146.

Hymnodia Angelorum. Ephrem supra.

I.

Janua virginea, ac divina. Damascenus or. 1. de Nat.

Janua Regis alti. Ecclesia in hymno.

Janua coeli. Ildephonus f. 1. & 4. de Ass.

Janua salutis. Anselmus de prec. ad Virg.

Janua Filii Dei. Augustinus f. 18. de temp.

Idea vitæ moralis. Idioa Contemp. c. 4. & 8.

Ignis effulgens. Bonaventura tom. 6. f. de Virg.

Illuminatrix cordium. Bonaventura in Lytan. Virg.

Imago integra, & illæsa. Christi. Sinaita l. 6. contemp. in Gen.

Imago expressissima veri solis. Bonaventura in spec. c. 10.

Imago virginitatis. Ambrosius l. 2. de Virg.

Imago recte descripta divini archetypi. Cretensis supra.

Imperatrix Angelorum. Damian. f. de Joan. B.

Imperatrix coeli, & terræ. Anselmus de laud. Virg. c. 4.

Ineffabili luce perlucens. Damianus f. de annunt.

Incensum coeli, & terræ. Epiphanius or. de Virg.

Ineffabile consilium curationis humanæ. Cretens. or. 1. de Ass.

Initium viarum Dei. Prov. 8. juxta Septuaginta.

Inventrix gratiæ. Bernardus f. de Apoc.

Individa Christi comes. Arnoldus f. de annunt.

Infirmorum solatium. Ephrem, or. ad Virg.

Innixa

Innixa super dilectum suum. Bernardus supra.
 Insigne felicitatis æternæ. Dionysius ep. ad Paulum.
 Interemprix omnium hæresum. Justinus f. de Annunt.
 Integra ab omni labe peccati. Ildephonfus de V. Maria.
 Integritas omnium virtutum. Id. f. 2. de Ass.
 Introitus vitæ. Id. f. 4. Ass.
 Juvenca nunquam jugum experta. Epiphanius supra.
 Indelinens læticia nostra. Methodius de Hypp.

L.

Lampas luculentissima. Alcuinus f. de Nat. V.
 Lampas inextinguibilis. Cyrillus hom. 6. Damascenus or. de dorm. V.
 Lampas dulcissima nostræ animæ. Catharin. Senen. ex ferm. de ann.
 Lampas lucidissima orbis. Epiphanius de laud. V.
 Lana mundissima. Alcuinus 3. de Trinit. c. 14.
 Lana divinitate purpurata. Id. ib.
 Lana solò æternò Imperatore dignissima. Id. ib.
 Læticia angelorum. Cyrillus hom. 6.
 Læticia Israel. Judith. 15. Bonaventura in spec. c. 15.
 Læticia Sanctorum. Ephrem.
 Læna gloriosa. Epiphanius contra hæres. 3.
 Læna, cui partus secundus non contingit. Epiphanius supra.
 Laudatissimum Dei tabernaculum. Dionysius Alex. contra Paulum Samos.
 Lectulus Salomonis. Cant. 3. Rupertus hic.
 Lectulus floridus Dei. Bonaventura in spec. c. 10.
 Levamen molestiarum unicum. Damascenus de dormit. V.
 Libanus non incensus. Methodius de Hypp.
 Liber obsequatus. Gregorius Nicom. de obitu Virg.
 Liber verè unicus Verbi. Cretens. f. 2. de Ass.
 Libertas jucunda. Ephrem de laud. V.
 Lignum vitæ. Damascenus supra. Bernardus. f. 2. de Adv.
 Lignum plantatum secus decursus aquarum. Damascenus ib.
 Lignum Libani, ex quo sibi Salomon ferculum præparavit. Cant. 4. Rupert. hic.
 Liliū inter spinas. Cant. 2.
 Liliū immaculatum. Epiphanius supra.
 Liliū candens. Bonaventura in spec. c. 10.
 Liliū Angelorum. Epiphanius supra.
 Liliū convallium. Cant. 4. Rupertus hic.
 Locus possessionis Dei. Methodius supra.
 Locus voluptatis, de quo fluvius egreditur irrigans paradisum. Rupertus l. 4. in Cant.
 Lucerna Domini. Idiota contemp. c. 10.
 Lucerna pedibus nostris. Pl. 118. Epiphanius hic. supra.
 Lucerna in extincti luminis. Cyrillus hom. 6. contra Nestor.
 Lucerna oris expertis, quæ à se jugiter ardet. Hezychius or. 2. de Virg.
 Lucerna Christi præparata. Pl. 131. Epiph. supra.
 Lucerna luminosa. Cretens. hom. 2. de Ass.
 Lucerna Ecclesiæ. Bonaventura in spec. Mariæ.
 Lucifer rutilans. Ephrem supra.

Lumen totius orbis. Id. ib.
 Lumen cœcorum. Bernardus f. 2. in Salve.
 Lumen inextinguibile. Cyrillus hom. 6. supra.
 Lux Astorum. Bonaventura in Psal. min. quinq. 2.
 Lux gentium. Ildephonfus f. 9. Ass.
 Lux carens fuligine culpa. Bonaventura in Carta. supra.
 Luna plena, quæ nunquam deficit. Sinaital. 6. contemp.
 Locus habitationis gloriæ Dei. Germanus Constant.

M.

Magistra Apostolorum. S. Brigitta in ferm. Ang.
 Magistra Evangelistarum. Augustinus.
 Magistra gentium. Augustinus f. 6. de temp.
 Magistra nostræ religionis. Ignatius. ep. ad Joan.
 Magistra religionis, ac fidei. Rupertus l. 3. in Cant.
 Magnificencia super cœlos exaltata. Pl. 8. Bernardus p. 6. 16.
 Magnificum divinæ gloriæ templum. Andreas Hierof. f. in Annunt.
 Magnificum gratiarum tabernaculum. Cretens. f. de dormit.
 Magnes attrahens dura corda hominum. Brigitta Revel. l. 3. c. 32.
 Major cœlo, orbe latior, fortior terrâ. Chrysofostomus. f. 140.
 Mammilla parvulorum. Bonaventura in Lyt. V.
 Mansio cœlestis Imperatoris. Ildephonfus f. 2. de Virg.
 Manna cœlitus veniens. S. Maximus in Ram. Palm.
 Manna depluens cibum melle dulciorem. Id. ib.
 Margarita cœlestis. Methodius de Hyppap.
 Margarita pretiosa. Justinus de casto conn.
 Mare spirituale habens gemmam cœlestem Christum. Epiphanius de laud. V.
 Mare demonem submergens. Bonav. prim.
 Mare, in quod intrant omnia flumina gratiarum. Bonaventura in Spec. c. 3.
 Martyr fortissima. Hieronymus f. de Ass.
 Martha excipiens Christum. Luc. 22. Bernardus f. 2.
 Mater Regis regum. Damascenus l. 2. de Nat.
 Mater amabilis. Bonaventura supra.
 Mater honorificata. Eccl. 24. Ildephonf. f. 1. Ass.
 Mater Creatoris. Bernardus f. de Apoc.
 Mater Redemptoris. Augustinus f. 25. de Sanctis.
 Mater Conditoris. Bonaventura supra.
 Mater & sponsa Christi. Gerson tr. in Magnif.
 Mater sinè virò. Cretens. hom. 2. Ass.
 Mater, & Virg. Ambrosius f. 32.
 Mater solis justitiæ. Bonaventura supra.
 Mater communem cum Deo habens filium. Anselmus de Conc. V. c. 18.
 Mater admirabilis. Isidorus in Miss.
 Mater incorrupta. Origenes supra.
 Mater Verbi Dei. Damascenus or. de dormit. V.
 Mater immaculata. Id. ib.
 Mater sola talis filii dignissima. Emiffenus hom. ad Virg.
 Mater lucis æternæ. Epiphanius supra.
 Mater vitæ. Cretens. supra.

Mater

- Mater omnium credentium. Ambrosius apud Bonay. in spec. c. 10.
 Mater viventium. Augustinus f. 2. de Ass. Epiphanius contra haret. l. 3. c. 2.
 Mater & domina rerum omnium. Anselmus f. de Virg.
 Mater gentium. Augustinus f. 37. de Sanctis.
 Mater orphanorum. Bonaventura in Lytan. Virg.
 Mater nova. Guarricus f. 1. de Nat. V.
 Mater misericordiae Ecclesia, & Anselmus de ex-cell. V. c. 12.
 Mater amabilis. Bonaventura in speculo. c. 10.
 Mater sanctae spei. Id. ib.
 Mater benignissima, & misericors. Bern. supra.
 Mater gratiae. Concilium Basileense
 Mediatrix caeli, & terra. Epiphanius supra.
 Medium Mundi, & quod omnia respiciunt. Bernardus f. 2. de Pent.
 Medicamentum omnium cordis dolorum. Damascenus de dormit. V.
 Mensa propositiois. Damascenus or. 1. de Nat.
 Mensa fidei intellectualis. Epiphanius supra de laud. V.
 Mensa virginea optimis quibusque cibis abundans. Id. ib.
 Ministra propitiationis. Bernardus f. de Apoc.
 Miraculum omnium miraculorum maximum. Damascenus supra.
 Miraculum stupendum. Epiphanius supra.
 Miraculum magnum. Ignatius ep. ad Joan.
 Miraculorum medicina. Damascenus supra.
 Monile inexplicabile. Epiphanius or. de laud.
 Mons exuperans omnem montem. Damascenus supra.
 Mons clarissimus. Id.
 Mons umbrosus. Cretenus f. 2. Ass.
 Mons, in quo beneplacitum est Deo habitare. Id. ib.
 Mons Sanctus. Bonaventura in spec. c. 12.
 Mons myrrhae. Rupertus 7. de div. off. c. 28.
 Mons Domini in vertice montium. If. 2. Gregorius M. in 1. Reg.
 Mons, de quo abscissus est lapis sine manibus. Dan. 2. Cretenus or. 2. Ass.
 Mons sublimis. Greg. f. 1. in c. 1. Reg.
 Mons coagulatus, & pinguis. Damascenus supra.
 Mons obumbrans. Abac. 3. Andreas Hierof. de Annunt.
 Mons Ephraim. Gregorius M. in 1. Reg.
 Mortis destructio. Bonaventura supra.
 Mulier per quam venimus ad Christum. Idiota c. 7.
 Mulier plena Deo. Hieronymus f. in Ass.
 Mulier conterens caput serpentis. Rupertus in c. 3. Gen.
 Mulier amicta sole. Bernardus de verbis Apoc.
 Mulier gestans lucem in ulnis. Epiph. supra.
 Mulier, in quam venit tota gratiae plenitudo. Ildephonus f. 2. de Ass. fidei.
 Mulier, quae nec primam, nec sequentem habet similem. Blesensis in instr.
 Mulier conterens Sathanam. Idiota c. 4.
 Mundi medicina. Bonaventura in Carm.
 Munimentum iustitiae. Thaumaturgus f. 2. de Ann.
 Mysterium caeli, & terra. Epiphanius supra.
 Myrrha maris. Id. ib.
 Melodia dulcis, & sonora. Bonav. in Lytan. V.
 Munus omnium donorum Dei praestantissimum. Damascenus f. 1. de Nat.
 Munus Dei charissimum. ibid.
N
 Nardus odoris suavissimi. Bernardus f. 4. Ass.
 Navis mercibus referta. Hefychius or. 2. de Virg.
 Navis infultoris de longe portans panem. Prov. 31.
 Naufragantium portus. Bonav. in hymno te V.
 Navita Mundi. Id. ib.
 Nectar dulcissimum. Laurentius Justinianus de casto conn. c. 9.
 Negotium saeculorum. Bernardus f. 2. Pent.
 Nidus Christi passeris solitarii. Idiota c. 4. contemp.
 Nive candidior. Sophronius ep. de Ass.
 Norma rectae fidei. Cyrill. hom. 6. contra Nestor.
 Norma castitatis. Bonaventura in Psalt. quinq. 3.
 Novum, quod fecit Dominus super terram. Bernardus de Verb. Apoc. c. 32.
 Novae gloriae ara. Andreas Hierof. f. 2. Ass.
 Nubecula de mari exorta. 3. Reg. 18. Joan. Hier. de instr. Monarchi.
 Nubes pluvialis. Hefychius supra.
 Nubes levis, in quam Dominus ascendit. If. 19.
 Epiphanius or. de laud. Virg.
 Nubes dei splendidissima. Hieronymus in Ps. 77.
 Nubes, in qua gloria Domini apparuit. Ex. 33. Joan. Hier. ib.
 Nubes columnae similis. Epiphanius supra.
 Nubes coelestem imbrem demittens, quo terra irrigatur. Epiphanius supra.
 Nubes tonitruum fortis. Methodius de Hyp.
 Nubes lucidissima emittens lucidissimum fulgur Christum. Methodius supra.
 Nubes tota sole vestita. Bern. f. de Verb. Apoc.
 Nutrix coelestis panis. Hieronymus de Ass. V.
 Nutrix Dei. Anselmus de precat. ad Virg.
 Nutrix officiosissima Christi. Guilielmus in Cant. 1.
 Nutrix omnia nutriendis. Hieron. f. de Ass.
 Nympha Dei. Theophanes hymno de Ann.
O
 Obses fidei Dei. Augustinus f. 6. de Nat. V.
 Obses fidei nostrae apud Deum. Augustinus in Gen. c. 23.
 Obsequium devotionis. Ambrosius f. 2. de V.
 Oblivamentum omnium terrigenarum. Ephrem or. de Nat.
 Odor agri pleni. Hilarius in Ps. 13.
 Officina Verbi Dei. Damascenus de dormit. V.
 Officina divinitatis, & Humanitatis Filii Dei. Damascenus.
 Oleum effusum. Bernardus f. de verb. Apoc.
 Oliva speciosa in campis. Ildephonus 1. de Ass.
 Oleum pullulans. Bonaventura supra.
 Oliva in domo Dei fructifera. Damascenus supra.
 Oliva impingua Spiritu S. Ildorus 4. fid. c. 15.
 Ollaregalis spei nostra. Ambrosius in Justit. V.
 Omnibus exorabilis, & clementissima. Bernardus f. de Verb. Apoc.
 Omnibus modis irreprehensa. Jacobus in Lit.
 Opiculatrix periclitantium. Ephrem, supra.
 Opulentissima in omnibus bonis Dei. Bonaventura in spec. c. 8.
 Opes nostrae munitatis. Germanus Constant. in Encom. Virg.
 Opus

- Opus digitorum Dei grande nimis. Bonaventura in Psalt. min. quinq. 1.
- Opus Excelli. Eccl. 42. Bonaventura supra c. 7.
- Opus solum Incarnationis Filii Dei. Ildephon-
sus l. de Virg. c. 2.
- Opus specialissimum divini opificis. Idiota c. 4.
contempl.
- Oraculum Prophetarum. Bonav. in spec. c. 2.
- Organum lætitiæ. Andreas Hierof. in Ave Maria.
- Origo fontium. Bernardus f. 5. in Salve Reg.
- Ornamentum præclarum nostræ naturæ. He-
fychius or. 2.
- Ornamentum cœlestis hierarchiæ. Ephrem supra.
- Ornamentum mulierum. Damasus supra.
- Ortus solis nulli ferens occasum. Chrysip. or. 2.
- Orphanorum susceptio. Ephrem supra.
- Oriens solis intelligibilis. Thaumaturgus hom.
de Ann.
- Oris immaculata, quæ peperit ovem Christum.
Epiphanius or. de laud. Virg.
- P.**
- P**alatium animatum Regis Angelorum. An-
reas Hierof. or. 2. Chrysoft. or. de Annunt. B. V.
- Palma florens. Bonaventura in spec. c. 2.
- Palma in Cades. Eccl. 24.
- Palmes vitis veræ. Bonaventura in Psalt. min.
quinq. 1.
- Paradisus deliciarum. Ephrem. orat. de laud. V.
- Paradisus Dei. Bernardus de precat. ad Virg.
- Paradisus virginalis. Dionysius Alex. ep. contra
Paulum.
- Paradisus voluptatis. Bonaventura in spec. c. 2.
- Paradisus spiritualis secundi Adami. Jacobus in
Liturg.
- Paradisus immortalitatis. Hefychius or. 2. de V.
- Paradisus, ex quo egreditur fluvius Christus.
Andreas Hierof. supra.
- Paradisus cœlestis, ex quo omnia gratiarum
germina Rupertus.
- Paradisii scala. Iulianus f. de Ann.
- Pavor spiritualibus nequitis. Id. de casto con. c. 9.
- Pax Mundi. Emphrem supra.
- Patrona omnium Christianorum. Idiota de con-
templ. Mar. c. 4.
- Pelagus gratiarum. Damasceus or. 1. de Nat. V.
- Pelagus gaudii inexhaustum. Damasceus or.
de dormit. Virg.
- Petra deserti, unde Agnus missus Damasceus. ib.
- Pincerna cœlestis curiæ. Bonaventura in Lytan,
supra.
- Pia consolatio miserorum. Id. ib.
- Pia fundens solatia. Id. ib.
- Pignus Annæ dulcissimum. Damasceus.
- Planta cœlestis. Bernardus f. 2. de Adv.
- Planta virginitatis feracissima. Damasceus or.
1. de Nat.
- Plantatio rosa in Jericho. Eccl. 24. Hieronymus
ep. 11.
- Platanus juxta aquas exaltata. Eccl. 24.
- Plena, & superplena gratiæ. Bonaventura in spec.
c. 7.
- Plena Deo, plena virtutibus. Id. ib.
- Plenitudo omnis bonæ. Bernardus de Nat. V.
- Pons, per quem Deus ad homines descendit. Pro-
clus in Conc. Ephes. tom. 6.
- Polyant h. Sacr. Tom. II.*
- Pan egyptis salutatis reconciliationis. Id. ib.
- Pessulus pudoris infractus. Augustinus f. 17. de
Nat.
- Potentia debilitatis nostræ. Germanus Constant. in
Encom. Virg.
- Pinguedo omnis sacrificii. Methodius or. de Hyp.
- Porta libertatis. Bonav. in Psalt. min. quinq. 1.
- Porta cœlorum. Ephrem supra.
- Porta sublata super cœlos cœlorum. Id. ib.
- Porta orientalis clausa. Eccl. 44. Hefychius or. 2.
- Porta intacta Creatoris. Sedulius l. 2.
- Porta clausa, per quam Dominus solus exivit.
Ex. 42. Andreas Cret. or. 2. All.
- Porta lucis fulgida. Ecclesia in hymno.
- Portus vitæ. Anselmus de prec. ad Virg.
- Portus peccatorum tranquillans. Damasceus
or. 1. de Nat.
- Poatus vexatorum. Ephrem supra.
- Portus naufraganti. Iulianus de cast. conn. c. 9.
- Potentissima apud Deum. Bonav. in spec. c. 8.
- Portus, qui non potest labefactari. Elias Cret. f.
2. de dormit. Virg.
- Pratum totius fragrantia Spiritus S. Chryssippus
or. ad Virg.
- Præconium verissimum oraculorum Dei. An-
dreas Hierof. supra.
- Prædium patens. Ephrem supra.
- Præfigurata mysticis oraculis Bernardus de Verb.
Apoc.
- Primitiæ nostræ massæ. Damasceus or. 3. de Nat.
- Præses vitæ nostræ. Sedulius supra.
- Principium vitæ. Damasceus de dormit. Virg.
- Promissio Patriarcharum. Bonavent. in hymn.
Te Deum laud.
- Promotrix iustorum.
- Propugnaculum munitissimum in bello versan-
tibus. Ignatius M.
- Propugnaculum fidei Christianorum. Andreas
Cret. de dorm. Virg.
- Promptuarium divinæ charitatis. Chrysofom,
supra, Methodius or. de Hyp.
- Propitiatorium commune. Andreas Cret. f. 2.
de Ass.
- Propitiatorium universa terræ. Bernardus f. 1. de
Ass.
- Prodigium cœleste. Ignatius ep. ad Joan.
- Prophetissa Sancta. Ildephonus f. 2. de Ass.
- Prophetissa Prophetarum. Rupertus 1. in Cant.
- Princeps, & domina, singulariter dilecta. Id. 6.
in Cant.
- Princeps omnium prudentissima, ac sagacissima.
Ephrem supra.
- Princeps regum, & regnorum. Bonaventura in
Psalt. min.
- Præmium præmiorum. Germanus Constant. in
Encomio Virg.
- Propugnatrix confidentium in te. Ephrem supra.
- Proxima Deo præ omnibus. Bonav. f. 1. de V.
- Pulcherrima inter mulieres. Cant. 1. Rupertus hic.
- Purpura regia, quæ cœli, terræque, regem vesti-
vit. Epiphanius de laud. Virg.
- Purpura à Deo contexta. Cretensis or. 2. de Ass.
- Puteus aquarum viventium. Cant. 4. Ildephon-
sus f. 4. de Ass.
- Pulchritudo Martyrum. Ephrem supra.
- Pulchritudo iustitiæ. Bonaventura in spec.
c. 14.

Q.

Quies Dei gloriosa. Hefychius f. 2. de Virg.
Quies tuta hominum. Bonaventura in
Carm. per lit. A. B. C. &c.

R.

Rachel pulcherrima. Bernardus f. 2. in Missus.
Radius divinitatis. Id. in Salve Reg.
Radix speciosissimi floris. Methodius orat. Hyp.
Radix bonorum omnium. Chrysippus de Deip.
Radix Mundi. Bonav. in Psal. min. quinq. 1.
Radix gaudii. Nyssenus or. 5. de retrurr.
Radix Sancta Ecclesia in hymno.
Raptrix cordium. Bernardus in Salve Reg.
Redemptrix captivorum. Epiphanius supra.
Redemptrix humani generis. Ephrem. or. ad V.
Refugium, & hospitium nostrum. Ephrem sup.
Refugium tutum Christianorum. Bonaventu-
ra in spec. c. 2.
Regina stans à dextris Dei. Cretensis supra.
Regina immaculata. S. Marcus in Liturg.
Regina varietate circumdata. Pf. 44. Ildephon-
sus f. 1. de Ass.
Regina clemens. Bernardus f. 4. de Ass.
Regina misericordiae. Bernardus tom. 3. f. 51.
Regina Sanctorum. Anselmus de excell. V. c. 8.
Regina Virginum. Bernardus ep. 174.
Regina caelorum. Ecclesia in hymno.
Regina Angelorum. Bernardus f. 1. Ass.
Regina cui Deus famulatur. Bernardus tom. 1.
f. 61. Art. 13.
Regina, ejus est potestas in caelo, & in ter-
ra. Damascenus f. de Nat.
Receptaculum Spiritus S. Nyssenus or. de Natali.
Reclinatorium aureum. Damasc. S. de Annun.
Regenatrix nostra. Athanasius f. de Deip.
Reparatrix generis humani Augustinus de fide
ad Petrum.
Reparatrix perditis orbis. Ildephonfus f. 1. Ass.
Reparatrix parentum nostrorum. Bernardus f.
3. in Miss.
Reparatrix vitae Id. f. 2.
Requies SSS. Trinitatis. Bonaventura in spec.
Virg.
Requies gemituum nostrorum. Germanus de
vita Virg. apud hipom.
Renovatrix universi. Andreas Hierof. de An-
nun.
Restauratio foeminarum. Fulgentius or. de Virg.
Resurrectio Adam. Ephrem supra.
Referamentum portarum paradisi caelestis. Id.
ib.
Ros divinus ardoris nostri. Germanus Const. in
Encom. Virg.
Rosa veris speciosa. Bonav. in Lyt. Virg.
Rosa salutifera. Bernardus f. de B. V.
Rosa posita in transitu aquae. Eccl. 49.
Rosa Martyrum. Bonav. in spec. c. 2.
Rosa ex spinis Judaeorum. Damasc. or. 1. de Nat.
Rosa mollis sine spinis. Sedulius c. 2.
Rosa in Jericho. Eccl. 24.
Restauratio calamitatum nostrarum. Germanus
Const. supra.
Rubus ardens incombustus. Ex. 3. Nyssenus de
vita Moyf.

S.

Sacer Davidis Surculus. Chrysippus or. ad
Virg.
Sacerdos pariter, & altare, panis vitae. Epi-
phanius or. de laud. Virg.
Sacrarium Spiritus S. Ildephonfus f. 2. Ass.
Sacrarium totius Divinitatis. Damianus f. 3. de
Nat. V.
Sacrarium Sanctimoniae. Justinus de Nat. V.
Salus firma Christianorum omnium. Ephrem,
de laud. V.
Salus desperantium. Justinus de casto conn. c. 9.
Sancta Sanctorum. Bernardus in Salve.
Sanctior Seraphim, & Cherubim. Ephrem supra.
Sanctissima omnium foeminarum. Ildephonfus
f. 1. de Ass.
Sanctissimum Verbi tabernaculum. Cretensis
f. 2. de Ass.
Sancto spiritu obumbrata. Luc. 1.
Sanctuarium DEI manifestum. Theophanes
hymno de Annunt.
Scabellum Dei. Bonaventura supra.
Scala Jacob. Germanus Const. or. in Nat. V.
Scala peccatorum. S. Bernardus de Nat. B. V.
Scala Jacob, in qua Deus quiescit. Damascenus
de dormit. V.
Scala caelestis Dei ad nos. Augustinus f. 11.
de Nat. Domini.
Scala hominum ad Deum. Id. ib.
Scopus ante saecula excogitatus. Cret. supra.
Secretum verecundiae. Damascenus supra.
Sedes ejus, qui nullò loco capitur. Id. or. de
dorm. V.
Sedes Christi luminosa. Bonav. in spec. c. 2.
Sedes Spiritus S. Hieronymus contra Helvidium.
Seraphim in comprehensae visionis Epiph supra
Sigillum virginitatis. Alanus in 1. Cant.
Signaculum fidei nostrae. Ildephonfus f. 1. de Ass.
Signum magnum apparens in caelo. Apoc. 12.
Bernardus hic.
Simulacrum puritatis, & integritatis. Thau-
maturgus f. 1. de Ass.
Sion Sancta Nicomediensis or. de oblat. Deip.
Sol oriens Mundo. Bernard. tom. 1. Cant. f. 51.
Sol adorans Joseph. Cyrill. 4. in Joan. c. 28.
Sol, in quo posuit Deus tabernaculum suum,
Pf. 18. Hieronymus hic.
Sole splendidior. Epiphanius supra.
Sole amicta. Bernardus supra.
Sole tota perfusa. Richard. Vict. c. 6. in Cant.
Solamen dulce converforum. Ephrem supra.
Solatium peregrinationis nostrae. Laurentius
Justin. de Nat. V.
Solatium Mundi. Ephrem supra.
Solatium miserorum. Bonaventura in hymno
de Virg.
Solatium omnium supernorum civium. Id. ib.
Solum DEI excelsum, & elevatum. Ber-
nardinus tom. 3. f. 1.
Solum Dei in misericordia preparatum. Pf. 16.
Bonaventura in spec. c. 6.
Solum gloriae Dei. Jerem. 14. Ildephonfus f.
7. de Annunt. V.
Solum regium, cui assistunt Angeli. Damasc-
enus or. 1. de dorm.

Solutio

- Solutio vinculorum nostrorum, Germanus
Const. in Encom. V.
- Solitudo Dei. Ildephonfus c. 7. de Virg.
- Soror nostra. Athanasius ep. contra hæret.
- Soror, & Sponsa Christi. Bernardus tom. 1. f. 51.
- Specimen gemmæ pretiosissimæ. Chrysipp. or. de Virg.
- Speculum intellectuale contemplationis. Andreas Hierof. or. 2.
- Speculum, & species totius castitatis. Ildephonfus f. 2. de als.
- Speculum sine maculâ. Sap. 7. Athanasius supra.
- Speculum Confessorum. Bonaventura in spec. c. 2.
- Spectaculum sacratissimum. Ignatius ep. ad Joan.
- Spes nostra. Ecclesia in Salve.
- Spes Christianorum sanctissima. Ephrem de laud. V.
- Splendor firmamenti. Bernardus f. de verb. Apoc.
- Stella radiosissima. Bonaventura in Pf. 4.
- Stella purissima. Id. ib.
- Stella maris. Bernardus hom. 2. super Mis.
- Stella vitæ. Hesy chius f. 2. de Virg.
- Stella matutina in medio nebula. Eccl. 50. Bonaventura in spec. c. 7.
- Statua à Deo sculpta. Cretensis f. 2. als.
- Stupor Angelorum omnium. Epiphanius supra.
- Stupendus Ecclesiæ thesaurus. Id. ib.
- Splendor Crucis. Epiphanius supra.
- Schema clarum David. Bonaventura in Pf. min. quinq. 2.
- Splendor Moysis, gloria Aaron. Ephrem supra.
- Summa oraculorum divinatorum. Cretensis supra.
- Sulamitis verè libera. Rupertus l. 6. in Cant.
- Stabilimentum monachorum. Ephrem supra.
- T.**
- T**abernaculum fœderis. Ex. 21. Justinus de casto conn. c. 9.
- Tabernaculum Dei vivum; & rationale. Damascenus or. 1. de Nat. V.
- Tabernaculum gloriæ Dei. Ildephonfus f. 9. als.
- Tabernaculum Dei inter nos positum. Apoc. 14. Andreas Hierof. or. de dormit. V.
- Tabernaculum habens Sancta Sanctorum. Arnoldus de laud. Virg.
- Tabula scriptam legem ferens. Ephrem. de laud. V.
- Tela purissima, ex qua Salvatori tunica confecta est. Proclus in Conc. Ephes. c. 6.
- Tellus, ex qua novus Adam formatus est. Andreas Hierof. f. 2. als.
- Templum Dei vivi. Epiphanius or. de laud. V.
- Templum sanctificatum. Id. ib.
- Templum Salomonis. Damascenus supra.
- Templum majus cælo. Hesy chius or. 2.
- Templum divinum. Cretensis hom. 2. als.
- Templum cœleste. Ildephonfus f. 9. als.
- Templum ornatissimum divinæ gloriæ. Andreas Hierof.
- Templum insolubile. Cyrill. hom. 6.
- Templum misericordiæ Dei. Augustinus f. 2. in als.
- Templum unicū Factoris sui. Ildephonfus c. 20. de B. V.
- Templum honorabile. Origenes hom. 1. in Matth.
- Terebinthus extendens ramos gratiæ. Eccl. 24. Bonaventura in spec.
- Thalamus Regis Christi. Epiphanius supra.
- Thalamus, in quo verbum carnem sibi desponsavit. Proclus supra.
- Thalamus ornatissimus Dei. Leo Imp. de dor. V.
- Thalamus Spiritus S. Damascenus supra.
- Thalamus sanctimonie. Cyprianus f. de Nat.
- Thalamus fragrans virginitatis odore. Justinus supra.
- Terra Dei benedicta. Arnobius in Pf. 84.
- Terra nova. Tertullianus de carne Christi c. 17.
- Terra, de qua bella penitus ablata sunt. Pf. 48. Richardus l. 1. de Emman. c. 29.
- Terra habens omnia. Gen. 27.
- Terra verè desiderabilis. Pf. 77. Cretensis supra.
- Terra illuminata à gloria Dei. Apoc. 18.
- Terra virginea nunquam maledicta. Andreas Ap. apud Abdjam c. 4.
- Terra germinans Salvatorem. Il. 45. Ildephonfus supra c. 3.
- Terra Sacerdotalis, & immunis. Bonaventura sup. Gen. 47.
- Terra ferens aromata. Cretensis supra.
- Terra, de qua veritas orta est. Augustinus in Pf. 48. Bernardus f. de aquæductu.
- Terra promissionis. Augustinus ib.
- Terra dans fructum suum. Pf. 85. Ildephonfus supra.
- Terror malignorum spirituum. Bonaventura in Sym. Te Vi.
- Terribilis ut castrorum acies ordinata. Cant. 6.
- Theca novi unguenti divini. Cretensis supra.
- Thesaurus Domini. Idiota de contem. Mar. in Prologo.
- Thesaurus totius Sanctitatis. Cretensis supra.
- Thesaurus desponsationis arcanus. Epiphanius supra.
- Thesaurus divinarum gratiarum. Damianus f. de Nat. V.
- Thesaurus absconditus ante sæcula mysterii. Cretensis supra.
- Thesaurus cœlestis. Origenes hom. 1. in Matth.
- Thesaurus locupletans. Hesy chius or. 2.
- Thesaurus vitæ immarcescibilis. Andreas Hierof. supra.
- Thesauraria Domini. Idiota supra.
- Thronus gratiæ Dei. Hebr. 4. Bonaventura supra c. 4.
- Thronus Cherubicus. Epiphanius supra.
- Thronus Saphyrinus super firmamentum. Ezech. 1. Bernardinus tom. 1. f. 51.
- Thronus Dei in columna nubis. Eccl. 24. Hugo ib.
- Thronus, de quo procedunt fulgura, & voces. Apoc. 4. Bernardus f. de Virg.
- Titulus nobilissimus nostræ libertatis. Ildephonfus c. 12. de V. M.
- Trames aquæ immensa. Eccl. 24. Bonavent. sup.
- Triclinium nobile SSS. Trinitatis. Bonaventura in hymno de Virg. 13 The-

- Thorus nuptialis Christi. Augustinus f. 17. de Nat.
 Tuba clarissima præcognitionis arcana. Andreas Hierof. sup. Miss.
 Thuribulum aureum. Gregorius Nicomed.
 Turris Davidica, de qua omnis armatura fortium. Cant. 4. Rupertus hic.
 Turris eburnea. Damianus f. 1. de Nat. V.
 Turris spei nostræ. Bernardus de Nat. Mar.
 Tutur munda. Helychius or. 2.
 Turtur callissima. Epiphanius l. 3. contra hæres.
 Thus redolens in diebus æstatis. Eccl. 49. Bonaventura supra.
 Typus Ecclesie Sanctæ. Augustinus f. 10. de temp.
- V.
- V**allis benedictionis abundans aquis. 2. Paral. 20. Bonaventura in spec. c. 5.
 Vallum Fidelium. Ephrem or. de laud. V.
 Vas immensissimum continens immensum. Bonaventura in spec. c. 15.
 Vas electionis. Cyprianus de Nat. Chr.
 Vas auri ornatum omni lapide pretioso. Bernardus in Salve.
 Vas aureum, cæleste continens manna. Damascenus or. 1. de Nat. V.
 Vas pretiosum virtutum. Cretensis Nicomed. de oblat. Virg.
 Vas Dei electum. Ephrem supra.
 Vas admirabile. Ecclesiast. 43. Bonaventura supra c. 3.
 Vas purissimum. Prov. 25. Bonaventura ib.
 Vas unguenti pretiosi. Id. in Pfalt. min.
 Vaticinium Prophetarum. Hieronymus in Michea 6.
 Vehiculum ad Deum nostrarum animarum. Bernardus f. de Nat. Mar.
 Vellus mundissimum, ex quo Pastor ovem induit. Proclus in Conc. Eph.
 Vellus Gedeonis. Judic. 6. Epiphanius supra.
 Methodius or. in hyp.
 Vellus roris incomprehensibilis. Methodius ib.
 Vellus, in quod pluvia descendit. Pf. 71. Theodoretus hic.
 Venustas humanæ naturæ. Damascenus or. 1. de Nat.
 Vena vitæ munda. Prov. 15. Bonaventura in spec. c. 15.
 Vena benedicta. ib.
 Vena misericordiæ in hym. Te Virg.
 Venia peccatorum. Bernardus f. 1. in Salve.
 Veritas Prophetarum. Bonaventura supra.
 Vestimentum Dei impollutum. Methodius supra.
 Vestimentum nuditatis nostræ. Germanus Const. de Præsent. B. V.
 Vexillifera Regis nostri. Prov. 8. juxta Hebr.
 Via regia Salvatoris. Bernardus f. 2. de Adv.
 Via errantibus. Justinus de casto conn. c. 9.
 Virga Dei. Damianus f. de annunt.
 Virga gracilis, & pulchra. Rupertus l. 11. de victoria verbi.
 Virga de radice Jesse. Il. 11. Hieronymus hic.
 Virga vigilans. Jer. 2. Bernardus tom. 1.
- Virga Moysis. Bernardus f. 3. sup. Miss.
 Virga sublimis. Id. f. 2. de adv.
 Virga Aaronis florida. Cretensis sup. Miss. Chrysofostomus in Gen.
 Virga germinans florem Christum. Ambrosius l. 2. de Spiritu S. c. 5.
 Virga virtutis Dei. Pf. 109. Bonaventura in spec. c. 3.
 Virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris. Cant. 3. Emissenus hom. de Nat.
 Virga simplex, atque purissima. Hieronymus in Os. 3.
 Virga expertis omnis nedositatis. Damascenus f. de annunt.
 Virgo lucifera. Ephrem supra.
 Virgo carne, & mente. Bernardus f. 3. in Miss.
 Virgo incemerata. Damascenus de ann. V.
 Virgo à sæculo electa, & Deo præparata. Bernardus supra.
 Virgo Deiformis. Dionysius ep. ad Paulum.
 Virgo, quam sibi totam rapuit Spiritus Sanctus. Damascenus f. de ann. V.
 Virgo prudens. Bernardus supra.
 Virgo veneranda. Nazianzenus in Christo patiente.
 Virgo clemens, & pia. Ecclesia in Salve.
 Virgo dulcissima. Bonaventura in speculo c. 1.
 Virgo de cuius plenitudine omnes accipimus. Bernardus f. de Nat.
 Virgo ineffabilis. Rupertus.
 Virgo inclita. Ildephonsus f. 1. de als.
 Virgo fidelis. Rupertus l. 3. c. 14. in lib. Reg.
 Virgo incorrupta. Ambrosius in Pf. 18.
 Virgo felix. Bernardus de prec. ad Virg.
 Virgo Regia Leo f. de Nat. Bernardus f. 2. de adv.
 Virgo sine mensura perfusa gratiæ. Damascenus f. de Joan. B.
 Virgo, cui nihil deficit. Idiota contempl. c. 4.
 Virgo mirabilis. Chrysofostomus tom. 4. in Matth.
 Virgo prius sancta, quam mater. Justinus, de annunt.
 Virgo multocula. Epiphanius de laud. V.
 Virginitas signifera. Bonaventura in Lit. Virg.
 Virginitatis corona. Cyrillus Alexandr.
 Virginitatis primiceria. Chrysofostomus supra.
 Visio magna in terris. Ex. 3. Andreas Cretens. supra.
 Vita omnium viventium. Id. ib.
 Vita nostra, & dulcedo. Ecclesia in Salve.
 Vita causa felicissima. Cretensis supra.
 Vivificatrix posterorum. Bernardus f. 3. in Miss.
 Vitis spondens generosa. Bonaventura in Lyt. Virg.
 Vitis veritatis felicissima. Epiphanius supra.
 Vitis semper virens. Thaumaturgus f. 1. in annunc.
 Vitis minimè vindemiata. Epiphanius supra.
 Vitis germinans uvam maturam Christum. Id. ib.

Vitis lactificans glorificans te Thaumaturg. sup.
Umbraculum Dei Bonaventura supra.
Umbraculum Spiritus Sancti. Methodius or. de
hyp.

Volumen Novi Testamenti à Deo scriptum.
Cretenis or. 2. als.
Volumen, in quo Dei verbum sine manibus
scriptum. Id. ib.

TITULUS VIII. S. MARTINUS.

Sedi pallium meum, evelli capillos ca-
pitis mei, & barbe. & sedi marens.
I. Esdræ. 9. 3. Miles pallium dedit ad lite-
teram. Monachus capillos evulsit, id est, tem-
poralia reliquit, quæ per capillos designan. ur.
Episcopus marens sedit: quia ad Episcopum

pertinet peccata subditorum flere. S. Thomas
Aqu. in festo S. Martini.

Magnus erat Martinus animò, etsi exiguus
corpore: qui celestium amore succensus jugi
cogitatione ferebatur in Deum. S. Laurentius
Just. in eodem festo.

TITULUS IX. MARTYRES.

§. I. Figuræ Symbola Ex Veteri.

Vade, utrum tunica filii tui sit. Gen.
37. 32. Quæ sunt vestimenta nostri Jo-
seph, Christi, nisi S. Martyres? de quibus
II. 63. 2. quàm rubicunda sunt vestimenta tua!
S. Prosper de promissionib. p. 1. c. 27.

Tenuerunt sinistris manibus lampades,
& dextris sonantes tubas. Judic. 7. 20. In
tubis clamor prædicationis, in lampadibus
claritas miraculorum, in lagenis designata est
fragilitas corporum. S. Ruperus de oper. Spir.
S. I. 6. c. 15. ait de præliis Martyrum figuratis
in prælio Gedeonis.

Calix tuus inebrians quàm præclarus est!
Ps. 22. 5. Hoc calice inebriati erant Martyres,
quando ad passionem euntes suos non agnosce-
bant. Quid tam ebrium, quàm non videre u-
xorem flentem, non filios, non parentes? S.
Augustinus hic.

Estatem, & ver, tu plasmasti ea. Ps. 73.
17. Per hæc tempora significat Fideles diversâ
morum qualitate pollentes. Alii enim sunt
tanquam ætas fidei calore ferventes ad marty-
rium usque perducti: alii mansuetudine tempe-
rati tanquam ver æquabili Domino devotione
famulantes. Cassiodorus hic.

Calicem salutaris accipiam. Ps. 115. 13.
Pulcherrimè ac breviter, definita est Martyrum,
mors, calix salutaris. Calix, quia sub mensu-
ra bibitur; salutaris, quia in æternam salutem
Domino præstante propinatur. Cassiodorus hic.

Sophia jugulavit filios suos. Prov. 9. 2. Vul-
gata: Sapientia immolavit victimas. O bo-
nam matrem! opto & ipse in filios ejus redigi,
ut ab ea occidat, opto occidi, ut filius fiam.
Tertullianus lib. cui tit. Scorpiacus contra Gno-
sticos.

Ascensum purpureum. Cant. 3. 10. id est,
fella purpurea, ait Justus Orgel. est ingens, &
quasi innumera multitudo Martyrum. Corne-
lius hic.

Dentes tui sicut greges tonsarum. Cant. 4.
2. Dentes Ecclesiæ Martyres sunt; quibus in

ejus corpus omnis Gentilium populus, veluti
cibus quidam, manus, & trajectus est. S. Thom.
Vill. conc. de multis Martyr.

Sicut fragmen mali Punici Cant. 4. 3. V.
Beda: ostendit colorem Puniceum in genis
Ecclesiæ; cum prima, & eminentiora ejus mem-
bra, id est, Martyres sancti, sanguinem fundunt
pro Christo.

Messui myrrham cum aromatibus. Cant.
5. 1. Metit myrrham cum aromatibus, quando
Martyres suos cum cæteris electis, ubi ad matu-
ritatem quique donata sibi perfectionis perve-
nerint, quasi quâdam falce mortis ab hac vita
præcidit, atque ad interna supernæ beatitudi-
nis gaudia perducit. V. Beda l. 4. c. 5. hic.

Genæ vides sicut areola aromatum. Cant.
5. 13. Genæ sunt Martyres, qui sanguinem
suum pro fide Christi fundentes, quasi genæ in
facie sponsi rubent. Richardus à S. Vict. c. 38. hic.

Egrediamur in agrum. Cant. 7. 11. in a-
gro Christiani, in vineis Ecclesiæ, in floribus fi-
des, in fructibus virtutes, in malis Punicis Mar-
tyrium designatur. S. Isidorus hic.

Et quasi holocausti hostiam accepit illos.
Sap. 3. 6. id est, sicut holocaustum, quod to-
tum Deo incenditur, Deo acceptum est; ita
passio Martyrum, igne tribulationum exterius
combustorum; & igne charitatis, & fidei, inter-
ius accensa, accepta est in conspectu Domini
pretiosa. Hugo Card. hic.

Veri exercitus in coccineis Nahum. 2. 3.
q. d. milites Chaldaeorum erunt nobiles, ideoq;
vestiuntur chlamydibus coccineis: cocceus enim
erat nobilitas, imò regum, vestis; ut dixi Thr.
4. 5. De Cyri exercitu Xenophon l. 6. Pædiæ
Cyri: universus exercitus aere fulgurabat, Pu-
niceo que florebat ornatu. Causam dat noster
Martinus à Roa l. 1. singul. c. 2. ut scilicet san-
guis, si quis ex vulnere esset impressus, absorbe-
retur à cocco; tum illi confidentius, & sine pa-
vore, pugnarent. Cornelius hic. Coccinei mi-
lites Christi, sunt Martyres, qui sanguine suo
purpurantur: qua de causa Cardinales purpurâ
vestiuntur; ut ostendant, se paratos pro Christo,
& Ecclesiæ, sanguinem fundere. Id. ib.

Ex

R.

TITULUS I. RATIO.

§. I.

*Figure, & Symbola.**Ex Veteri.*

Per Adam rationem, per Evam intellige affectionem, sive sensualitatem. Ad rationem cognitio, ad affectionem pertinet dilectio. Prius Adam formatus est, quam Eva: quia præcedit veri cognitio; sequitur iusti dilectio. S. Bonaventura in Pf. 121.

Lumen vultus tui. Pf. 4. 7. *posuit oculos ipsorum super corda illorum.* Vultus Dei dicitur ratio: quia, sicut per vultum homo homini assimilatur, & homo cognoscit hominem: ita per rationem similes sumus Deo, & Deum cognoscimus. Vel: vultus Dei dicitur ratio; & lumen huius vultus est gratia. Quia, sicut moneta est informis, donec imago regis ei imprimatur: ita ratio nostra deformis est, donec per gratiam Dei illustretur. Ratio enim est imago creatoris; sed gratia Dei est imago recreationis. Hugo Card. hic.

Completa est iniquitas tua Sion. Thren. 4. 22. Per Sion, quæ interpretatur specula, vel speculatio, rectè notatur ratio: quæ, dum ad consensum inclinatur, iniquitas consummatur. S. Bonaventura in Pf. 118.

Ex Novo.

Lucerna corporis tui est oculus tuus. Matth. 6. 22. Dominus ad interiorem oculum transfert sensum; & intendit, per internum oculum, naturalem rationem scientiæ præditam. Hæc enim pars animi est velut lucerna in homine. Integram huius mentis rectitudinem, ac scientiæ, appellat simplicitatem, dicendo: *si fuerit simplex*: ut intelligamus, omnem abusum, omnemque malitiam, spectare ad admixtionem alicujus contrarii. Nam tam naturale lumen, quam adjunctum per virtutes intellectuales, suâ simplicitate tendunt ad bonum. Et, si conformiter ad eorum simplicitatem uteremur eis, non nisi rectè uteremur illis, non nisi lumen essent. Cajetanus in Luc 11. 34.

Lucerne ardenes. Luc. 12. 35. Theophylactus: adsit vobis lux rationis, & discretionis; ut dignoscatis, quid, & quomodo agendum sit.

Da mihi portionem substantiæ. Luc. 15. 12. Quæ est ista portio? quæ est habitus, ratio &c. quæ hominem præ cæteris animantibus in terrena habitatione contingunt. S. Chrysol. l. 5. Rationalis, ad quam subsequitur liberum arbitrium, substantia est hominis. Dat nobis Dominus rationem; ut eâ liberè, tanquam nostrâ substantiâ, utamur. Theophylactus hic.

Lux in tenebris lucet. Joan. 1. 5. Scilicet discretio rationis lucet in tenebris; id est, in con-

scientia illorum, qui malè agentes tenebræ facti sunt. S. Rupertus hic.

Voca virum tuum. Joan. 4. 16. Quare, dum mulier petit aquam, præcipitur ei vocare virum suum? S. August. tr. 15. in Joan. ad sensum moralem recurrit; quem sequitur Eusebius Emis. hom. de Samarit. Beda, Albertus M. S. Thom. Bonav. per virum intelligunt intellectum, per quem dirigi debet; ut intelligas, quæ dico spiritualiter, & non sentias carnaliter. Sylveira hic.

Erat quidam regulus. Joan. 4. 46. In sensu morali Sim. Cass. l. 5. c. 18. ait: quod regulus intellectus est rationalis; qui regere debet amorem, tanquam filium imperitum, & ab eo removere noxia; procurare utilia. Sensualitas fœminæ comparatur, ratio verò viro, per quam sensualitas regi debet. S. Thom. Aqu. in I. Cor. 11.

§. II.

Usus bonus sequela rationis.

Nec adipem, nec sanguinem, omnino comedatis. Levit. 3. 17. Omnis ratio, & intellectus animi, quem sanguis significat, sunt Deo consecranda: anima enim in Sanguine est. Quia in ratione, & intellectu, vita animæ consistit; sicut vita corporis in sanguine. Hugo Card. hic.

Eccc magi. Matth. 2. 1. Quare magi non appellantur reges? quia testimonium de Christo Domino à Sapientibus, in quibus ratio prævalet, illustrius erat, quàm à regibus; in quibus voluntas regitur, & potentia. Et gloriofius erat, quod Christo subigeretur ratio, quæ in sapientibus prædominatur, quàm quoddam potentia, quæ in regibus eminet. Sylveira hic q. 2.

Qui autem unum (talentum) acceperat. Matth. 25. 18. Committum est homini rationis talentum: quod si benè expenderit, ipse remunerabitur; si autem in terram defoderit, auferetur ab eo, & ipse punietur. Rupertus c. 21, in Gen.

Erat autem homo ex Phariseis. Joan. 3. 1. Cur Nicodemus vocatur homo? Rupertus l. 3. in Joan. hic homo, non tam pro naturâ, quàm pro ratione, dici æstimandus est: siquidem & illi, quibus Iesus non credebatur semetipsum, omnes quidem naturâ homines erant; sed quia non rationabiliter quærebant ea, quæ nesciebant, quodammodo homines non erant.

Esto imitator Dei. Quomodo imitator? nunquid potes facere terram, aut mare? non utique: sed ut omnia per verbum facias, nihil sine verbo: omnia cum ratione, nihil sine ratione. S. Ambros. l. 22.

Philosophiam definiunt studium rectæ rationis. Non est amplius particeps rationis, qui peccat præter rationem. Clemens Alex. l. 1. pædag. c. 13.

Qudd

Vitis lactificans glorificans te Thaumaturg. sup.
Umbraculum Dei Bonaventura supra.
Umbraculum Spiritus Sancti. Methodius or. de
hyp.

Volumen Novi Testamenti à Deo scriptum.
Cretenis or. 2. als.
Volumen, in quo Dei verbum sine manibus
scriptum. Id. ib.

TITULUS VIII. S. MARTINUS.

Sedi pallium meum, evelli capillos ca-
pitis mei, & barbe. & sedi marens.
I. Esdræ. 9. 3. Miles pallium dedit ad lite-
teram. Monachus capillos evulsit, id est, tem-
poralia reliquit, quæ per capillos designan. ur.
Episcopus marens sedit: quia ad Episcopum

pertinet peccata subditorum flere. S. Thomas
Aqu. in festo S. Martini.

Magnus erat Martinus animò, etsi exiguus
corpore: qui celestium amore succensus jugi
cogitatione ferebatur in Deum. S. Laurentius
Just. in eodem festo.

TITULUS IX. MARTYRES.

§. I. Figuræ Symbola Ex Veteri.

Vade, utrum tunica filii tui sit. Gen.
37. 32. Quæ sunt vestimenta nostri Jo-
seph, Christi, nisi S. Martyres? de quibus
II. 63. 2. quàm rubicunda sunt vestimenta tua!
S. Prosper de promissionib. p. 1. c. 27.

Tenuerunt sinistris manibus lampades,
& dextris sonantes tubas. Judic. 7. 20. In
tubis clamor prædicationis, in lampadibus
claritas miraculorum, in lagenis designata est
fragilitas corporum. S. Ruperus de oper. Spir.
S. I. 6. c. 15. ait de præliis Martyrum figuratis
in prælio Gedeonis.

Calix tuus inebrians quàm præclarus est!
Ps. 22. 5. Hoc calice inebriati erant Martyres,
quando ad passionem euntes suos non agnosce-
bant. Quid tam ebrium, quàm non videre u-
xorem flentem, non filios, non parentes? S.
Augustinus hic.

Estatem, & ver, tu plasmasti ea. Ps. 73.
17. Per hæc tempora significat Fideles diversâ
morum qualitate pollentes. Alii enim sunt
tanquam ætas fidei calore ferventes ad marty-
rium usque perducti: alii mansuetudine tempe-
rati tanquam ver æquabili Domino devotione
famulantes. Cassiodorus hic.

Calicem salutaris accipiam. Ps. 115. 13.
Pulcherrimè ac breviter, definita est Martyrum,
mors, calix salutaris. Calix, quia sub mensu-
ra bibitur; salutaris, quia in æternam salutem
Domino præstante propinatur. Cassiodorus hic.

Sophia jugulavit filios suos. Prov. 9. 2. Vul-
gata: Sapientia immolavit victimas. O bo-
nam matrem! opto & ipse in filios ejus redigi,
ut ab ea occidat, opto occidi, ut filius siam.
Tertullianus lib. cui tit. Scorpiacus contra Gno-
sticos.

Ascensum purpureum. Cant. 3. 10. id est,
sella purpurea, ait Justus Orgel. est ingens, &
quasi innumera multitudo Martyrum. Corne-
lius hic.

Dentes tui sicut greges tonsarum. Cant. 4.
2. Dentes Ecclesiæ Martyres sunt; quibus in

ejus corpus omnis Gentilium populus, veluti
cibus quidam, manus, & trajectus est. S. Thom.
Vill. conc. de multis Martyr.

Sicut fragmen mali Punici Cant. 4. 3. V.
Beda: ostendit colorem Puniceum in genis
Ecclesiæ; cum prima, & eminentiora ejus mem-
bra, id est, Martyres sancti, sanguinem fundunt
pro Christo.

Messui myrrham cum aromatibus. Cant.
5. 1. Metit myrrham cum aromatibus, quando
Martyres suos cum cæteris electis, ubi ad matu-
ritatem quique donata sibi perfectionis perve-
nerint, quasi quâdam falce mortis ab hac vita
præcidit, atque ad interna supernæ beatitudi-
nis gaudia perducit. V. Beda l. 4. c. 5. hic.

Genæ vides sicut areola aromatum. Cant.
5. 13. Genæ sunt Martyres, qui sanguinem
suum pro fide Christi fundentes, quasi genæ in
facie sponsi rubent. Richardus à S. Vict. c. 38. hic.

Egrediamur in agrum. Cant. 7. 11. in a-
gro Christiani, in vineis Ecclesiæ, in floribus fi-
des, in fructibus virtutes, in malis Punicis Mar-
tyrium designatur. S. Isidorus hic.

Et quasi holocausti hostiam accepit illos.
Sap. 3. 6. id est, sicut holocaustum, quod to-
tum Deo incenditur, Deo acceptum est; ita
passio Martyrum, igne tribulationum exterius
combustorum; & igne charitatis, & fidei, inter-
ius accensa, accepta est in conspectu Domini
pretiosa. Hugo Card. hic.

Veri exercitus in coccineis Nahum. 2. 3.
q. d. milites Chaldaeorum erunt nobiles, ideoq;
vestiuntur chlamydibus coccineis: coccus enim
erat nobilium, imò regum, vestis; ut dixi Thr.
4. 5. De Cyri exercitu Xenophon l. 6. Pædiæ
Cyri: universus exercitus aere fulgurabat, Pu-
niceo que florebat ornatu. Causam dat noster
Martinus à Roa l. 1. singul. c. 2. ut scilicet san-
guis, si quis ex vulnere esset impressus, absorbe-
retur à cocco; tum illi confidentius, & sine pa-
vore, pugnarent. Cornelius hic. Coccinei mi-
lites Christi, sunt Martyres, qui sanguine suo
purpurantur: qua de causa Cardinales purpurâ
vestiuntur; ut ostendant, se paratos pro Christo,
& Ecclesiæ, sanguinem fundere. Id. ib.

Ex

Ex Novo, Patribus, & aliis.

Aurum. Matth. 2. 11. Offerunt Doctores, Sapientiam: *ibis* Martyres, & Confessores: *myrrham* penitentes peccatores. Eusebius *laminis*. in Epiph. D.

Plurima turba straverunt vestimenta &c. Matth. 21. 8. Corpora humana dicuntur vestes animæ; quas plurima *turba* scilicet SS. Martyrum straverunt in via, morientes pro fide Christi. S. Vincentius Ferr. l. 3. in Palm.

Equus rufus. Apoc. 6. 4. aut effusi sanguinis symbolum est; aut inflammatum illorum affectum significat, qui mortem pro Christo operierunt. S. Andreas Cesar. l. 5. c. 14.

Vos de vinea Domini pingues racemi, & jam maturis fructibus botri, pressuræ secularis infestatione calcati, corcular vestrum carcere torquente sentitis. Vini vice sanguinem funditis, ad passionis tolerantiam fortes, martyrii poculum libenter hauritis. In carne adhuc licet vobis positus vita jam vivitur, non presentis sæculi, sed futuri. Ratio præceserat: ubi non nisi Dei præcepta, & Christi præmia, cogitantur, voluntas est illic tantum Dei. S. Cyprianus ep. 16.

Mundus vindemiarum ubertate lætatur; nos Sanctorum passione gaudemus: quæ quidem passio vindemiis comparanda est. Sicut enim vararum expressione vinum funditur; ita & Sanctorum martyrii vice vitæ, sanguis effunditur nisi quod uva temporales fructus præbet, passio sempiternos. S. Ambrosius l. 73. de Nat. SS. Petri, & Pauli.

Pulchrum quidem, & integrum corpus fuerat (Jobi) multo verò venerabilius factum est ab illis vulnerebus infectum. Quoniam & laniata pulchra quidem, & antequam inficiantur: postquam verò purpurea facta fuerint, ineffabilem capiunt pulchritudinem, multumque decorem. Chrysof. hom. 5. ad pop. Antioch.

Purpura Lem: *Ex nece triumphus*. Picinelli. Laurus ramis ad signa triumphalia cæsa. Lem: *Cæsa triumphat*.

§. II.

Martyres comparantur rosis.

Quasi rosa plantata super rivus aquarum. Eccl. 39. 17. *aquarum*, id est, lacrymarum, vel advenitatum. *Rosæ* sunt Martyres; quorum pulchritudinem in amore, & sanctitate, imitari debemus. S. Bonavent. l. 3. D. 7. Pent.

Aliter olet flos uvæ; quia magna est virtus, & opinio, Prædicatorum; qui inebriant mentes audientium. Aliter flos olivæ: quia suave est opus misericordiæ; quia more olei refovet, & lucet. Aliter flos rosæ: quia mira est fragrantia, quæ rutilat, & redolet, ex cruore Martyrum. S. Gregor. in Ezech. l. 1. hom. 6.

O beatam Ecclesiam nostram! quam sic honor divinæ dignationis illuminat; quam temporibus nostris gloriosus Martyrum sanguis illustrat. Erat antè in operibus fratrum candida; nunc facta est in Martyrum cruore purpurea. Floribus ejus nec lilia, nec rosæ defunt. S. Cyprianus ep. 9.

Salvete flores Martyrum, quos lucis ipso in limine Christi in securor sustulit; cœu turbo nascentes rosas. Prudentius.

Euchenius in formis allegor. ait: rosas esse Martyrii Hieroglyphicum; Martyresque coronari rosis, ob ruborem sanguinis pro Christo effusi.

§. III.

Martyrum variae laudes.

Vade popule meus, intra in cubicula tua. II. 26. 20. q. d. Ite o Martyres, ad sepulchra; modicum ibi dormite, donec puniam impios. Cornelius hic.

Dico autem vobis amicis meis? &c. Luc. 12. 4. Servos suos dignatur vocare amicos tunc, cum ad martyrium eos accendit: ut intelligamus, presentis vitæ mala, tormenta, mortemque, parari amicis ejus; & talia esse amicitie ejus pignora. Cajetanus hic. Martyres dicuntur consanguinei Christi, quia sanguinem Christi miscuerunt cum sanguine suo. S. Vincent. Ferr. l. 2. D. 20. Pent.

Vidi sub altare &c. Apoc. 6. 9. Alluditur hic ad antiquum, & communem, Ecclesiæ ritum: quæ ex sanctione Felicis Papæ I. mandat, corpora Martyrum sepeliri sub altari; ut docent S. August. l. 11. de Sanct. Anselmus, Richardus &c. Quia Martyres immolati Deo instar holocausti, ut sepulchra eorum orantibus ad altare continuum essent excitamentum devotio-nis, virtutis, fortitudinis. Hinc Sacerdos accedens ad altare, & osculans dicit: oramus te Domine per merita Sanctorum tuorum, quorum reliquæ hic sunt. Sylveira hic. Convenienter, & quasi pro quodam consortio, ibi Martyribus sepultura decreta est; ubi mors Domini quotidie celebratur. Scilicet, ut qui propter mortem ejus fuerant mortui, sub Sacramento ejus mysterio requiescant. S. August. l. 73. in append. de diversis.

Stata est via prius spinosa, & pedibus Apostolorum contrita, facta lenior secururis. Quasi semine sanguinis impleta est Martyribus terra; & de illo semine seges surrexit Ecclesiæ. S. August. l. 39. de diversis.

Triumphus Dei est passio Martyrum, pro Christi nomine cruoris effusio, & inter tormenta lætitia. S. Hieronymus ep. 150.

Non ita siderum exornatum choro cœlum illustre est, ac splendido vulnere choro Martyrum corpora exornantur. S. Chrysof. Laudat. OO. SS. Martyrum.

Martyres, & Angeli, nomen tantum distincti sunt, factis autem junguntur. S. Chrysof. tom. 6. Laudatio omn. Sanctorum Martyrum.

Non minuit persecutionibus Ecclesia, sed augetur; & semper Dominicus ager segete ditiori vestitur. S. Leo l. 1. in Nat. SS. Petri & Pauli.

Cur plerique Martyres gladio Deus obtruncari voluit? Respondet Oleaster in c. 40. Gen. Martyres suos Deus voluit pro majori parte decollari: quia ea mors nobilium esse solet.

§. IV.

Martyrum fortitudo, generositas.

Fasciculus myrrhe &c. Cant. 1. 12. Sponsa Regem suum sponsam in accubitu suo videns,

id est, in Incarnatione, Passione, crucifixione, & morte, quam pro sponsa sponte obivit; rapta in admirationem tanti amoris exclamat: *fasciculus myrrhæ* &c. q. d. ego myrrhæ, id est, amore hujus sponsi mei, qui tam amara ultrò pro me subiit, semper recordabor: illi grata ero, illum amabo; pro illo vicissim amara qualibet subire non detrectabo; sed optabo, & ambiam. Unde communis hæc Martyrum fuit vox, sensus, & spiritus: ego amore Christi, pro me tanta passi, & crucifixi, crucem, mortem, feras, ignes, equuleos, & quævis tormenta, subire desidero; ut dolorem dolori, amorem amori, non ex æquo, sed quoad possum, rependam. Cornelius hic.

Inebriamini charissimi. Cant. 5. 1. Philo Carpachius intelligit SS. Martyres; qui ita Dei gratia erant fortes, & constantes in martyrio, ac si essent impassibiles. Cornelius in Act. 21. q. 14.

Martyres hujus fidei testes fuerunt; huic fidei testimonium perhibentes, mundum inimicissimum, & crudelissimum, pertulerunt; sumque non repugnando, sed moriendo vicierunt. S. Augustinus de Civ. l. 22. c. 9.

Terrentur licet Martyres; rident: feriuntur; & gaudent: occiduntur; & ecce triumphant. Quare? quia morte charitatis intus in corde jam dudum mortui peccatis, mortui Mundo, tanquam insensibiles facti; nec minas, nec tormenta, nec mortem, sentire potuerunt. Quid mirum? mortui erant. S. Bernardus tr. de Pass. D. sup. illud ego sum vitis c. 3.

Ipse, quando Platonicâ doctrinâ delectabar; sum audirem Christianos calumniis appeti; nec mortem horrentes, nec aliud quidquam careris terribile; cogitabam esse impossibile, tales vitis servire, ac voluptatibus. S. Justinus M. Apolog. pro Christianis ad Senatam Romanum.

Abel idem Martyr, quia justus: idem justus, quia patiens; à quo pati Martyres didicerunt. S. Zeno l. de pat.

Triplex corona legitur in Scriptura: una aurea, altera stallea, tertia lapidea. Prima datur Virginibus, secunda Prædicantibus, tertia Martyribus. Aurum enim, quia incorruptibile, significat incorruptionem, seu carnis integritatem: stella deviantium est directiva: lapis, propter suam soliditatem, significat patientiæ firmitatem. S. Bonaventura l. 2. de S. Bartholomæo.

Marcus, & Marcellianus, fratres Romani, ad stipitem alligati, pedes clavis confixi, à Fabiano Duce diis facere iussi: nunquam, aiebant, tam jucundè epulati sumus, quam hæc hilariter D. Jesu causâ perferimus; cujus amore jam fixi esse cœpimus. Drexelius Tob. p. 1. c. 12. §. 1.

Senex 72. annorum, Simon nomine, in Japonica persecutione, iussus à Præsule, aut negare Christum; aut in pyram incensam, & cum mulum ingentem ardentium anthracum, se immergere. Prius illud recusans, spoliare se, abjicere vestes, & nudus penitus, in ignes insilire iussus est: quos inter medios constitit immobilis; ac si alienum corpus torreretur. Septies

Polyauth. Sacr. Tom. II.

præterea, aut octies, se circumegit; ut melius ureretur; &, prout tyrannus imperabat, illò se vertebat. Nierembergus hist. natur. l. g. c. 29.

Puerum Christianum arbori alligatum facibus adurebant. Cum ejus constantia superaret omnem severitatem; vasculum bene ignitum obtulerunt puero, ut manibus sustentaret, hæc pacto, ut, si excideret, aut ipse abjiceret, idem foret, ac Christum detestari. Accepit illud puer, & audis sustinuit manibus, donec penitus frigeret, absque ullò motu, aut doloris significatione. Idem tyrannus imperavit aliis duobus Christianis, adjectâ hæc conditione: accepturum se quemlibet motum in signum detestati Christi: at illi immoti perdurarunt duas horas, partim tostati, partim adullis ignibus. Id. ib.

§. V.

Martyrii desiderium, & aviditas.

Eamus & nos, ut moriamur cum eo. Joan. 11. 16. Ecce bonus commilito; qui ad probitatem, & socios animat; & velut ignitus carbo, alios extinctos nititur facere redivos; & à mortis pavore jam factus extraneus, alios invitat ad mortem. Dignum omnino ratus, omnes milites, si expedit, mortem subire cum duce: maxime illam modicam catervam post cœlestis Ducis mortem vitâ judicabat indignam. Propterea omnes hortatur ad mortem, si ipse mori decreverit, ac si diceret: quid eum sequi cunctamur, si vult ad bella procedere; ubi nos non antè præmittit, sed ipse primus vult habere congressum. Cur ei adhæsimus, si sequi retardamus &c. Magna fidei, & amoris, erat adhæsiō in Thoma, qui timori mortis repudiū dederat, animabatque socios timorem hujusmodi abjicere. Simon Cas. l. 5. c. 15.

Clades illi, & calamitas erat, quòd non sepe posset Martyrum pro veritate certamina imitari. S. Gregor. Nyss. or. funebri de S. Basilio fratre suo.

§. VI.

Martyrum multitudo.

Torum Mundum, Fratres, aspiciat; Martyribus plenus est. Jam pene tot, qui videamus, non sumus, quot veritatis testes habemus. Gregorius hom. 27. in Evang.

Quòd si tantus ostenditur, & probatur, Christianorum Martyrum populus; nemo difficile, vel arduum putet, se Martyrem fieri, quando videt Martyrum populum non posse numerari. S. Cyprianus Exhort. ad MM. apud Sylveira in Apoc. 7. q. 16.

Unus dies passionis Martyrum si computetur, millia hominum inveniuntur coronatorum. S. August. l. 5. de divers.

Quis cœli stellæ enumeret, ac diffusam ad maris littus arenam, tot sunt Martyres per orbem. B. Theodorus Stud. l. 10. de SS. Martyrib.

Præsidi oblatis innumeris Fidelium populi, qui sponte cervicem offerebant. Defecerunt carnificium manus, & succedentes sibi invicem fatigati

K

gaf

gati sunt; hebetata est acies gladii. Videbam fessos carnifices residere, vires resumere, mutare gladios, diem quoque non sufficere ad poenam. Nullus tamen ex omnibus, nè parvulus quidem infans, deterteri potuit à morte. Nicephorus l. 7. c. 8.

Miscellanea.

Stabant autem omnes noti ejus &c. Luc. 23. 49. Nota, quòd nullus eorum, qui juxta crucem steterunt, martyriò obiit. aded enim

vehemens fuit ille crucis gladius; ut illis fuerit pro martyrio. Stella hic.

Christus à S. Gregorio Naz. or. 18. vocatur primus Martyr. à S. Augustino f. 2. de S. Stephano, caput Martyrum.

Sunt Dei Martyres, nostri præfules, speculatores vitæ, actuumque nostrorum. S. Ambros. lib. de Viduis.

Martyria voluntaria. Vide Paupertas. Virginitas. Patientia.

TITULUS X. MATRES.

§. I.

Matrum amor in filios.

Tradiatque puerum (Agari) & dimisit eam. Gen. 21. 14. In exteras regiones proficisci Ismaëlem sinit Abraham. Proh! dura viscera patris! tenellum sic expedit. Quid si fera irruant in eum? Non timet pater filio, quem tradidit matri suæ Agar. Alvarez Illust. 13.

Dixit Esau in corde suo: venient dies luctus patris mei. Gen. 27. 42. mox: *nuntiata sunt hæc Rebecca.* Si in corde tantum locutus est Esau, quomodo Rebecca illius audivit vocem? aded vigiles sunt matres erga filios; ut vel inimicorum pectora rimentur, & occultè meditata damna prævideant, ut præsaveant. Vide plura de ejus amore in Jacob. v. 13. Id. ib.

Divisitque filios Lia, & Rachel &c. Gen. 33. 1. Familiam suam ita ordinavit Jacob, ut filii matribus adhererent. Sed cur suo lateri non jungit? Respondet Oleaster: quia matres illos melius custodirent, & pro eis fratrem deprecarentur. Maternus amor in filios primas obtinet, vigilantiorque paternò est. Id. ib.

§. II.

Machabææ & aliarum.

Contigit autem & septem fratres una cum matre sua apprehensos. 2. Machab. 7. 1. &c. Mater illa gravius in suppliciis filiorum puniebatur, quam si ipsa pateretur: & major erat passio in visceribus matris, quam in corporibus filiorum. S. Chrysof. hom. de Nativitate septem Machabæor. Videre erat ignem triplicem: quem ille tyrannus accendebat; quem excitabat natura; quem Spiritus S. inflammabat. Non ita illi jacentes in igne urebantur, atque hæc ob amorem liberorum urebatur. Sed ob pietatem vincebat; & natura cum gratia pugnabat; & victoriam gratia reportabat. Religio maternum affectum superabat; & ignis ignem vincebat; spiritualis naturalem; & quem crudelitas tyranni accenderat.

S. Chrysof. tom. 6. Laudatio SS. Machabæor. Non immeritò præsumitur ista mater beatissima Ecclesiæ Sanctæ imaginem præmonstrasse; quæ filios Deo spirituales parere consuevit; nihil de carne, & sanguine, cogitantes. S. Gaudentius tr. de Machabæis.

Discurrebat latior inter confossa cadavera, quam inter cunabula chara filiorum: quia inter nis oculis totcernebat bravia, quot vulnera; quot tormenta, tot præmia; quot victimas, tot coronas. Et quid plura fratres? non est vera mater, quæ nescit filios sic amare. S. Chrysologus f. 134. de S. Felicitate M.

Et misisti manum tuam ex alto; & de hac profunda caligine eruisi animam meam; cum pro me ploraret ad te mea mater, fidelis tua, amplius, quam flent matres corporea funera. Videbat enim illa mortem meam ex fide, & spiritu, quem exte habebat; & exaudivit eam Domine. S. August. Conf. l. 3. c. 11.

Miscellanea.

Isaac non duxit uxorem vivente matre; nè uxoris dilectio dilectionem matris superaret. V. Beda in c. 2. Ex.

Si impium est, contemnere matrem; contemnere tamen propter Christum, piissimum est S. Bernardus ep. 104.

Videte fratres, nè degeneretis; nobilis est mater, quæ vos genuit; generosa sunt ubera, quibus lactati estis. Guarrius f. 2. in Natali SS. Petri & Pauli.

Juvenis quidam matrem suam truserat pede. Tactus poenitudine, contulit se ad S. Antonium de Padua, ut expiaret noxam: qui, ut in ejus anima vivaciùs imprimeret horrorem peccati, inter alia dixit: fili mi, pes ille, qui instrumenti loco tuæ servivit malitiæ, ad patrândum tantum scelus, abscissionem à reliquo corpore mereretur. Juvenis id aded cordi accepit, ut reversus ad matrem pedem illum abscederet; quem tamen per ejusdem Sancti benedictionem recepit. S. Franciscus Sales. de amore Dei l. 8. c. 12. Hoc exemplum aliàs est de S. Petro M. Ord. Prædic. in ejus vita 29. April. apud Bollandum p. 694. col. 2.

TITULUS XI. MATRIMONIUM.

§. I.

Matrimonii figura & laudes.

Solem, & Lunam, adorare me. Gen. 37. 9. S. Ambros. l. de Joseph c. 2. probat puerum Jesum adoratum à Joseph & Maria; ex illo Pf. 148. 3. *Laudate eum sol, & luna*: solis instar est Joseph, Lunæ vicem gerit Maria: sicut enim sol terram, ita pater calefacit, fovetque familiam: sicut luna lumen mutuatur à sole; sic uxor à marito dignitatem, & potestatem suam, accipit, Cornelius hic.

Sub solis, & lunæ, typo videt patrem & matrem. Amicò federe curas partiri domesticas debent conjuges. Sicut sol diurno labori invigilans lunæ committit nocturnum penum; sic publicis, & externis rebus assidens maritus, domesticas uxori dirigendas confidat. Alvarez. Illustr. 48.

Matrimonium Sacramentum, quia repræsentat Christi Incarnationem. S. Vincent. Ferr. f. r. D. oculi.

§. II.

Origo, & causa.

Evæ creatio, ac Matrimonii institutio, facta est, ante Sabbathum die sexto, puta Veneris, quò creatus est Adam. Cornelius in c. 2. Gen. Simulatque Deo non obtemperaverunt, ac terra, cinisque, facti sunt; simul cum beata illa vivendi ratione virginitatis decus amiserunt; & una cum Deo semigravit ab eis castitas virginalis. Nam quamdiu à diaboli servitute liberi fuerunt, ac Dominum suum sunt veriti; fuit penes eos virginitas: quæ majori ipsis erat ornamento, quam sit diadema regibus, aut aurea vestimenta. Postea quam verò captivi fuerunt, & regiam ipsam exierunt stolam tunc unà successit connubium; mortale hoc, & servile vestimentum. Videtur, unde nuptiæ initium habuerint? à divini præcepti contempzione, ab execrationibus, à morte: siquidem ubi mors est, ibi nuptiæ commorantur. S. Chrysostr. l. de virginitate.

Dii si sunt immortales, & æterni, quid opus est altero sexu? cum successione non egeant, qui futuri sunt semper. Nam profectò in hominibus, ceterisque animantibus, diversitas sexus, & generatio, nullam habet aliam rationem: nisi ut omnia genera viventium, quando sunt conditione mortalitatis obitura, mutuà possint successione servari. Lactantius l. 1. de falsa relig.

Quia mors, idè & nuptiæ; & quia nuptiæ, idè & mors. Ibi autem morte abolitâ quis nuptiarum usus? nuptiæ enim auxilium vitæ mortalis; & impletio ejus, quod deficit: ubi autem nihil deficit, quid opus implete? Theophylactus in c. 20. Joann.

Polyanth. Sacr. Tom. II.

Morbi corporis maximè indicant necessarium esse matrimonium. Clemens Alex. l. 2. Strom.

Matrimonio haud opus habent, qui mortales non sunt. S. Joan. Damascen. l. 2. orthodox. fid. c. 3. Vide tit. Nuptiæ. Uxor.

§. III.

*Matrimonium ærumnosum.**Ex Veteri.*

Multiplicabo ærumnas tuas. Gen. 3. 16. Cur Dominus vix prægnantibus, & nati-ventibus Matth. 24. 19. cecinit, nisi quia filiorum impedimenta testatur in illa die expeditionis incommoda futura? tunc autem ad viduas non pertinebit: ad primam Angeli tubam expedite profolient. Tertullianus l. ad uxorem c. 5. Ex his collige, quàm molestum sit conjugatis mortis periculum; quàm expedita ad moriendum vita cœlebs. Virginibus conclamatur: *ecce sponsus venit!* unde tanta illarum celeritas? *tunc surrexerunt omnes virgines.* Sanè maritata, & difficiliter prægnantes, ad vocem Domini, non ita facile, & expedite, occurrissent. Ternandus in c. 3. Gen. Sect. 36.

Olim Patriarcharum matrimonia pleraque juxta fontes, aut aquis proxima loca, conflata. Gen. 24. 13. Oeconomus Abraham ait: *ecce ego sto propè fontem aque.* Sic Jacob Gen. 29. 10. Aquæ autem significant labores, ærumnas, persecutiones. S. Hieronymus l. 1. in Jovinianum, ait: in sepulchro, cui par conjugum illatum fuerat, hoc visum epitaphium: *Hospes miraculum! hic vir, & uxor, non litigant.* Didacus Nis. in Phœn. Græc. l. 3. c. 14.

Mortua est Sara. Gen. 23. 2. Deus à morte uxoris ulterius Abraham apparuisse non legitur. Rupertus in Gen. 35. l. 6. Cur conjugato toties apparuit? Licet habuerit uxorem probam; egebat tamen crebrâ Dei visitatione; ut ferret leviùs opera matrimonii; quibus sublatis ulterius Deus ei non apparuit: ut indicaretur; eum, qui sine uxore est, etiam absque ærumnis esse. Didacus Nis. D. 2. Epiph. §. 2.

Equitatus meo assimilavi te. Cant. 1. & Religiosi equitatus Dei. Conjugati sunt velut pedites, qui pedes suorum affectuum terræ figunt, negotiis terrenis inhiant. de Ponte hic Exh. 21. §. 1.

Ex Novo.

Fugum meum suave est, & onus meum leve. Matth. 11. 30. Quòd si quæris; quomobrem antiqui duas, aut tres, habuerint uxores? discere diligenter, quòd magna tunc esset diaboli tyrannis, quam Christus ad nos profectus abolivit, multis demonibus è medio eliminatis. S. Anastasius q. 07. in Script. Lex Moscaica erat, difficilis: Act. 15. 10. *Neque patres nostri*

K 2

neg.

neq; nos, portare potuimus. Unde Christus prouidens, quanta viro foret anxietas, quanta cura, pluribus alligari uxoris; lege novâ prohibuit. q. d. non opus est, habere plures cruces; una sufficit. Paolletus D. 2. Epiph. *Due erunt molentes in unum.* Luc. 17. 34. Intelliguntur conjugati: Hugo Card. hic.

Vinum non habent. Joan. 2. 3. Est inter nuptialia gaudia vini defectus; & quando labor, & poena, non premit nuptias? *tribulationem tamen carnis habebunt huiusmodi.* 1. Cor. 7. 28. S. Paulinus ep. 39. nunquam in carnalibus affectionibus ita quiescit animus, ut cruciata careat; dum necessitudines suas aut bonas amat, cum amittendi metu; aut malas odit, cum amittendi voto in utroque miseris sustinendis semper obnoxius. Baeza t. 2. l. 11. c. 1. §. 8.

Paulus servus Jesu Christi. Rom. 1. 1. Quid ad nuptiarum, vel castitatis, præcepta commemoratio servitutis, ac libertatis, assumitur? sed nos sensum Pauli ita intelligimus: quod servum dicat eum, qui jugali conditione constrictus est; liber verò, qui sine uxore per puritatem continentiae venit ad Christum. Origenes hic l. 1.

Alligatus es uxori, noli querere solutionem. 2. Cor. 7. 27. Adolescentes audite: vincula ferrea sunt; nolite pedes mittere; nè, cum miseritis, arctius constringamini compedibus. S. August. in Pf. 149.

Ex Patribus, & aliis.

Bona vincula nuptiarum; sed tamè vincula: est vincula, tamen vincula charitatis. Bonum conjugium; sed tamen à jugo tractum; & jugo Mundi: ut viro potius cupiant placere, quam Deo. Bona etiam vulnera charitatis, & osculis præferenda. S. Ambrosius l. 3. de Virg. circa medium.

Nubes sunt, & graves nubes, quæ nuptias sint: namque à nubibus verbum nubentium tractum arbitror. Et verè graves nubes, quæ sustinent sarcinam matrimonii. S. Ambrosius Exh. ad Virg. Sunt nubes graves curarum grandinibus, irarum fulminibus, miseriarum plurimarum nimbis. Didacus Nis. Pol. coel. p. 1. l. 3. c. 2.

Nuptiæ dictæ, quod vultus suos velent: translatum nomen à nubibus, quibus tegitur cælum. Unde & nuptiæ dicuntur, quod ibi primum nubentium capita velantur. Obnubere enim cooperire est. S. Isidorus l. 9. Etym c. 8.

Nuptiæ peccatum non sunt; sed per sollicitudinem Mundi, qui nubunt, legem Dei servare vix possunt. Id. l. de offic. Eccles. c. 17.

Quando uxorem ducturus es, non solum civile jus, verum etiam Ecclesiasticum, legito. S. Chrysof. hom. quales ducendæ uxores. Quasi conjugium inire perinde sit, ac in medium litium, & contentionum, forum se dare. Somniat quis, se in crucem agi; malum omen inquit Artemidorus l. 2. c. 58. Quod il lud? viro uxorem non habenti nuptias pradicat. Didacus Nis. D. 2. Epiph.

Valerius scribens Rufino, nè uxorem ducat, ep. 44. tomo 9. Oper. S. Hieronymi. Placet, ait, delectatio; sed pungit dilectum: flos veneris rosa est; quia sub ejus purpura multi latent aculei.

S. Maximo M. cum adhuc juveni parens vellet uxorem affigere: magis, inquit, mihi libet inter feras in eremo vitam finire, quam conjugio transitorio sociari. Bollandus 2. Jan.

Novis nuptiis tædæ præferri solebant. Tullius in c. 9. Eccli. qui matrimonio conjungitur, & amori conjugali se mancipat; tanquam morti se dat. Faces igitur illæ, quæ conjuges comitantur, tædæ sunt in eorum accensa morte. Didacus Nis. vitæ abr. l. 12. c. 4.

§. IV.

Matrimonium castè ineatur.

Servavit ergo Jacob pro Rachel septem annis. Gen. 29. 20. Rachel, postquam desponsata fuit Jacob, septennio cum ea commoratus est in domo Laban patris ejus, tanta cum castimonia, ac si ille non esset homo, nec illa esset femina. Diez f. 5. D. 3. Quadr.

Deditq; illi uxorem Asenech filiam Putipharæ Sacerdotis Heliopoleos. Gen. 41. 45. Castissimus Joseph meruerat felici matrimonio ostendere; nuptiis compenari victorias, quæ ante nuptias reportantur. Stengelius t. 2. Jud. div. c. 25.

Audi me, & ostendam tibi &c. Tob. 6. 16. 17. Instruitur ab Angelo, quam castè ineundum sit matrimonium; nè per libidinem detur dæmonio potestas dominandi. Tres noctes primas jubetur à matrimonii usu abstinere, orationi vacare, benedictionem Dei obtinere: quem morem ab antiqua Catholica nobilitate observatum constat, ut non nulli parentes sponsam tribus primis noctibus nè ad thronum quidem sponsimitterent. De nostro autem sæculo quidam: adeo nunc homines ab hoc more recesserunt, ut pro magno habendum sit, si sponsi tribus diebus ante nuptias non fiant conjuges. Id. ib.

Mulier diligens corona est viro suo. Prov. 12. 4. Alludit ad coronam nuptialem, quæ sponsus, & sponsa, coronari solent, in signum amoris, concordiae, & gaudii nuptialis. Item corona hæc Symbolum erat victoriæ, quod conjuges vicissent scortationem, mæchos &c. Ità S. Chrysof. hom. 9. in 1. Cor. idcirco coronæ imponuntur capiti, ut victoriæ signa sint; quod scilicet antea libidini fuerint impenetrabiles. Quod si libidine superatus quispiam seipsum scortis addixerit; cujus jam rei gratiâ coronatus incedat, qui tam scædæ libidini colla subdidit. Cornelius hic.

Egredimini, & videte quomodo coronavit eum mater sua &c. Cant. 3. 11. Solebant enim matres coronare filios, cum fierent sponsi, in nuptiis. Id. ib.

Vocatus est & Jesus. Joan. 2. 2. Nam sine Jesu periculosa sunt nuptiæ, omni ope destituta. Fernandus in Gen. 2. Sect. 14. Quod ut plurimum non nisi in principio nuptiarum modicum vinum consolationum, & benedictionem, habeatur; ideo est, quod D. N. J. Christi loco invitetur Adonis, & B. Virginis loco Venus. S. Franciscus Salef. c. 38.

§. V.

Matrimonii bonæ dispositiones.

Non est bonum, esse hominem solum. Gen. 2. 18.

18. Matrimonium unde initiavit? non à corruptione, non à prole; sed à societate. Fiat adiutorium simile sibi: adiutorium non ad defendendum: nemo enim lædebat, aut læsisset Adam; nisi suâ culpâ se sibi, atque cætera, fecisset inimicari. Sed ad quid? ad laudandum, & benedicendum, animò, & rationabili verbò, atque aperire, Deum. Simon Cass. l. 15. de iust. Christi. c. 3.

Immisit ergo Dominus DEUS soporem in Adam. Gen. 2. 21. Adam prius quodammodo in cœlum raptus audit arcana verba, quam humanam vocem: prius Angelos vidit, & cum iis collocutus; quam mulierem viderit, audierit, aut allocutus sit. Nec enim validior solet esse armatura, quam piæ meditationis ad Deum. Discant hinc, qui conjugalem statum affectant; quâ armaturâ se prius debeant præmunire, antequam tam ærumnosum statum ineant. Sed ita evenire solet; ut sine ullâ cœlesti armaturâ profus inertes; imò, quod peius est, clausis oculis, in conjugalem labyrinthum se præcipitent. Fernandus in Gen. 2. Sect. 8.

Adduxit eam ad Adam. Gen. 2. 22. Adducta est ad Adam prius sponsa, & offensa: scire enim sponsum oportet, qualis sponsa sit, quibus moribus, quibus virtutibus, ornata: non tam de pecuniis, quam virtutibus, sollicitus sit. Dormienti Adamo costam Deus abstulit ib. 21. sed ad vigiliantem Evam adduxit; & qualis Eva esset, aperuit. Multi dormientes conjugium contrahunt, pauci vigilantes. In dote accipienda vigilant; in uxore consideranda dormiunt. Barradius t. 2. l. 3. c. 4. D. 2. Epiph.

Vocemus puellam, & queramus ipsius voluntatem &c. Gen. 24. 57. Hinc intellige; quantum errent illi, qui per vim filias suas in uxores tradunt iis, quas ipsæ nollent; vel qui eas monasteriis includunt, ut religiose sint, quamvis tepugnent. Diez conc. 2. de Incarn. D.

§. VI.

Matrimonium honestius, quò castius, Continentes sancti conjuges.

Quoniam virum non cognosco. Luc. 1. 34. Ut audacter affirmem: eò matrimonium dignius, atque honestius, est censendum, quò major castitas ipsum fovet. Simon Cass. l. 2. c. 7. Pulchriores, atque ditiores, sunt nuptiæ castitate, quam copiâ filiorum. Et quantò humana caro piâ intentione ab amplexibus, & concubitu removeretur; tantò ad primam orationis suæ pulchritudinem repropinquat. Vocent omnes Christum ad nuptias, ut aut eas ex toto castificent; aut nihil in eis agant, quam Christiferam deceat sanctitatem. Id. l. 5. c. 1.

S. Eduardus Rex Angliæ cum Editha conjugè castè vivit. Bollandus 5. Jan.

S. Julianus cum S. Basilissa cum esset desponsatus, & in thalamum sponsæ inductus, miram uterque liliorum, & rosarum, in eo hyemali tempore, adorati sunt fragrantiam: quâ

itâ delibuti, ut statuerent simul virginitatem servare. Bolland. 9. Jan.

Exempla continentium Conjugum. 1. B. Virgo, & S. Joseph. 2. S. Cecilia, & Valerianus. MM. 3. S. Pulcheria, soror Theodosii Imp. & Marcion, teste Cedreno. 4. Henricus secundus Imp. & Cunegundis, quæ, ut suam virginitatem probaret, illas super ferrum candens ambulavit. 5. Boleslaus quintus Polonorum princeps, & Cunegundis Belæ Hungariæ regis filia. 6. Conradus rex filius Henrici quarti Imp. & Mathildis. 7. Eduardus tertius, & Egitha.

Sic existimo: si quis ab extremis orbis finibus, atque ex universo hominum genere, præstantissimum conjugium conciliare studisset; nullum usquam conjugium isto præstantius, aptiusque, reperiri potuisse. Sic enim virorum, atque mulierum optima, & præclarissima quæque, in unum confluerant; ut hoc matrimonium non minus virtutis, quam corporum, nexus esset. Nam cum alios vincerent, se tamen ipsi mutuo, propter virtutis æqualitatem, & æquilibrium, vincere non valebant. S. Gregorius Naz. or. 28. de funere Patris.

§. VII.

Documenta varia.

Angelus Domini apparuit in somnis Joseph. Matth. 2. 13. Quare revelatio de fuga Christi ad infideles non fuit facta Virgini Mariæ? quæ erat sanctior Josepho? Resp. ad ostendendum, quòd regimen domus ad virum pertinet. S. Vincent. Ferr. S. in Oct. SS. Innoc. Vir debet esse cœlum dominando; & uxor terra subjiciendo. Id. l. 2. de Nat. B. V.

Dominam eum vocans. 1. Petri 3. 6. Sara propriò nomine vocabatur Jescha, ut dixi Gen. 11. in fine; postea dicta est Sarai, id est, domina, vel princeps mea; idque, ut videtur, ab Abraham: qui videns se ab ea honorari, vocarique dominum; vicissim eam honorare voluit; ideoque vocavit eam Sarai. S. Gregor. Naz. or. 11. de S. Gorgonia sorore sua asserit: Saram hac obedientiâ, & honore, quem derulit marito, promeritam esse, non tantum justitiæ laudem; sed & ut ex eo conciperet, & pareret filium sanctum, & illustrem Patriarcham Isaac. Cornelius hic.

Viri similiter cohabitantes. Id. ib. v. 7. ut non impediantur orationes vestra q. d. si vir uxori honorem non deferat, sed illam viliter, & indignè tractet; illa vicissim viro indignabitur, cum eo rixabitur; itaque impediatur utriusque pietas, & oratio. Id. hic.

Miscellanea.

Isaac duxit Rebeccam aetatis suæ anno 40. ut patet Gen. 25. 20.

Quarum tibi requiem. Ruth. 3. 1. Id est, quarum tibi honestum, & opulentum conjugium; in quo à paupertatis, famisque, laboribus libera in mariti divitiis cura requiescas. Cornelius hic.

TITULUS XII.
S. MATTHÆUS.
EVANGELISTA.

Liber generationis. Matth. 1. 1. Sicut Moy-
ses Prophetis, & omnibus, qui aliquid
scripserunt, in Veteri testamento, non ab-
surdè præponitur: ita Matthæus jure omnes
præcellit, qui scripsisse reperiuntur in novo, ut
enim ille Mundi nascens, textit originem; sic
ille, tanquam Spiritualis alicujus Mundi, de-
scribit Ecclesiæ novitatem. B. Petrus Dam, f. de
S. Matthæo.

Cum transiret inde JESUS &c. Matth. 9. 9.
Cum transiret JESUS, non dixit, cum staret ibi:
transivit, & pertransivit inde JESUS, nè
Matthæus remaneret ibi. Transivit inde JE-
sus, nè Matthæus ibi taliter permaneret. S.
Chrysol. 28.

Ait illi sequere me. Ib. respexit JESUS Matthæum
oculo corporali; sed multo profundius oculo pie-
tatis in ternò, seu compassionis affectu; sicut
respexit Petrum post trinam negationem. Si-
militer vocat Matthæum verbò vocali ad extra
corporales aures pulsando; sed multo virtu-
osius vocavit eum verbò inspirationis occultæ,
& exhortationis intimæ; de quo ait Pf. 84. 9.
audiam, quid loquatur in me Dominus.
Ferro Christi verba penetrativa erant cordis &
operativa. Dionysius Carth. hic.

Discumbente eo &c. Ib. v. 10. Per corpo-
rale convivium, quod Christo Matthæus ex-
hibuit, mysticè intelligitur spirituale convi-
vium, quod ei in anima sua paravit, præben-
do delicias cordis: per hoc, quod eum in anima
totò recepit affectu, aperiens ei ostium men-
tis. De quo convivio ait Salvator. Prov. 8.
21. *delicia mea esse cum filiis hominum.* Et

Apoc. 3. 20. *Eccetto ad ostium.* Sed & dum
exemplò Matthæi graves transgressores con-
vertuntur, & corriguntur, facit Matthæus
Christo solenne convivium. Id. ib.

Vidit sedentem in telonio. Ib. sedebat uti-
que, qui stare non poterat pondere cupidita-
tis oppressus, & ipsa totus conscientia fraudis
incurvus. Aurum, naturâ grave, gravius fit
avaritiâ nimis-vehementius aggravat corda,
quàm corpora. Nascitur in terra profunda, se-
detur ipsa montium fundamenta: & dum suam
semper reptat ad naturam, cœlestes animos ad in-
ferna deponit; obsecrat sensus semper, alta men-
tium semper in terrena demergit. S. Chrysol.
29. Cur vocatio Matthæi recensetur post se-
datam tempestatem, demones pulsos, para-
lyticum sanatum? Respondet Glossa: Matthæus
vocationem suam refert inter miracula. Syl-
veira hic.

*Et factum est, ut accumberet in domo
illius; multi publicani, & peccatores simul
discumbebant cum JESU.* Marci. 2. 15. mag-
nò mox convivio in domo sua instructò, cum
Christum ipsum, tum ceteros omnes familia-
ritate conjunctos, benignè ad illud invitat: nè
ipse solus beneficium accipiat; sed reliqui om-
nes, qui vocati ad epulum venerant, Victor,
Antioch. hic de S. Matthæo.

*Fecit ei convivium magnum Levi in do-
mo sua.* Luc. 1. 29. Fecit illi convivium, ut
diem natalis sui gaudiò concelebraret. Theo-
phylactus. Illa dies Matthæo verè natalis fuit,
quâ Christo natus. Alvarez. in Gen. 40. 20.
Illustr. 128.

TITULUS XIII.
MEMORIA DEI.

Motiva.

§. I.

Est frænum peccati.

Corrupta autem est terra coram Deo.
Gen. 6. 11. Oleaster hic: peccare, seu
corrupti in oculis Dei, nihil aliud esse pu-
to, quàm memorem Dei, ipsum offendere: om-
nia enim vident oculi ejus; sed nos peccantes
non semper ipsius memores sumus. Sperat au-
tem ipsa, quod nemo ejus memor possit pec-
care: cum enim meminerit Plasmatoris bene-
fici, & Redemptoris munifici; quomodo non
retinebitur, nè eum offendant? Ramirez ep. 3.

Ubi est Dei memoria, ibi est peccatorum
oblivio. S. Chrysol. in Pf. 140.

Memoria Dei excludit omnia peccata. S.
Hieronymus in c. 22. Ezech.

§. II.

Deus nostri memor.

Colligat unusquisque ex eo &c. Ex. 16. 16.
Dignum inquisitione est: cur Domine non
dedisti eis panem ad mensam? aut quem ad heb-
domadam saltèm servare possent; sed ad sin-
gulos dies? vult Dominus nos semper ab ejus
providentia pendere: quoniam novit, non ad-
turos nos eum, nisi indigeremus. Qua in re
melior est pauperum, quàm divitum, condi-
tio: sunt enim singulis diebus pauperum oculi
ad Dominum; ut eorum misereatur, & ne-
cessaria saltèm ad illum tribuat diem: ut etiam
nullus transeat dies, quò Dei circa se non sen-
tiant beneficia. Oleaster hic.

*Pones super mensam panes propositionis in
conspèctu meo semper.* Ex. 25. 30. Voluit
semper

Semper coram se panem habere; ut continuo nostræ indigentia memor esset. Oleaster hic. Causa, quare proponebantur isti panes, exprimitur Levit. 24. scilicet in memoriam filiorum Israel, ut Deus recordaretur eorum. Abulenlis q. 28. in c. 25. Ex.

In manibus meis descripsi &c. II. 49. 16. Lyran. id est, ita te habeo in memoria; sicut illud, quod tenetur manu.

Vis esse Deum memorem tui, cum rogas; quando tu ipse memor tui non sis? S. Cyprianus l. de or. Dom. sicut nulla hora est, vel punctum, in omni vita mea, quod tuò beneficio non utor; sicut nullum debet esse momentum, quò te non habeam ante oculos meos in memoria mea. S. Augustin. Solil. c. 18.

Necesse est semper, ejus memores simus, ut & ipse memor nostri miseretur. S. Paschasius in Chr. l. 5. c. 5. Cogita tu de me, & ego cogitabo de te. Dixit Christus S. Catharina Sen. Boll. 30. April.

§. III.

*Memoria Dei alia motiva.**Ex Veteri, & Novo.*

Intelligite hæc, qui obliviscimini Deum. Pl. 49. 22. Studiosè unumquodque ex his, quæ dicta sunt, intelligite. Et vos, qui Deum obliti estis (oblivio enim Dei conciliatrix peccati est) poenitentia medicamentis vulnera curate; Antequàm mors rapiat; quæ quidem leonis more in homines grassatur, cum res nulla vehementem illum impetum cohibere possit. B. Theodoretus hic.

Ego dormio, & cor meum vigilat. Cant. 5. 2. Vigilanti corde fiducialiter dormitur; quando, remotis curis secularibus, & repressis vitiorum motibus, solum Deum libera per gratiam Dei anima suaviter delectatur contemplari. S. Rupertus de operib. Spir. S. in Ol. c. 1.

Ex Patribus, & aliis.

Memoria quasi venter est animi; lætitia vero, atque tristitia, quasi cibus dulcis, & amarus. S. August. l. 10. Confess. c. 14.

TITULUS XIV. MENDACIUM.

§. I.

*Motiva vitandi.**Ex Veteri.*

Nequaquam morte moriemini. Gen. 3. 4. Cum dæmon veller mendacium proferre in paradiso, non induit speciem creaturæ rationabilis, sed bestia homini inimicæ, scilicet serpentis: quia mendacium est virus, quod vitam spiritualem extinguit. Idioma regni cælestis est veritas, ut Mundi mendacium. Stella de cont. Mundi p. 2. c. 58. Dæmon, quando Eva mentus fuit, erubuit in sua persona; &

Dei sapius etiam recordari debemus, quàm spiritum ducimus. S. Gregor. Naz. or. 1. ad Eunomianos.

Semper recordare Dei; & cœlum sit cogitatio tua. S. Nilus cap. Paranet.

Beatus, in cujus pectore semper Dei memoria infederit: erit enim totus ille tanquam Angelus cœlestis super terram, timore, & amore, Domino sacrificium offerens. S. Ephrem l. de beatitudinib.

Tunc signum est, quòd homo verè diligit; si semper amatum in memoria teneat. S. Bonaventura serm. 104. Dom. 12. Pent.

Tunc cor hominum Deum datur, quando omnis cogitatio terminatur in eum. S. Bernardus ep. ad quendam. Qui Deum ferventer amat; necesse est, ut eum frequenter in memoria habeat: quemadmodum qui acriter sitit, non potest non recordari sitis suæ. Blosius Sa-cello animæ fid. §. 4.

Ad hoc donata nobis memoria est, ut Dei reminiscamur: ad hoc concessus intellectus, ut per fidem, & contemplationem, in Dei cognitione proficiamus: ad hoc præstita voluntas, ut Deum eligamus, atque diligamus. Id. Instit. Spir. c. 5.

§. IV.

Arguitur oblivio Dei.

Profectus est in regionem longinquam. Luc. 15. 13. Regio longinqua oblivio Dei est; fames verò, in regione illa, est indigentia, verbi veritatis. S. August. quæst. l. 2. q. 33.

Tum maxime Deus è memoria hominum elabitur; cum, beneficiis ejus fruenter, honorem dare divinæ indulgentiæ deberent. At verò, si qua necessitas gravis presierit, tunc Deum recordantur. Lactantius l. 2. Instit.

Malus est somnus animæ; bonus somnus corporis, quò reparatur valetudo corporis. Somnus autem animæ est, oblivisci Deum suum. S. August. in Pl. 62.

Omnia nobis difficilia videntur, quia Dei memoriam non habemus, sicut oportet habere: quia eum non semper in mente portamus. Iuste quippe nobis dixerit: obliviscar & ego tui. S. Chrysostr. hom. 26.

quasi facie ad faciem mendacium proferre; & ita imaginem serpentis sibi assumpsit: tu verò sine pudore mentiris. Id. in Luc. 3. In principio Mundi concertasse videntur mulier, & diabolus; uter in mentiendo magis excederet? Diabolus duo tantum mendacia excogitavit, alioquin astutissimus: scilicet, *nequaquam moriemini*; & *eritis sicut dii*. Eva tria effudit: 1. *præcepit nobis Deus*; soli Adamo præceperat Deus, nondum formatâ Evâ. 2. *dixerat Deus: ne comedas*. at illa: *præcepit nobis, ne tangeremus*. 3. *ne forte moriamur*. Dicit illa conditionaliter, ubi Deus absolute locutus, S. Antiochus hom. 66. *Nega-*

Negavit Sara dicens: non risi. Gen. 18. 15. Mendacium licet leviusculum à Sara longè Deus esse voluit, ob id severè reprehensa. S. Thom. ut à repetitio etiam mendacio imposterum redderetur cautior. Velloso in in Judith. 5. Paræn. 10.

Tollensq; mulier viros, abscondit, & ait: fateor, venerunt ad me; sed nesciebam, unde essent. Jos. 2. 4. Achan à Josue de crimine interrogatus rem totam confessus est. Jos. 7. 20. *verè ego peccavi Domino Israel.* Rahab mentita est, non Achan, quid mirum? iste nobilis; illa moribus, & genere, obscura. Mendacium vitium plebeium est; ingenuus quisque, etsi admiserit alia, hoc tamen flagitium animus detrectat. Naxera in Jos. 7. §. 46.

Omnis homo mendax. Pf. 115. 2. Querit Petrus Damiani l. 2. ep. 14. Nonne David homo erat, cum dixit homines mendaces; ergo & ipse talis. Negat id Damianus ob id: *ego dixi in excessu meo.* ac si perspicue dicat: de falsitate hominum inde veram sententiam protuli; unde ego ipse supra hominem fui. q. d. qui Deum altè meditatur, hominem quasi exiit; ac proinde non mentitur. Velloso in Judith. 5. Paræn. 11.

Semen Chanaan, & non Juda! species deceptit te rectè mentitus es & tu in caput tuum. Dan. 13. 56. 59. Nescio, cur nobiles Daniel non appellet, quos lascivie notit additos? nam vitium hoc in nobilibus præ ceteris viget. Cur ergo non Juda, sed Chanaan filios vocat? quia Judæ tribus nobilis, & regni sceptris insignis; Chanaan natus ad servorum servitium, dicente avo Gen. 9. 25. *Maledictus Chanaan, servus servorum erit fratribus suis.* Daniel ergo quos mendaces reperit, nobiles negat, obscurâ ortos origine affirmat: quasi mendacium, nisi in servorum servis, nequiverit reperiri. Naxera in Jos. 7. §. 46.

Et nunc Domine, tolle quasi animam meam. Jonæ. 4. 3. Quantum viris honestis pudor est, si mendacii notam subeant, falsâ etiam opinione. Jonas fugit, quia timebat, nè mendax haberetur. Ità S. Athanasius l. de Cruce: factum, quod timebat: effugit Ninive pœnam, & Jonas dolore tabescit. Theodoretus: *& nunc Domine &c.* vitâ defungi malo, quam vivere cum ignavia; veror, nè mendax habeatur. Velloso in Judith ut supra. Eversionem jubetur proclamare; nescit minimè futurum, & mendax timet haberi. Sicque mendacium nobilis aversatur Propheta; ut elegerit reddi naufragus, fugax agnosci, quam haberi mendax. Quia penitentia sententiam solvit, ire Propheta detrectat. Ecce fugæ causam: nè mendax habeatur, aliis criminibus maculari non timet; sed non fert, vel ad speciem tantum haberi mendax. Naxera in Josue supra.

Philippus 2. Hisp. rex mendacii convictum nescio quem è domesticis adeo tribus hæc verbis percussit: sic me decipis? ut is domum reversus paulò post ex mœnore, & pudore, obierit. Douleteman l. 2. c. 5. Sect. 1.

Ex Novo.

Sit autem sermo vester, est, est; non, non! Matth. 5. 37. Albertus M. dicitur est, est; quòd si est affirmatio in corde, sit etiam in ore; & sicut est negatio in corde, ita etiam in ore.

Iterum negavit. Marci 14. 70. Petrum, & magistrum, & Sacerdotem maximum, veritatis negatæ reum dicit. Ut scias, inquit S. Ambros. l. 10. in Luc. Evangelistam veritati, quam gratia, plus dedisse. Nè quis taceat verum, metu perdendæ gratiæ, apud Magistrum, Velloso in Judit 1. Paræn. 1.

Non sinebat ea loqui. Luc. 4. 41. Unus demonum dicebat Marci. 1. 24. *scio, qui sis.* Cajetanus in Luc. ait: non sinebat ea loqui, quia dicebant mendacium. Non enim certè sciebant, Christum Deum esse. Velloso in Judit. 5. Paræn. 11.

Hora erat quasi sexta. Joan. 4. 6. Adjectâ voce quasi minutè se agere probat, nè à supputando vel minimum discedat. S. Cyrill. Alex. l. 2. in Joan. ut nos etiam discamus, vel in minimis non parvam habere veritatis curam. Id, in Judith 1. Paræn. 1.

Cur tentavit Sathanas cor tuum, mentiri spiritui Sancto? Cur Anania mendacium dicitur specialiter commissum contra Spiritum Sanctum? quia est *spiritus veritatis.* Joan. 16. 13. Mendacium autem, ut erat Ananiæ, maximè contrarium veritati. Sylveira hic q. 5.

Ex Patribus, & aliis.

Mentiri non licet nec pro Dei laude. S. August. ep. 8.

Nemo potest convincere, aliquando esse mentiendum; nisi qui potuerit ostendere, æternum aliquod bonum obtineri posse mendaciò. Id. l. de mendacio c. 7.

Sicut non est veritas sine opere ejus, qui dixit. Joan. 14. 6. *ego sum veritas:* sic non est loqui mendacium sine diabolo auctore mendacii. Origenes tr. 3. in c. 17. Math.

Mendacium adeo est malum; ut Deus, qui de nihilo fecit Mundum, non possit facere, mendacium esse bonum. S. Bonaventura. f. 81.

Quam multi hodie sunt, quos magis puderet, in oratione fecisse Barbarissimum, contra regulam Prisciani; quam protulisse mendacium in sermone suo contra regulam Christi. Richardus à S. Viçti. qui dicitur Benjam. minor, c. 46.

Mendax homo similis est falso denario: nam tantum prævalet verax homo mendaci, quantum denarius verus falso. Geminiani. l. 9. c. 42.

Proverbium Arabum est: qui famam habet veracis, illius etiam mendacii fides habetur: qui mendacis, hujus veritati quoque non creditur. Masen. l. 4. argut ven 4.

§. II.

Mendacii origo.

Valde difficile est, ut, qui multa loquitur, non etiam mentiat. S. Gregorius hom. 12. in

c. 3. Ezech. ante finem. Ex lapide quidem, ac jocis, mendacium nascitur, Joan. Climacus ac ferro, excutitur ignis; ex loquacitate verò, pr. 12. de mendacio.

TITULUS XV. S. MICHAEL.

Ex Veteri, & Novo.

Veneruntque duo Angeli. Gen. 19. 1. Duo scilicet, qui ab Abrahamo recesserant, tertio cum eo remanente. Symbol. Angelus unus è tribus, representans Deum Patrem, manserat cum Abraham, ut ejus domum benediceret, eumque patrem efficeret, ad generandum Isaac; unde videtur hic Angelus fuisse medius, & primarius inter tres, puta Michael; qui duos locos, Gabrielem, & Raphaellem, misit ad excindendam Sodomam. Gabriel enim juxta etymon suum, est *fortitudo Dei*; puta fortis executor divinæ justitiæ; hincque representat secundam in Trinitate personam. Raphael verò videtur esse Angelus præses castitatis, & ultor incestus. Hic representabat Spiritum S. qui est tutor, & vindex, castitatis; summusque osor libidinis. Cornelius hic.

Michael totâ nocte lustratus cum Jacob. Gen. 32. 24. S. Thom. Vill. conc. 1. de S. Michael.

Aparuitque ei Dominus. Ex. 3. 2. Fuit hic verus Angelus: quia est communis Theologorum cum S. Dionysio c. 4. cœl. hierarch. sententia, omnes Dei apparitiones in veteri testamento factas esse per Angelos. Dices: quomodo ergo hic Angelus vocat se Deum? Resp. licet obsequiò esset Angelus, representatione tamen, & auctoritate, erat Deus: sustinebat enim personam Dei. Censentque S. Justinus M. Tertull. Hilar. Ambros. Chrysost. in omnibus apparitionibus veteris testamenti representatum fuisse Filium; non Patrem, non Spiritum S. Angelum hunc fuisse Michaellem, probabile est: erat enim custos Synagogæ, ut jam S. Ecclesiæ. Cornelius hic.

Sum princeps exercitus Domini. Jos. 5. 14. Quis esse putandus est princeps exercitus Domini? arbitror esse Michaellem Archangelum. B. Theodoretus q. 4. in Jos. hic.

Cui respondit Angelus. Judic. 13. 16. Probabiliter opinatur Serrarius, hunc Angelum Pele, id est, admirabilem, fuisse S. Michaellem: docetque S. Michaelis nomen, & invocationem; mirè valere contra omnes tentationes. Cornelius hic.

Hic est Michael Archangelus, qui potentissimum exercitum Sennacherib Assyriorum regis interemit. 4. Reg. 19. 35. S. Thom. Vill. conc. 1. de S. Mich. Idem affirmat Pantaleon Diaconus. Juxta eundem Michael *conclussit ora leonum*. Dan: 6. 22. Michael repressit flammam ignis. Paoletti f. 30. de S. Mich.

Dixit autem ad cultorem vineæ. Luc. 13. 7. Michael Archangelus, qui Dan. 10. 13. præpositus est populo Judæorum, nomine cultoris vineæ congruè intelligitur. Cajetanus hic.

Ex Patribus, & aliis.

Satage, quomodo magis adsumaris ad societatem Michaelis Archangeli; qui orationes Sanctorum semper offert Deo, adsumeris autem in hunc numerum, vel in istud officium; si insistas semper orationi, & vigiles in ea. Orig. hom. 14. in Numer.

Quando omnia illa admirabilia, quæ expectantur per sonitum, quem daturus es, consumabuntur; tunc ô S. Archi-Satrapa, errantium ductor, prolapsorum excitator, animorum propugnator, corporum conservator, demonum exterminator, S. Michael! tunc, obsecro te, tunc fidus causæ meæ patronus adesset, ne gravere. S. Sophronius or. in laud. Angelorum.

Ex illo certamine magno, & mirabili; pulchro nomine, & honore, donatus est unus; & primus de militiæ cœlestis principibus gloriôsè relict, nomine videlicet, ut exinde vocetur Michael: honore, ut non solum Angelorum, verum etiam hominum habentium Dei verbum ipse sit princeps. Et hoc honore, velut principatû donatus est, ex quo contra diabolum dicentem, Deus ego sum, restitit; ut diceret: quis sicut Deus? & vincendo illum, probavit; quia nullus alius esset Deus. Rupertus de vict. verbi Dei c. 18.

Primus de militiæ cœlestis principibus. Rupertus ib. l. 1. c. 18.

S. Laurentius Just. in festo S. Mich. vocat illum: cœlestis exercitus Primarem, & Ducem: animarum electorum sedulum susceptorem.

TITULUS XVI. MILITES.

§. I.

Mirum, si probi.

Vives in gladio. Gen. 27. 40. S. Chrylost. hom. 53. scito, quod militare vitam acturus sis. Miles non facile pius. Hebr. 12. 16. *Ne quis fornicator, aut profanus ut Esau.* Profanus, id est, ait Hugo, piger ad divina, alienus à Deo. Estne miles? omnino: nam patet Gen. 27. *vives gladio.* Velloso in Judith 1. Disq. 5. Paran. 1.

Tantum dic verbo, & sanabitur puer meus. Matth. 8. 8. Si miles facile pius esset, non miraretur Christus hoc dixisse fide nobili. Ac nè quis negaret, hominem piâ fide probatum esse; jurat per sanctè Dominus: *amen dico vobis.* v. 10. quasi non facile crederetur miles fide pius. Deinde laudes aggerit: *non inveni tantam fidem in Israel.* Itane, Domine, minor est fides Petri, Joannis, Abraham &c. Litem solvit Cajetanus: major erat illa fides in viro gentili, & militari. Velloso ib.

Tunc milites presidis suscipientes Jesum &c. Matth. 27. 27. Inter acerbissimas Christi D. poenas fuit, militibus tradi. Nec mortuo à milite parsum. S. Ambros. l. 66. cum peccant graviter, hac solent à peccatis suis primâ se voce excusare; quod militant.

Interrogabant eum & milites. Luc. 3. 14. Priores tamen fuere de vulgo homines: *interrogabant eum turba* v. 10. Deinde exactores pecuniæ publicæ. v. 12. *venērunt & publicani.* Postremò milites v. 14. suò scilicet genio mores neclunt, cum de re pia agendum est. Velloso ib.

Ordo militum nunc est, ordinem non tenere. Nam cujus os majore verborum spurcitiâ polluitur? Qui detestabilis jurat, qui minus Deum timet, qui ministros Dei vivificat, qui Ecclesiam non veretur: iste hodie in cœtu militum fortior, & nominatior, reputatur. Ble-sensis ep. 94.

§. II.

Milites sancti, & probi.

Fuere tamen milites sancti, qui arma tractarunt salva fide, religione, pietate. Abrahæ quanta fides, & pietas! qui, hoste fusò, Melchisedech ex itinere adiit. Gen. 14. 18. *proferens panem, & vinum.* David sacros versus pangit inter lituos: Pl. 56. *titulus in finem,*

cum sugeret à facie Saul; ubi tragedia tota de vita castrensi. Pl. 59. *titulus in finem, cum succendit Mesopotamiam Syria.* Ità David pius in armis, religiosus in castris, sanctus in acie; totus in bellum ardere, flagrare totus in Deum solitus. Velloso cit. supra.

§. III.

Miscellanea.

Timete Dominum, & servite ei perfectò corde. Jos. 24. 14. Panormitanus l. 3. de reb. Alphonsi c. 51. Alphonus Rex Aragoniæ filio suo, dum in Florentinos moveret, hoc documentum dedit: victoria, mihi credè, non hominum disciplinis, aut industriâ paratur; sed Dei O. M. benignitate, & arbitrio. Scientia rei militaris ità demum profutura est, si Deum nobis pietate, atque innocentia pacatum, propitiumque habuerimus. Quantum regi Abia ad victoriam profuerit custodia divinatorum præceptorum, vide 2. Paral. 13. 10. 11. Schönleben Disc. 30. tempore belli.

Recensuit eos, quasi agnos. 1. Reg. 15. 4. Appositè milites comparat agnis: ut notet militum simplicitatem, & obedientiam; quod ut agni sequantur suum Ducem. Cornelius hic.

Quatuor sunt minima terre &c. Prov. 30. 24. Salazar appositè per hæc quatuor animalia accipit quatuor hominum genera; quæ Republicam constiant, fovent, & promonent. Per locustas, milites, qui urbem, & Remp. ab hostibus defendunt: locustarum enim exercitus, ordines, & acies, militiam quandam præferunt; imò ipsorum forma galeatos milites refert. Cornelius hic.

Ubi Christus est, omnis celestis militia adest, tanquam principi militia virtutis Domini. S. Ignatius M. ep. 7. ad Smyrneses.

Charactere Domini inscribuntur servuli; & nomine Imperatoris signantur milites. S. Ambros. de obitu Valentiniani Imp.

De militia translatus est in militiam, qui terenti tribunatus, quòungebatur, officium Christianæ militiae professione mutavit. Petrus Dam. S. de S. Georgio.

Dux Albanus Capitaneus Generalis exercitus Caroli V. habebat quadringentos juvenes animosos, & resolutos, quos vocabat prodigos vitæ, & perditos Baghâss. Hos in conflictu immittebat seorsim in latus hostium fortius; illi audacissimi, pugnacissimi, & certi mori, turbabant ordines hostium, eosque rumpendo ordinariè pariebant victoriam. Cornelius in Matth. c. 10.

TITULUS XVII. MIRACULA.

§. I.

Quotidiè sunt.

EA, quæ incomprehensibili indagatione mira sunt, humanis oculis vix videntur. Unde fit, ut, si mortuus homo suscitetur, in admirationem omnes exiliant: & quotidie homo, qui non erat, nascitur; & nemo miratur: cum procul dubiò omnibus constet, quia plus sit creati, quod non erat; quam reparari, quod erat. Quia arida virga Aaron Num. 17. 8. floruit, cuncti mirati sunt: & quotidie ex arenti terra arbor producitur, virtusque pulveris in lignum vertitur; & nemo miratur. Quia quinque panibus quinque millia hominum saturati sunt; crevisse escas sub dentibus cuncti mirati sunt: quotidie sparsa grana seminum plenitudine multiplicantur spicarum; & nemo miratur. Aquam semel in vinum mutatam videntes cuncti mirati sunt: quotidie humor terræ in radicem vitis contractus per botrum in vinum vertitur, & nemo miratur &c. S. Gregor. mor. l. 6. c. 7.

Quid non mirum facit Dominus Deus in omnibus creaturæ motibus, nisi consuetudine quotidianâ viluissent. Denique quam multa usitata calcantur, quæ considerata stupentur: sicut ipsa vis seminum, quos numeros habet, & quam vivaces, quam latenter potentes, quam in parvo magna molientes: quis adeat animò, quis promat eloquiò? S. August. ep. 3.

Cuncta, quæ sunt, & facta sunt, mira valde sunt; sed consuetudine viluerunt. S. Isidorus s. l. sentent. c. 8.

Planè solis ortus, & occasus, terræ fecunditas, temporum vicissitudo, miracula sunt, & magna miracula; sed toties hæc videmus, ut jam non sit, qui attendat. S. Bernardus s. 4. in Vigil. Nat. D.

In hoc mirabilis apparet Dei potentia; quòd in terra frigida; & sicca, aliquid virens efficitur, & de ea educitur naturaliter res virens; quæ humida, & calida. Virentia enim vivunt; & vita fundatur in humore, & calore, secundum Aristotelem in lib. de plantis. S. Thomas Aq. in c. 1. Gen.

Si vel folium arboris contemplari volueris, deprehendes in eo stupendum quoddam artificium. Bloisius par. an. c. 29.

§. II.

Miracula Christi.

ET ecce Angeli accesserunt. Matth. 4. 11. Miracula Christi D. à magorum prodigiis distant utilitate, & beneficentiâ. Malignus

spiritus boni inscius, vanissima semper efficit ludibria; nihil hominibus commodum, & salutare, molitur; sed ea, quæ, velut in theatris vulgus stupeat. Verum bonus Christi Spiritus totus hominibus utilis, curat infirmos &c. Arnobius l. 1. contragentes de Christo D. pro multis, ac tam liberalibus donis, quæ ab eo profecta in nos sunt, Deus dici, appellarique, deberet. Bæza l. 3. c. 3. §. 4.

Moyse miracula Ægyptiis exitium; Christi miracula Mundo salutem attulerunt. Moyse Ægypti primogenita occidit; Christus mortuos in vitam revocavit: Moyse Ægyptum tenebris complevit; Christus mundum splendore illustravit: Moyse fluvii aquam in sanguinem vertit, & hoc primum ejus in Ægypto miraculum; Christus aquam in vinum. Verbo: Christus mera miracula fecit, non quæ solum stupenda essent, sed salutaria hominibus. Barradius Dom. 2. Epiph. c. 3. *Lazare veni foras.* Joan. 11. Inter omnia miracula, quæ fecit Dominus, Lazari resuscitatio præcipuè prædicatur. S. August. tr. 49. in Joan.

Miscellanea.

Et erat Jonas in ventre piscis tribus diebus, & tribus noctibus. Jonæ 2. 1. Multa hic miracula, 1. quòd venter piscis calidissimus Jonam non consumpsit, & in chilum converterit. 2. quòd Jonas ibidem vivere, & respirare, aeremque frigidum attrahere, potuerit. 3. quòd fœtor in ventre ceti intolerabilis Jonam non exanimaverit. 4. quòd in hoc angustissimo carcere mentis compos fuerit, & pium carmen Deo cecinerit. Cornelius hic.

Quicumque dixerit huic monti. Marci 11. 23. Neque Christus, aut hi, qui ab ipso potestatem faciendi miracula susceperunt, aliquando experti sunt; utrum possent montem in mare jactare, ut vocarent ad fidem incredulos. Nihil per ostentationem in miraculis Apostoli effecerunt; sed ad utilitatem videntium: quoniam hæc potestas, quæ à Spiritu S. conceditur, præterquam ad utilitatem, nemini exhibetur. Simon Cas. l. 5. c. 6.

Sciendum nobis est, quòd, quidquid ratione hominis comprehendi potest, mirum esse jam non potest: sed sola est in miraculis ratio, potentia facientis. S. Greg. hom. 20. in Ezech.

Si velis signa videre, extermina abs te omne delictum; & vidisti, quod cupiebas. Magnus enim daemon peccatum est: quòd si abs te abjeceris; major tu mihi eris crede, quam qui demonia ejiciunt, &c. S. Chrysost. hom. 33. in Matth. c. 10.

TITULUS XVIII. MISERICORDIA.

§. I.

Symbola. Metaphoræ. Ex Veteri.

Factum est vespere, & mane, dies sex-
tus. Gen. 1. 21. Notandum, quod hu-
jus gratiæ (elemosynæ) sex opera sunt,
quandam habentia similitudinem sex dierum,
quibus Deus Mundum perfecit; & omnia, quæ
in Mundo sunt: in eo videlicet, quod & ipsa
suum promeretur Sabbathum: ut qui hoc fe-
cerit, etiam ipse requiescat ab operibus suis ait
Apostolus, sicut & à suis Deus. Rupertus
l. 5. in Matth. In eundem Sabbathismum,
propter sex illa opera (esuriui &c.) Deus ho-
mines inducit; quod & ipse requiescit, qui tales
sex operum species fecit. Rupertus l. de oper.
Spir. d. l. 9. c. 15.

Columba gestans ramum oliuæ. Gen. 8. 11.
representat hominem misericordem. Fernan-
dius hic fecit. 5.

Facies & mensam &c. Ex. 25. 23. San-
ctum, est Ecclesia militans, tendensque ad San-
ctum Sanctorum, id est, ad cælum: in qua alii
se dedunt elemosynis, & operibus charitatis.
Hos significat hæc mensa panum. Coronam
habet mensa: ut significet, misericordes non
tantum in cælo, sed etiam in terra, benedici.
Cornelius hic.

**Porrò David ascendebat clivum oliva-
rum scandens, & flets.** 2. Reg. 15. 30. Cum
David fugeret à facie Absalon, ascendebat
clivum &c. Clivus olivarum misericordia; ad
quem ascendendum flendò in angustiis. Sylvei-
ra in Luca 14.

Quæsit lanam, & linum. Prov. 31. 13.
Possunt mysticè in lana, quæ est habitus ovium,
omnia simplicitatis, & pietatis, opera, quæ
proximis impendimus, accipi. V. Beda. hic.

**Si ceciderit lignum ad austrum, aut ad
aquilonem, ibi erit.** Eccl. 11. 3. Hunc sen-
sum exigit antithesis austri, & aquilonis. Au-
ster significat misericordiam; aquilo immiseri-
cordiam. Casus ligni hominis more: homo
enim est arbor inversa. Cura ergo, ut elemo-
synas accumulando cadas ad austrum. Vide,
quod inclinet mens tua? an ad avaritiam? an ad
virtutes &c. & si videns eam propendere ad
aquilonem; omni studio reflecto eam ad au-
strum. Cornelius hic.

Manus ejus plena sunt hyacinthis. Cant.
5. 14. Plenæ sunt hyacinthis magis, quam aliis
gemmis; eò quod hyacinthus Symbolum sit
misericordiæ. Nam, teste Solino, & S. Isido-
dorò, nebulosò cælo turbatur color ejus, qua-
si moreret; serenò verò rutilat, & quasi hila-
rescit; faciens cum ipso cælo mutationem.
Hoc autem proprium misericordiæ, flere cum
flentibus, gaudere cum gaudentibus. de Ponte
hic Exh. 24. §. 3.

Ibi dabo tibi ubera mea. Cant. 7. 12. Duo
Christiani pectoris ubera sunt, duplex propen-
sio ad opera misericordiæ, spiritualia, & cor-
poralia. de Ponte in Cant. 1. Exh. 19. §. 2.

Daniel serve Dei, tolle prandium. Dan.
14. 36. Ille pauperes, qui adversà præditi va-
letudine, angustoque hospitio, imò verò an-
gustis hospitio angulis, conclusi sunt, uti Da-
niel in lacu; te benignum, & pauperum stu-
diosum, atque amantem, tanquam Abacuc expe-
ctant. S. Greg. Nis. or. 1. de pauperib. amandis.

Ex Novo, Patribus, & aliis.

Sint lumbi vestri præcincti. Luc. 12. 35.
Aliqui hoc de ministrantibus Christo, & pau-
peribus, per elemosynam (de hac enim sermo
proximè præcesserat) exponunt: q. d. præcin-
gite lumbos; ut suis expediti, & agiles, admi-
nistrandū Christo, & pauperibus. Cornelius hic.

Habebant alas fenas. Apoc. 4. 8. Ruper-
tus: fenas oportet habere alas, id est, sex opera
misericordiæ; quæ is, qui sedet super thronum
stantibus à dextris ita enumerat: *esuriui &c.*
Bonaventura l. de Eccl. hierarchia p. 1. c. 2.
sex alæ sunt sex opera misericordiæ spiritualia:
convertere errantem, instruere ignorantem, ad
gratiam suscipere peccantem, diligere perfe-
quentem, arguere delinquentem, defendere in-
nocentem.

Portus est constitutorum in necessitate ho-
mo misericors: portus autem omnes, qui in
nafragium inciderint, excipit, liberatque; sive
mali fuerint, sive boni. S. Chrysost. de Lazaro
conc. 2.

Pietas attrahit miseros, sicut adamas ferrum.
S. Bonaventura in c. 1. Lucae.

Tunc hic villicus diffamatur apud Domi-
num, quando clamor pauperum ascendit ad
Dominum. Id. in c. 16. Luc.

Inter omnia animalia est ovis magis benefica:
nam facit nobis misericordiam lanam se exuendo;
dat lac ad comedendum, & etiam agnos. Eritis
oves Christi, dando lanam, scilicet bona tempo-
ralia: lac, id est, bona interiora, & spiritualia. In
Legenda B. Martini legitur; quod semel admira-
rans de ove attonsa discipuli quaesierint, quid mi-
raris? qui dixit: hæc ovis complexit præcep-
tum Evangelii: qui habet duas tunicas, det
non habenti. Luc. 3. 11. S. Vincent. Ferr. l. 2. f.
2. post Invocavit.

Misericordia nihil est aliud, quam misero-
rum chorda. Id. f. 1. f. 2. Rogat.

Luna terrestribus est vicina: sic misericordes
proximis per compassionem. *Quis videtur tibi
proximus fuisse illi, qui incidit in latrones?*
*ut ille dixit: qui fecit misericordiam in il-
lum.* Lu. 10. 36. Geminiani l. 1. c. 3.

Vita Sanctorum similis est iridi; quæ habet me-
dium convexum, & elevatum superius; cornua
inclinata inferius. Sic sancti viri habent medium,
id est, cor semper elevatum ad Deum; cornua in-
clinata ad proximum: quasi enim duo cornua
sunt studia eorum; quibus inserviunt proximis: u-
num circa salutem animarum, quando inclina-
tur ad proximum per elemosynas spirituales: a-
liud circa salutem corporis; & hoc inclinatur pro-
ximo per elemosynas corporales. Id. l. 1. c. 69.
Nubes. Lem: Congregata dissipat. §. II.

§. II.

Misericordia comparatur olive.

Uia sunt duo olive. Zachar. 4. 11. & 14. Quod de Elia, & Enoch. S. Joannes explicat. Apoc. 11. 4. Oleum, & oliva, denotat eorum misericordiam, quæ miserati animarum perueniunt stragem, se, suæque omnia, cum vita pro Dei gloria impendent. Cornelius in Apoc. 11.

Quinque fatuæ, acceptis lampadibus, non sumpserunt oleum secum. Matth. 25. 3. Lampades, animæ nostræ; & uniuscujusque mens, lampas est: quæ tunc accenditur, quando habet oleum virtutum, & misericordiam. Fatuæ autem virgines ideo; quod tunc requirant oleum; cum non sit negotiandi tempus. Theophylactus hic.

Hymno dicto exierunt in montem olivæ. Matth. 26. 30. Hoc est illud conaculum, ubi tunc Christus cum Discipulis erat; tunc ad montem olivarum exiit. Hinc & nos ad manus pauperum exeamus: ibi enim mons olivarum est. Olivæ quippe in domo Dei plantata, multitudo pauperum est: hinc stillat illud guttatim oleum, quod nobis opus tunc omnino erit. Hoc est, quod quinque illæ virgines habebant; hoc est, quod alteræ carentes, perierunt. S. Chrysostr. hom. 83. de commun. SS. Euch.

Centum cados olei. Luc. 16. 6. Id est, opera pietatis: per oleum quippe opera pietatis designantur, quæ debent villici, qui bona temporalia receperunt, pauperibus ministrare. Hugo Card. hic. Qui de scientia sua dat ignorantem, consilium dubitanti, correctionem erranti, consolationem desolato remissionem inimico; talis dat oleum de oleo Domini sui. Triticum significat opera misericordiae corporalis. Villicus majus donum fecit de oleo, quam tritico: quia major est elemosyna de bonis Spiritualibus, quam terrenis. S. Vincent. Ferr. l. 1. D. 9. Trinit.

Ideo oleo toties sumus inuncti, ut semper misericordiae memores simus. S. Eusebius Emis. D. 4. Pent.

Misericordia assimilatur olei effusioni: quia oleum quietè, & non cum sonitu effunditur; sicut aqua, & vinum. Sic elemosynæ fiant, non cum sonitu vanæ ostentationis; sed cum silentio humillis intentionis. Geminiani l. 3. f. 39.

§. III.

Misericordia motiva.

Num. I.

Misericordia est propria hominis, & ei congenita.

Ex Veteri, & Novo.

Ab infantia mea crevit mecum miseratio. Job. 31. 18. Naturalis est omni homini misericordia. Hugo Card. in Gen. 1. 10.

Idis hominem. Matth. 9. 9. Non otiosè dicitur, vidisse hominem: ut inde scilicet reddatur ratio, quæ ipsum Jesum allexit, ut

Matthæo propius fieret: quia ad naturam humanam, tanquam sibi cognatam, valde propendit. Bæza t. 2. l. 6. c. 4. §. 2.

Simile est regnum caelorum homini patri-familias. Matth. 23. 1. Cur hic paterfamilias dicitur homo? S. Hieronymus: quando agebat opera clementiæ, hominis nomen appositum est.

Misereor super turbam. Marci. 8. 2. Abulens. in c. 15. Matth. q. 103. misereor eis; quasi dicat: ipsi non petunt panes; sed erubescunt. Glossa interlin: quia verus homo, misereor, & compatitur humanæ fragilitati. Haymon. quia homo erat, misericordia motus est.

Homo quidam fecit cenam magnam. Luc. 14. 16. Hominem nominat misericordem suum Patrem: quando verò ultricem Dei virtutem Scriptura significat; pantheram, & ursum, & pardum eum vocat: quando verò misericordiam vult insinuare; hominem induit. Theophylactus hic.

Hominem non habeo. Joan. 5. 7. Sinè charitate hominis nomen non mereris. Marc. 6. 48. *laborantes in remigando.* In hoc periculo Dominus, nunquam suos deserens, venit ad eos, ambulans supra mare; & volebat praterire eos. Simulabat, quasi eos negligere vellet. Viderunt hoc defessi Discipuli, putaverunt phantasma esse. v. 49. non crediderunt hominem. Cur? non audis Marcum? volebat praterire eo: auxiliari enim proprium hominis est, S. Ambros. l. 3. offic. c. 3. considera o homo, unde nomen sumpseris: ab humo utique; quæ nihil cuiquam eripit, sed omnia largitur omnibus. S. Chrysostr. hom. 62. in Joan. ait, Evangelistas sibi hanc provinciam sumplisse, ut probarent Christum, Deum simul, & hominem esse; Ad asserendam divinitatem scripta miracula: ut verò hominem Matheus, Marcus, Lucas probarent, pavorem mortis recensuerunt, quem in horto assumpsit. Observat tamen idem Chrysostr. quod Joannes nullam, vel agoniam in horto, vel cæterarum infirmitatum, mentionem faciat: quæ ergo ratione Christum hominem probat? Respondet S. Chrysostr. Joannes à lacrymis Humanitatem confirmat. Joan. 11. 35. *lacrymatus est.* Compassione, lacrymis, charitate, Humanitatem probat. Didacus Nis. f. 6. D. 1. Quadr.

Ex Patribus.

Nihil tam proximum, quam caput membrum. Diligamus eum, qui innoxia alterius corporis unitate compatitur. Non enim cognatio facit proximum, sed misericordia: quia misericordia secundum naturam. Nihil enim tam secundum naturam, quam juvare confortem naturam. S. Ambros. in Luc. 10.

Revera Dei imago est benefaciens. Clemens Alex. l. 2. Strom.

Nihil ita humanum ostendit characterem, ut misereri, & humanum esse. S. Chrysostr. hom. 43. in Acta.

Nonne omnis creatura suo modò nobis impendit misericordiam? nonne terra nos sustentat,

tentat, & nobis cibum, & potum dat? nōne aqua nos potat, nostras terras fecundat, & pisces in solatium nobis dat? nōne aer calorem cordis nobis refrigerat, & vitam toti corpori administat, & aves in cibum accommodat? Nōne ignis panem, atque cibaria, nobis coquis, frigus à nobis expellit? Nōne sol nos illuminat? Luna fervorem nobis mitigat. S. Bonaventura serm. 82. Dom. 1. Pent.

Fecit Deus hominem non solum ad imaginem; sed ad similitudinem suam. Ad imaginem videlicet in eo, quod rationale, & æternum; ad similitudinem verò in eo, quod suæ Bonitatis imitatore fecit eum, Rupertus l. 1. in c. 1. Joan.

In utero nos ita natura formavit, ut generis opposita sint: unde & à generis genera dicuntur. Ibi enim cohaerent sibi, & cognata sunt oculis, lacrymarum indicibus, & misericordiae. S. Rupertus l. 6. in Cant.

Ubi Deus curam misericordiae invenit, ibi imaginem suae pietatis agnoscit. S. Leo. l. 10. de Quadr.

Una omnium animarum natura, carnisque traduce, nos ad amorem invitat; una materia, ex qua facti sumus; una forma humanitatis in omnibus; una nascendi, & moriendi, conditio. Una terra, per quam gerimur; unum caelum, quò tegimur; una lux, quà perfundimur, debent jure inter homines indissolubilem amicitiam copulare. Simon Casti, de justit. Chr. l. 15. c. 6.

In maximam confusionem nostram, omnes creaturæ irracionales, & insensibiles, erga proximum charitatem docent. Caelum suis influentiis terræ necessitatibus benignissimè succurrit; dum illam nunc rore fecundat, nunc pluvius humectat, nunc ventis abstergit, & exsiccet &c. Philo l. de Cherub. & gladio flammeo.

Num. II.

Immisericors non est homo.

Esurivi, & non dedistis mihi. Matth. 25. 42. Euthymius: imitati sunt immisericordem, inhumanumque, diabolum. Nam, ut Theophylact. compassionis expertes sunt diaboli, & hostiliter erga nos affecti meritò idem supplicium habent, qui ejusdem voluntatis sunt. Sylveira hic.

Nescio vos. Matth. 25. 12. Misericors, & miserator, Dominus nescit immisericordes: quomodo enim dissimiles, & alienos à se nōset? Theophylactus hic.

Putaverunt phantasma esse. Marci 6. 49. Cum navigantes illi viderent se in arcto positos; & quòd imago illa volebat eos præterire sine ope; persuaserunt sibi, non esse rationalem personam; sed quòd phantasticum; quòd apparentem, & non veram habet existentiam. Sylveira in Marci 6. c. 34.

Verum est illud Ciceronis, hominem naturæ obedientem homini nocere non posse. Ergo si nocere homini, contra naturam est; prodesse igitur homini secundum naturam sit, necesse est: quòd qui non facit, hominis se appellatione dispoliat: quia humanitatis officium

est, necessitati hominis, ac periculo, subvenire. Lactantius l. 6. div. inst.

Hoc super omnia discat homo; quoniam & hoc est homo, & pretiosum vir misericors. Itaque, nisi hoc habeat, esse desit homo. S. Chrysol. hom. 33. ad pop. Antioch.

Misericordia, speciosum est humanae naturæ ornamentum: cujus expertis male degenerat, & hominem diffidetur. Unde & nescire misereri, cum feris est habere consortium. Hilbertus Turon. Ep. ep. 23.

Canes lambendo semper curant vulnera sua: canes curant pauperem magistris naturæ; & homo hominem negligit, ipsa graviter accusante naturâ. S. Chrysol. f. 121. de Lazaro.

Canes lingebant ulcera &c. quò per hoc dives epulo feris bestis immanior; imò verò omni misericordiâ, omnique humanitatis sensu prorsus exutus, ostendatur. Titus Boistr. in Luc.

Num. III.

*A Misericordia degeneravit homo.**Ex Veteri.*

Oculum pro oculo, dentem pro dente. Ex. 21. 24. Modum imponit Deus vindictæ, ut laesus homo oculum pro oculo &c. excutiat. Itane bonus Deus? & ubi illa clementiæ cura, de qua Moyses Ex: 34. 6. *Deus misericors, & clemens, patiens, & multa miserationis?* viamne aperit hominibus ulciscendi injurias? S. Chrysol. f. 38. ut qui sapere non valebant ad veniam, vel modum saperent ultionis. Sciebat Deus, eam savitiam esse Judæis, teste Rupertò l. 5. in Matth. ut pro oculo caput, & pro dente animam postularent. Velloso in Judith. 2. Paren. 14.

Veniebat leo vel ursus &c. 1. Reg. 17. 34. Quanta animositas, & audacia! Eccl. 47. 3. *cum leonibus lusi, quasi cum agnis.* & tamen fugit à facie Saul. 1. Reg. 18. 10. 11. Plus timenda ira unius maligni hominis, quam rabies omnium bestiarum: non major inimicus, quam homo homini. Sylveira in Act. 7. q. 20.

Egressus leo è Sylva occidit Prophetam. 3. Reg. 13. 24. 4. Reg. 2. 24. *egressi duo ursi de saltu laceraverunt ex eis quadraginta duos pueros.* at Gen. 37. 33. *fera pessima devoravit Joseph.* Sylveira c. 8. in Matth. 10.

Misit Angelum in Jerusalem; ut percuteret eam. 1. Paral. 21. 15. Cur Deus non hominibus, sed Angelis, committit censuram hominum, & ultionem scelerum? Hieronymus in traditionib. Hebr. quòd terribiliter positum est de gladio Domini, temperatur, dum dicitur, & Angelus Domini. Homini data potestas diu durat. 3. Reg. 17. 1. Elias oculum triennio claudit. Et quot motivis à Deo ad misericordiam trahi opus habet? Angelus potestatem accipit, triduo plestendi; nec integrè diem complet. v. 15. Velloso in Judith. 2. Paren. 14.

Melius mihi est, ut incidam in manus Domini: quia multa sunt miserationes ejus quam in manus hominum. 1. Paral. 21. 13.

lrvue-

Irruerunt Sabai, & tulerunt omnia &c. Job. 1. 15. &c. Cum diabolus potestatem tentandi Job postulasset per direptionem substantiæ ejus; primum defœviturus, homines ad pastorum cades, & ad direptionem pecudum, excitavit, eòsque in hanc voluntatem latrocinii accendit. Egit ergo, quod volebat, per humanæ operationis officium. S. Zeno in Psal. 128.

Eripe me Domine ab homine malo. Ps. 139. 2. Omnes infidias, quascunque nobis spirituales nequitie prætentunt, maxime per homines aptantur; & occasiones vitii nostris alienæ naturæ perversitas subministrat. S. Hilarius hic.

Apparuerunt digiti quasi manus hominis scribentis. Dan. 5. 5. Cum Balthasar in vasis templi biberet; ut ostenderet Deus severum supplicium, quò eum erat castigaturus; depinxit in pariete manus hominis illud scribentis: nam per manus hominum eum puniturus erat, ut sic supplicium grande esset. Diez amor inimicorum.

Lapis positus est super os laici, quem ob signavit rex annulo suo. Dan. 6. 17. Quando rex Darius Daniele Prophetam propter postulationem annulorum, in lacum leonum iussit immitti; nè quid fieret contra Danielem; ob signavit &c. Quid facis ò rex? curas, ut nemo Danieli officiat; & tamen in locum leonum illum injicis? Quid prodest ei, ostium claudi, regiòque sigillò ob signari; siquidem cum leonibus Daniel manet inclusus? Lyranus dicit: magis timebat rex de crudelitate hominum contra Danielem, quam de ferocitate leonum: timebat enim, nè inimici ejus in lacum introirent, illum interfecuri. Diez. l. 6. post Cin.

Ex Novo, & Patribus.

Cavete ab hominibus. Matth. 10. 17. Suprà v. 16. dixerat Dominus: *mitto vos sicut oves in medio luporum*, nunc ait: *cavete ab hominibus.* Cur non à lupis? Haymon: quos Dominus superius appellavit lupos, eos nunc appellat homines: lupos eos vocat propter voracitatem, homines propter ferocitatem. Sylveira hic. Non dixit: cavete à feris, leonibus, flammâ; sed ab hominibus: quia homo malus pejor est ipsò diabolò; crudelior quacunque terà. Id. in additionib. hic.

Inimicus homo. Matth. 13. 28. Maximus inimicus solet esse homo homini. Et ita Christus D. ut exaggeraret, quam inimicus sit diabolus homini; ipsum vocavit inimicus homo. Diez, Amor inimicorum. Hominem inimicum ipsum diabolum, quia semper omnibus esse conatur, meritò appellavit. S. Chrysof. hom. 47. Nullus hostis major, quam homo. Cum diabolus homo non sit, homo tamen hic vocatur; ut aptius ejus furor exprimat. Sylveira hic.

Duxerunt illum usque ad supercilium montis-ut precipitarent eum. Luc. 4. 29. Saviore homicida, quam Sathanas: hic enim & Christum rogat, ut se de saxo ejiciat; & angelorum manibus excipiendum pronuntiat. Hi

verò de monte Jesum precipitant; nisi se illis clam subduxisset. Oliva f. 2. D. 3. Quadr.

Filius enim hominis futurum est, ut tradatur in manus hominum. Luc. 9. 44. Hominis immanitatem libet admirari; in cujus manus tradi dicitur Deus: ut intelligatur, extrema quæque passurus. Itane urforum unguibus, leonum molis, dentibus elephantum, sæviore manus hominis sunt? ut, cum iis tradetur Christus, immaniora morte supplicia debeat sustinere? Oliva l. 13. Strom.

Quemadmodum divinæ est voluntatis, ut homo per hominem fervetur; ita Sathanas magnopere contendit hominem in laqueum protrudere perditionis. S. Antiòchus. hom. 28. de fide.

Quid homini est inimicissimum? homo. S. Martinus Ep. Bracar. in Maximis de morib.

§. IV.

Misericordia est regia virtus.

Ex Veteri, & Novo.

Audi nos Domine, princeps Dei es apud nos. Gen. 23. 6. dixerunt filii Heth ad Abraham. Quid Abraham tam gloriosum titulum apud barbaros peperit? Gen. 21. 33. *Abraham plantavit nemus in Bersabee &c.* Lipomanus: Abraham hortum plenum optimis fructibus plantavit, & peregrinos suscepit hospitio, quibus gratis necessaria omnia suppeditabat. Similia habet Pererius, & Cornelius à Lapide. Arcones in l. 3. Disc. 9.

Impera nobis. Judic. 9. 8. Regis Schema est oliva, quæ ad arborum principatum delecta. Recusat illa: *nunquid possum deserere pinguedinem meam?* Non video, cur oliva, si regnum aseat, à sua pingui fortuna excidat; cum princeps regno crescat, non marcescat. Videt tamen Abulensis q. 29. quia reges, si bene regant, non debent intendere suis, sed aliorum utilitatibus. Velloso in Judith. 2. Paran. 9.

Ut ungerem te in Regem. 1. Reg. 15. 1. Mircio Sacerdotes, Reges, & Propheta, ungebantur; quia divinæ benignitatis Symbolum habet oleum. S. Chrysof. hom. 4. in ep. ad Philipp.

Tulit Samuel cornu olei, & unxit eum. 1. Reg. 16. 13. Si ergo coronam regni vis habere in celo, oleò misericordiæ ungi debes in Mundo. S. Bonaventura l. 3. D. 12. Pent. vide 1. Machab. 2. 57.

Ne ponat, oro, Dominus meus Rex &c. 1. Reg. 25. 25. Unde novit Abigail David regem fore? an à Samuele? an à fama publica? Putat id Abulensis, & addit: eum inclinaret ad clementiam, vocavit regem: quasi virtus hæc regum nota esset genuina. Velloso in Judith 6. Paran. 9.

Quid vis Esther regina. Eth. 5. 3. Nulli melius dicitur regina, quam ubi, etiam cum suo periculo, nititur populum à morte liberare. Baeza tom. 2. l. 6. c. 1. §. 25.

Introduxit me rex in cellaria sua. Cant. 13. *exaltabimus, & letabimur in te, memores uberum tuorum.* Quid regi cum uberibus? si regem verum ostendere curat, quomodo possit ab uberum memoria abstinere? Verus rex est? ergo mater subditorum. Efcobar tr. 6. Par. Chr. l. 9. vinea. Sect. 1. Obs. 1.

David

David in sua misericordia consecutus est sedem regni in scula. 1. Machab. 2. 57. Ecce misericordia facit nos reges coelestes. S. Bonaventura l. 2. D. 2. Pent.

Ex Patribus, & aliis.

Hanc itaque suscipiamus artem, & scientiam, & obeamus. Melius est enim hanc scire, quam esse regem, & diademate coronari. S. Chrysof. hom. 33. ad pop. Antioch.

Si quis principem laudare velit, nihil illi adeo decorum adscribet, atque misericordiam: principatus enim proprium est, misereri. S. Chryf. l. 4. in c. 1. Philipp.

Lex ejus vocatur *lex clementia* Prov. 31. 26. Et in signum clementiae unguuntur reges Christiani. S. Thom. Aqu. opusc. 38. de erudit. princip. c. 14.

S. Rupertus confert potestatem, quam contulit Christus Apostolis ad ejectiones spiritus immundos, languores &c. potestati à Deo datae Moyfi in producendis ranis, & reliquis plagis; & illam huic profert: quia, inquit, non adeo vicina salutis humanae potestas operata est. Ad ditque, ubi major clementiae gratia, ibi sine dubio major venerandae potestatis dignitas. l. in volum. 4. Evang. c. 21.

Pastoralis ars ad regnum est praeludium, ideo reges cognominantur pastores ovium. Philo. l. 1. de vita Moyf. Dum pascunt, regunt, non regerent, nisi pavissent. Subditis alimenta praebere, est impetii robur. Naxera in Jos. 1. §. 66.

Leo l. Imp. cum adhuc privatus ageret, in itinere caeco cuidam sitienti dux viae fuit, & potum quaesivit. Cumque diu non inveniret, B. Virgo voce caelitus lapsa aquam ei in luto monstravit; promisitque, quod luto caeci oculis illud eum illuminaret; ac tandem Imperium ei promisit. Baron. A. C. 457. apud Cornelium in Ezech. c. 18. 7.

Alphonfus rex Aragonum in Symbolo habuit lumen ardens cum Lem: *Alius servio tibi consumor.* Ludovicus XI. Rex Gallia habuit pro Symbolo Pelicanum revocantem ad vitam pullos suos cum Lem: *Sanguis meus estis, vivite.*

Historiae Indicae narrat: apud Peruanos Ingas reges, antequam regnum adeant, per dies aliquot laeris indutos vestibus, velut pauperes, & mendicos, per urbem incedere: ut indicent, paupertatem, & pauperes, sibi cordi, curaque esse, & fore. Cornelius in Ecclae 4. 16.

Diademata olim erant fasciae, ex lino, seu bysso; quibus regum capita obligabantur, ut habeant, ajunt nonnulli, quod subjectorum vulnera adstringant, medicosque se eorum esse sciant. De ultreman l. 1. c. 5. Sect. 6.

§. V.

Ob Misericordiam Christus Dominus rex.

Dominus excelsus, terribilis, rex magnus super omnem terram. Pf. 46. 3. Erat etiam antea magnus; sed ignorabatur. *Mundus per ipsum factus est, & mundus cum*

non cognovit. Nunc autem hoc quoque praclare gessit, quod, nos sibi familiaritate jungendo, Rex magnus effectus est. Quidni enim magnus; qui pauperes piscatores, illi eratos, privatos, numero undecim, obscuros, peregrinos, piscibus magis mutos, unicum tunicam habentes, calceis carentes, nudos, per universoni terrarum orbem misit, & velut mandatò omnes cepit. S. Chysof. hic.

Deus judicium suo Regida. - judicabit pauperes populi coram illo Aethyopes procedent. Pf. 7. 1. &c. Cur? *quia liberabit pauperem à potente.* Oliva. l. 1. Strom. §. Natus est nobis hodie Salvator.

Liber generationis Jesu Christi filii David. Matth. 1. 1. Cur non ponit titulos splendidiore divinitatis? majori gloriatur titulo Jesu Salvatoris. Velloso in Judith. 5. Paræn. 26.

Quipascet (regat) Populum meum Israel. Matth. 26. Pascet, dixit; non tyrannidem exercebit, vel devorabit. Alii enim reges, non pastores, sed lupi, sunt: Christum autem Pastor. Theophylactus hic.

Pater noster, qui es in caelis - adveniat regnum tuum. Matth. 6. 9. 10. Si rex est, cujus regnum ad nos ad venire postulas; cur non potius regem, quam Patrem vocas? Quia, si rex verus, debet se Patrem hominum exhibere. Escobar t. 6. Par. Chr. l. 9. Sect. 1. Obs. 1.

Ecce Rex tuus venit tibi. Matth. 21. 5. Id est, ad utilitatem tuam. S. Thom. Aqu. D. 1. Adv.

Homo erat pater familias, qui plantavit vineam. Matth. 21. 33. Sivinea Domini regnum est, juxta illud: *auferetur à vobis regnum Dei.* v. 43. aptius dixisset: erat Rex, qui plantavit vineam. Sed, o quam apte! homo erat Pater: quia, si rex est, nihil sic regis optimi explicat proprietates, quam se patrem gerere subditorum. Escob. l. 6. Par. Chr. l. 9. hic.

Regnabit in domo Jacob. Luc. 1. 32. Cur non dixit: regnabit in domo Abraham, aut Isaac? si Abraham, & Isaac, Patres Domini vocantur? Respondet Salmeron: non in domo Abraham, in qua Israel pugnat cum Isaac, nec in domo Isaac, ubi Esau persequitur Jacob; sed in domo Jacob, quae caeteris sanctior. Quomodo domus Jacob potest caeteris sanctior vocari, in qua tot filii iniqui? Crediderim domum Jacob commendari ex Pastoritio ministerio. Gen. 31. 41. viginti annis fui tecum; oves tuae &c. In domo tam boni Pastoris regnare dignatur, ut ostendat, tunc Dominum dici regnare, cum boni Pastoris pietas regnum tenet. Id. t. 3. Colloq. Chr. l. 9. Obs. 2.

Memento mei, cum veneris in regnum tuum. Luc. 23. 42. Quò jure, quà confidentià, id petit? cum in regno suo fuerit: ex eo enim, quod rex est, tenetur mei misereri; ipsum regnum est ei excitamentum, ut mei meminerit. Sylveira hic.

Ego sum pastor bonus &c. Joan. 10. 11. Cur Character boni pastoris non est, ut honoretur; sed quod pro ovibus, det animam? S. Chry-

S. Chryf. in Pl. 113. hoc maxime ostendit principem; quod scilicet suorum curam gerat, eisque provideat, ac prospiciat: ideo dicebat Christus pastor bonus; non dixit honoratur, colitur; sed animam suam dat pro ovibus suis. Hoc est principatus, hoc est pacendi scientia: sua negligere; & eorum, quos regit, curam gerere. Id. hic.

Benedictus qui venit in nomine Domini Rex Israel. Joan. 12. 13. Quid fuit Domino, regem esse Israel? non enim rex Israel est ad exigendum tributum, vel ferrò exercitum armandum, hostesque debellandos; sed rex Israel, quod mentem regat, quòd in æterna constulat, quòd in regnum cœlorum credentes, sperantes, amantesque, perducat. V. Beda hic.

Nunc regnum meum non est hinc. Joan. 18. 36. ut si non est nunc, omnino fiet impostertum: nam nondum Ecclesia collecta de Judæis, & gentibus erat; nondum mortuus erat, nondum fluxerat sanguis ex latere, nondum novitas resurrectionis, & Christi ferri regni, claruerat; nondum missus erat Spiritus S. Simon Cast. l. 13. hic.

Princeps regum terra. Apoc. 15. 5. Cùm dicitur princeps & rex regum, subiungit: *La- vit nos in sanguine suo;* pro nobis scilicet moriens. Si princeps, rex, ubi corona purpura? sceptrum? *La vit nos &c.* Sylveira in Joan. c. 37.

Tu verè solus es Dominus; ejus dominari super nos hoc est, Salvare nos: nostrum verò servire tibi, nihil est aliud, quàm à te salvari. S. Bernardus l. de amore c. 6.

§. VI.

*Misericors est prudens, sapiens.**Ex Veteri.*

Nomen uni Phison: ipse est, qui circum omnem terram Hevilath, ubi nascitur aurum. Gen. 2. 11. S. Ambr. l. de par. c. 3. Phison prudentia est; & ideo habet aurum optimum. - Non enim angusta quædam, sed dives utilitatum prudentia est, quæ pluribus profit; ideo prima. Ut, si quis de paradiso fuerit egressus, velut quoddam eum prudentiæ flumen excipiat, nè citò possit arefcere; sed per hanc ad paradysum, facillè revertatur. Arcones in ll. 3. Disc. 2.

Ita ad Joseph. Gen. 41. 55. Cassiodorus l. 5. var. ep. 3. cùm Pharao de periculo futuræ famis inauditis somniis urgeretur; nec visionem tantam humanum posset revelare consilium; Joseph vir beatus inventus est, qui & futura veraciter prædiceret; & periclitanti populo prudentissimè subveniret. Ipse ad hoc gloriæ culmen evectus; ut per sapientiam conferret plus populis, quod præstant non potuerat potentia dominantis.

Os suum aperuit Sapientia. manum suam aperuit inopi &c. Prov. 31. 26. 20. Sapientia vult habere misericordiam, non solum in affectu, sed etiam in affectu. S. Bonav. f. 2. In hexam. Vox aperuit, eum clausum habere os, & ob signatum silentiò, quod nil nisi clavis sapientiæ referet. Rursum *ly aperuit sapientia.* innuit; sapientiam habitare in corde ejus, illudque quasi animare, movere, & regere; ut non tam virago, quàm sapientia ipsa per os ejus loqui, & per manus ejus operari, videatur. Cornelius hic.

Polyanth. Sacr. Tom. II.

Et lex clementia in lingua ejus. Prov. 31. 26. Septuag. *lex elemosina, & misericordia;* vel cum Tigurina: *beneficentia.* q. d. virago hæc assidue in lingua, æquè ac in mente, & manu, nomen habet elemosina: quia assidue eam omnibus commendat; jubetque suos nulli eam petenti denegare. Cornelius hic.

Odio habui omnem laborem meum, quem laboro sub sole; quoniam relinquam ipsum homini post me venturo. Et quis scit? *sapientia futurus sit, an stultus?* Eccl. 2. 14. Quare hoc dicat, contemplandum nobis relinquit: quia videlicet melius est, nos ipsos, dum sumus in vita, dispensare divitias nostras in pauperum necessitates; ut ita thesaurum habeamus indeficientem in cœlis; quàm aliis in hereditatem transmittere; qualescunque demum illos fore contingat. Olympiodorus hic.

Beatus, qui invenit amicum verum. Eccl. 25. 12. Græca pro amicum habet *opoviviv,* id est, *prudentiam.* Unde Tigurina: *beatus, qui prudentiam assecutus est.* Syr. *beatus, qui invenit misericordiam.*

Requiescet super eum spiritus sapientia. Il. 11. 2. Spiritus sapientiæ, sive sapientia, est donum, sive virtus Christiana; quæ contemplatur divina, & æterna; & secundum ea de rebus omnibus judicamus. Scientia est donum, seu virtus; quò cognoscimus temporalia ad salutem conducibilia; & modum, illis bene utendi. Cornelius hic.

Ex Novo.

Obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham. Matth. 2. 11. offeramus ei de thesauro corporis myrrham, de thesauro cordis odoriferum thus. Aurum illi offert, qui temporales divitias, quas possidet, in toto, vel in parte, Deo dicat; vel pauperum usibus tribuit. S. Thom. Vill. f. in Epiph. D.

Fiat voluntas tua. Matth. 6. 10. Donum consilium, virtus misericordia, beatitudo misericordiæ consecutio. q. d. da nobis spiritum consilii, ut faciamus voluntatem tuam, maxime misericordiam; quatenus misericordiam consequamur, S. Bonavent. hic.

Quis puerus est fidelis servus & prudens. Matth. 24. 45. Non dicitur divitarum Dominus, sed Domini servus, ut facultates illius dispenset. Infidelis est, qui sibi à Deo commissam non dat pauperibus. Dicitur etiam prudens: quia summa stultitia opes sibi servare, nullò reportatò lucrò. Pinna. Eth. 49.

Ita advententes. Matth. 25. 9. Nondum advenit sponsus; ut timendum sit, quis tibi de suo daturus sit oleo. Adhuc licet, ut emas, ut recondas. Neque enim dum est, qui dicat, *nè non sufficiat nobis, & vobis:* sed adhuc multi sunt, qui vendunt; nudi scilicet, esuriientes, agroti, qui que in carceribus sunt. Pasce illos, istos vestibus indue, jacentes visita: quæ si feceris, accurret oleum uberiore copiâ, quàm soleant aquarum fontes. S. Chrysof. f. 18. in c. 10. ad Rom. Colligamus abundè oleum, si cum sponso ingredi volumus; sin minus, excludemur. Et subdit: impossibile enim, impossibile est, etsi innumera faciamus bona, sinè elemosinâ cœlestis regni vel vestibulum quidem attingere, Id. hom. 22. in Joan.

M

Pru.

Prudentes autem &c. lb. Virgines sunt quis Fideles, prudentes illi, qui habent fidem cum operibus misericordiae. Ità Orig. S. Hilarius.

Quid faciam? Luc. 12. 17. Parata tibi responsio fuerat: esurientium animas explebo; aperiam horrea, & omnes vocabo pauperes. Imitabor Joseph, humanitatis laudibus vocem emittam magnificam: quicumque panibus egetis, venite ad horrea mea. S. Basilus f. in divites avaros. Idem ait S. Zeno f. de divite.

Laudavit Dominus villicum iniquitatis. Luc. 16. 8. Prudentem dispensatorem dicit misericordem; ut qui multa paucis emat; pecuniis coelum, veste regnum; pane, & poculo frigida, bona futura. S. Chrysof. in Pf. 111.

Quid faciam? lb. Scilicet vel labore, vel mendicitate. Significat consilium hominis de aeterna vita, non quaerenda labore jejuniorum, nec mendicitate orationum. Et verè, cum comminatio mortis adest, jejuna non valemus; & orare erubescimus, consciū malae actae totius vitae: nulla enim suppetit ratio, ut exaudiamur. *Scio quid faciam.* Consilium optimum iniiit deliberando tertiam viam, scilicet elemosynarum. Cajetanus hic.

Elemosyna, quae datur in vita, est sicut lucerna, quae praecedit te, nè cadas in lutum, vel foveam. Quae post mortem datur; fertur post tergum, quae non custodit. Geminiani l. 9. c. 21.

§. VII.

Immisericors est imprudens stultus.

Quid prodest stulto habere divitias? Prov. 17. 16. Significat Salomon, divitias sine sapientia esse inutiles, & vanas; imò noxias: eò quòd à Sapiente per sapientiam in opera utilia pietatis sapienter debeant expendi. Aristoteles l. 2. Rhet. c. 16. divitiarum nihil aliud ferè sunt, quam felix amentia. Cornelius hic.

Labor stultorum affliget eos, qui nesciunt in urbem pergere. Eccl. 10. 15. Et metaphora à mancipiis damnatis ad labores, vel in ergastulis, vel in agris, vel in fodinis, metallorum: qui, cum ibi viam laboriosam degant, ignorant viam in urbem; ut in ea vitam civilem, facilem, agant &c. aut à viatoribus, & peregrinis, qui cum viam rectam, & compendiosam, in urbem, ad quam tendunt ignorent; per circuitus vel ferò, vel nunquam, perveniunt. Simili modo stultus laborat, ut sapienter, & feliciter vivat; sed frustra: quia viam in urbem, id est, rationem, & methodum sapientiae ignorat. Nescit sapienter res suas exequi; nescit quā in re sita sit sapientia: quærit enim eam in libertate, gulā, luxuriā &c. cum sita sit in sapientia, prudentia, & virtute. Cornelius hic.

Quinque autem ex eis erant fatuae. Matth. 25. 2. Sicut lucernae lumen retinetur oleo; & consumptò eò, ipsum quoque unā consumptum evanescit, ita etiam spiritus gratia, quantisper habemus opera bona, & crebris elemosynis animam rigamus; manet, non aliter, quam flammā oleo retenta: quae si non adsint, recedit à nobis. Quod etiam quinque illis virginibus accidit; propter hoc etiam stultae sunt appellatae. Et merito: quoniam eum impotentiores cupiditates vicissent; à minus valida sunt victae. Naturae violentiam superaverunt, rabidam insaniam frānaverunt, cupidinum fluitus sedaverunt, in terra degentes angelicam vi-

tam vixerunt: & post tantos labores, pecuniarum cupiditatem non superaverunt. S. Chrysof. tom. 6. f. de Verb. Apof.

Quid faciam? quia non habeo, quòd congregem fructus meos. Stulte, hac nocte &c. Luc. 12. 17. 20. Stultum se exhibet, toties inculcando, illa bona non esse locata, sed propria: fructus meos, horrea mea, omnia, quae nata sunt mihi, bona mea. V. Beda: non in eo reprehenditur dives, quòd terram coluerit, natosve in ea fructus in horrea collegerit; sed quòd fructus suos, sua bona computans, non pauperibus erogaverit; sed suae in futurum luxuria reservare studuerit. Escobar. t. 6. Par. Ch. f. 2. Obf. 2. Stultus dicitur dives, ex eo; quòd peritura congregat, non servanda reponit, & communia redigit in privatam. Simon Cass. l. 6. c. 11.

Quid faciam? lb. Ex te ipso captas consilium? planè imprudenti uteris consiliario. S. Basilus hom. in divites. quia avari usus consiliò inutili, imò noxiò, Baeza t. 2. l. 11. c. 2. §. 16.

Hac nocte animam tuam repetunt à te. lb. v. 20. nocte anima avari repositur; quae à tenebris incipit, & in tenebris perseverat. Avaro semper nox. S. Ambros. l. de Naboth c. 4. Convenienter hac nocte inquit: quia, fugiens misericordiae lucem, avaritia tenebris se manciperaverat. S. Chrysof. f. 104.

Non est sapientia, ubi deest charitas: suum quippe Verbum diffundit lumen, ubi suum praestat amorem. S. Laurent. Just. l. de casto. con. c. 18.

§. VIII.

Misericors sibi ipsi benefacit, & prodest.

Num. 1. Symbola.

Comparatur fonti.

Divitia si affluant, nolite cor apponere, inquit Pf. 61. 11. tu autem affluentes retines, & exitus obstruis. Deinde sic coacta, & occlusa, & quasi stagnantes, quid tibi faciunt? Putei continuo exhausti, & copiosiore, & pulchriore admodum fluunt aqua; dimissi verò, & quieti, facile putent. Sic & opes condita, quiescentes; inutiles: mota autem, & translata, fructum pariunt, maximè que usui sunt. S. Basil. f. in div. avaros.

Deriventur fontes tui foras. Prov. 5. 16. Cajetanus: ex facultatibus tuis largas disperse elemosynas. Sapientiae, & virtutis nostrae, fontes foras derivamus; cum alios docemus, bene consulimus, monemus, in sanctitate formamus. Cornelius hic.

Et sicut fons aquarum, cujus non deficient aquae. Il. 58. 11. Aptè misericors comparatur fonti: sicut enim fons omnibus suam aquam largiter communicat, nec tamen deficit; ita misericors. Id. hic, Putei, qui exhauriuntur, emittunt aquam magis perspicuam: corrumpuntur autem ii, quorum nullus est particeps. Clemens Alex. l. 1. Strom.

Puteus. Lem. *Hauriendo salubrior.* S. Ambros. Tibi proficit, quidquid inopi contuleris; tibi crescit, quidquid pauperi erogaveris. Picinelli.

Puteus. Lem. *Motu clarior.* Qui sicut aqua frequentè haustu fit limpidiore; ita liberalitas, si amici crebro hauriant. Guido Ferrarius Card. Masenius.

Misericors comparatur agro, & semini.

Qui metit mercedem accipit, ut & qui seminat, simul gaudeat, & qui metit. Joan.

Joan. 4. 36. Non seminantem, sed metentem, gaudere scriptura affirmat. Pl. 125. 6. *Euntes ibant venientes autem venient cum exultatione &c. Letabuntur coram te, sicut qui letantur in messe.* Il. 9. 3.

Qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. 2. Cor. 9. 6. Eleemosynam vocat benedictionem: quia sola eleemosyna specificabitur in illa ultima benedictione: venite benedicti Patris mei. Matth. 25. Diez Eleemosyna.

Imitamini terram; adferte, quemadmodum & illa, fructus cum fenore: ne pejor velis esse virtute, cum ratione sis potior. Illa, in quam, non in suum usum, aut commodum, opes; sed in tuam ministrare contendit. Quemadmodum frumentum in terram cadens luctum projicienti parit; sic & panis in esurientem projectus multam impostum tibi reddet utilitatem. S. Basilus l. in div. avar.

Quando seminandum est, non magnificis, quod evacuas fructuum veterum promptuaria; sed ad messis futuræ fructum spectas; idque cum eventum, nescias: nam & rubigo, & calamitas, & locustæ & aeris intemperies, quandoque spes nostras frustrabatur. Cum vero in cælum est semen jaciendum, ubi nullæ sunt tempestates, nullæ insidiæ, nullæ læsio; tergiversaris, ac procrastinas? si terra reddit, quod sibi est creditum; multo magis Dei manus, quæcunque acceperit, magno cum fenore est redditura. S. Chrysostr. t. 6. l. 2. de Verb. Apof.

Alia Symbola.

Stetit itaque sol in medio cæli. Jos. 10. 13. Stat sol in obsequium Gabaonitarum; sed sibi etiam stat, & longuiorem lucratur lucem. Citius occideret, ni Gabaonitis auxiliaretur. Liberalis sibi salutaris. Naxera hic. §. 44.

Erit tanquam lignum &c. & omnia, quæcumque faciet, prosperabuntur. Pl. 1. 3. Arbor tota, aliis servit, sibi nihil: sic justus charitate flagrans, sui que oblitus, res aliorum procurat. & hinc ille proficit. Didacus Niff. l. in die Cin.

Vade ad formicam. Prov. 6. 6. Post hunc versum de formicis adjungitur similis de apibus apud Septuag. aut *vade ad apem, & discet, quomodo operaria est.* E Latinis eundem versum citat, S. Ambrosius, & Hieronymus. Et Paulinus ep. 21. ad Amandum: commodè formicæ annectitur apis, quia utraque laboriosa; sed formica sibi soli; apis sibi, & aliis. Cornelius hic.

Si repleta fuerint nubes, imbrem super terram effundent. Eccl. 11. 3. Sensus est, ait Olympiodorus: sicut nubes jussu divinò imbrem super omnes homines spargunt; ita convenit eleemosynam cunctis hominibus impartiri. Unde illud Osee 13. 3. misericordia vestra quasi nubes matutina. Et Eccl. 35. 26. *speciosa misericordia Dei in tempore tribulationis, quasi nubes pluvia in tempore siccitatis.* Aptè eleemosyna nubi comparatur: quia sicut pluvia grata est nubi, ac nubem nubi rependit, dum in terra à se humectatâ, & radiis solis calefactâ,
Polyanth. Sacr. Tom. II.

vapores excitat; qui in aerem elevati in nube rursus concreseunt: sic pariter eleemosyna ditandem. Nubes misericordiæ nostræ in pauperes elicit, & provocat nubem misericordiæ divinæ; ut in nos gratias, & dona sua, pluati Cornelius hic.

Revera Dei est imago benefaciens, qua in re etiam ipse beneficiò afficitur; sicut gubernator simul servat, & servatur. Clemens Alex. l. 2. Strom.

Amarantus Mirum in eo, gaudere decerpi, & lætius renasci. Non marcescit: inde ei nomen. Plin. l. 18. c. 8.

Num. 2.

Sententia Biblica.

Alii dividunt propria. Prov. 11. 24. *Septuag. sunt, qui propria seminantis, plura faciunt: sunt autem, qui congregantes, minuuntur.* Sicut agricola, qui jactit semen, pro uno grano, vel modio, recipit viginti, triginta, imò subinde sexaginta, & centum, in copiosa messe; sic beneficus spargens opes in egenos. Cornelius hic.

Qui inebriat, ipse quoque inebriabitur. Ibid. v. 25. Hebr. & irrigans ipse jore, id est, pluvia est: id est, ipse aliis benefaciendo pluviam frugibus suis, ut lætissima, & copiosissima, evadant, inducit. Pagninus: qui irrigat, & inebriat; ipse irrigabitur, & inebriabitur. Inebriat, id est, affluenter largitur eleemosynam: sic ebrietas fumitur pro satietate, copiâ, & affluentia. Cant. 5. 1. Prov. 5. 19. Id. hic.

Fili, si habes, benefac tecum. Eccl. 14. 11. Syrus: *si habes, fili mi, ministra anime tue; & si habes, benefac tibi.*

Accipe bonum. Of. 14. 3. Accipe, id est, da bonum, quod à nobis vicissim accipias. Ad blandiendum enim artifices mendici dicunt, accipe, non da. q. d. da non tam nobis, quam tibi: quia nos illud tibi reddemus. Sic Pl. 67. 19. dicitur: *ascendisti in altum, &c. accepisti dona in hominibus.* Id est, dedisti; ut explicat Apostolus Eph. 4. 8. Cornelius hic.

Num. 3.

Exempla Biblica.

SI inveni in oculis tuis, ne transcas servum tuum. Gen. 18. 3. Hoc est admirabile. Beneficium, inquit, das, non accipis: verè enim ejusmodi res hospitalitas est; quâ magis accipit, quam dat, qui illam promptè, & alacriter exercet. S. Chrysostr. hom. 41. in Gen.

Vade in Sarepta præcepti enim ibi mulieri viduæ, ut pascat se. 3. Reg. 17. 9. Quando S. Eliam fame confectum ad domum viduæ Deus misit, ut beneficeret viduæ; ita disposuit: siquidem per ipsum Eliam in illa magna fame illam pavit. Diez. conc. 2. in Assumpt. V.

Faciamus hic tria tabernacula. Matth. 17. 4. Dionysius Carth. quæret: cur non dixit, faciamus hic sex tabernacula? hoc enim numerus præsentium postulat. Resp. quia putavit in illis tribus tabernaculis se, & duos discipulos, recipi posse, ac commorari: sic tamen,
M 2 ut ipse

ut ipse esset in tabernaculo sui magistri charissimi. Memor erat, quod suum negotium conficit, qui tractat alienum; de aliena habitatione sollicitus, hac ratione putat, optimam sibi fedem obtenturam. Didacus Nissl. f. in die Cin. §. 2.

Num. 4.

Sententia Patrum.

UNde illa vidua 4. Reg. 4. 7. liberata? nisi de augmento olei. In oleo misericordia intelligitur. S. Augustinus f. 2. D. 5. Trinit.

Certum est, unumquemque nostrum animam suam benefacere, quoties misericordiam suam inopia succurrit aliena. S. Leo f. 1. de Collectis. Theaurum enim suum condit in caelo, qui Christum pascit in paupere. Benignitatem itaque in hoc, & dispensationem divinae pietatis agnosce: idcirco enim te abundare voluit, ut per te alius non egeret. Calamitate affectum ut aurum amplectere; infirmam pauperis valetudinem ita fove; ut in ea sanitatem tuam, & salutem uxoris, & filiorum, & servorum, & totius denique familiae, sitam putes. S. Greg. Nissl. de pauperib. amandis.

Da pauperi, & des tibi: quia, quidquid pauperi dederis, tu habebis. S. Chrysol. f. 8.

Misericordiam volui Of. 6. Humanam misericordiam petit, ut largiatur divinam. Id. ib.

O fortis virtus! quae neminem spolians omnia rapis: omnia facis tua, & nemini auferis sua; dum bonum, quod in alio diligis, diligendo acquiris. Richardus à S. Viçt. tr. de grad. Char. c. 1.

§. IX.

Visa, & cognita miseria movent ad misericordiam.

Num. 1.

Deum & Filium ejus Incarnatum.

Vidi afflictionem populi mei, Ex. 37. Respice in me, & miserere mei. Pf. 24. 16. Quali misericordia per oculos prodiret. Escobar l. 1. mir. Chr. l. 3. Obs. 6.

Speciosa misericordia DEI in tempore tribulationis, quasi nubes pluviae tempore siccitatis. [Eccl. 35. 26. Nubes è terrenis vaporibus attrahuntur. Pf. 134. 7. educens nubes ab extremo terra: quia nostras videre miseria, misericordiam suam excitat. Pf. 102. 13. quoniam ipse cognovit signum nostrum. Octavianus in Eccl. 18.

Videns turbas misertus est eis. Matth. 9. 36. Observa: non dicit Evangelista, Iesus audiens, sed videns: plus enim ad commiserandum tangitur visu, quam auditu. Christus ipso solum conspectu populi miserè habentis per-motus est ad misericordiam, & commiserationem. Didacus Nissl. Phau. Græc. l. 2. c. 4.

Adducunt ei surdum. Marci 7. 32. Non sunt contenti pro absente loqui, sed oculis Iesu presentant. Ex humanis sic arguebant, quòd visa miseria divinam pietatem alliceret. Sylveira c. 3. hic.

Misericordiam motus super eam dixit illi: non fieri. Luc. 7. 13. Quæres: quid Christum ad hanc misericordiam moverit, cum, licet turba multa civitatis cum illa, tamen id ne-

mo rogaret. Respondet Euthymius: misericordiam motus est super illam, intuitus eam inconsolabiliter flentem. Si enim turba miserebatur; quanto magis fons misericordiae. Didacus Nissl. f. 2. D. 3. Quadr. §. 5.

Homo quidam hydropicus erat ante illum. Luc. 14. 2. Hydropicum, metu Judæorum, & Phariseorum, non ausum petere sanitatem in Sabbatho, sed ante Christum stetit; ut ex aspectu misertus sanaret eum, ait Euthymius. Apud Barradium t. 3. l. 3. c. 12. D. 16. Pent.

Conversus Dominus respexit Petrum. Luc. 22. 61. 62. Ille autem continuo egressus foras, flexit amarè. Hieron. nec enim fieri poterat, ut in negationis tenebris permaneret, quem lux respexerat Mundi.

Cum esses sub ficu, vidi te. Joan. 14. 8. Rupert. l. 2. in Joan. vidit non solum Philippum, sed omnes electos suos, dum essent sub ficu; vidit misericordiam suam oculis. Id est, cum primus parens illorum factus mandati transgressor, confusus ficus foliis pudenda contegeret; jam tunc vidit eos, & misertus est: jam disponebat misericorditer, quò illos ordine à prævaricationis reatu liberaret.

Cum sublevasset oculos. Joan. 6. 5. Sublevati oculi Iesu fenestra salutis, & patentes misericordiam janua sunt, per quas gratia, & veritas, emittitur: sublevatio oculorum Iesu præfens miserorum compassio est. S. Rupert. l. 6. hic.

Praeterea Iesus vidit hominem cæcum. Joan. 9. 1. Vidit cæcum, & lumine donavit: nec enim Dei oculi vident quos salute non sint donaturi. Hinc Pf. 79. 4. ostende faciem tuam, & salvi erimus. Ambros. aspectus Dei, salus nostra est; atque in ejus vultu nostrum est adiutorium. Habac. 3. 6. aspexit, & dissolvit gentes. August. l. 18. de Civ. c. 32. aspexit, hoc est, misertus est, & fecit penitentes. Escobar t. 1. Mir. Chr. l. 3. Sect. 1. Obs. 3.

Dicunt ei: Domine veni, & vide. Joan. 11. 34. Quid est vide? miserere: videt enim Dominus, quando miseretur. V. Beda hic.

Justitia meritum quaerit; misericordia misertiam intuetur. S. Bernardus ep. 12.

Num. 2.

Homines.

Ex Veteri.

Inclusit eum Dominus de foris. Gen. 7. 16. Et novem sic obstruxit, ut, quid aquis ageretur, Noè non videret. Quò id consilio? S. Chrysol. hom. 25. in Gen. ut nè posset justus videre communem hominum interitum; unde majori dolore conficeretur. Durus valde homo est, qui hominis lanienam siccis spectat oculis; cum vel Nero speculò smaragdino pugnas spectaret gladiatorum; ut viridi lenitate mulceret aspectum rerum foedissimarum, teste Plinio l. 37. c. 5. Velloso in Judith. 2. 6.

Joseph egressus est ad terram Aegypti, & circumivit omnes regiones Aegypti. Gen. 41. 45. 46. Ut scilicet propriis oculis misertiam subditorum aspiceret. Escobar t. 2. Perf. Chr. l. 5. Obs. 7.

Ibat per singulos annos circumiens Bethel. 1. Reg. 7. 16. Samuel rem suam non agebat, sed suorum; nè subditi adeundo Judicem sumptus facerent &c. Mendoza hic.

Non

Non parceret oculus tuus. Judith 2. 6. Verat feverè Nabuchodonosor, nè Holofernes flectatur aspectu gentis miseræ. Aut jugum, aut gladium, recipiant omnes; pereant, si non pereant. Suat oculi misericordiæ sedes: nam si homo non exiit hominem, videre non potest ficis oculis calamitatem alienam. Velloso hic.

Tunc Eliachim-circuivit omnem Israel. Judith 4. 11. Magnus omninò Sacerdos, qui populum sibi subditum adit; ut videat, alloquatur. Non alibi magnus vocatur, nisi cum urbes, pagos, provinciam lustrat totam, amore gentis agnoscendæ, monendæ. Id. hic. Par. 13.

Qui promus est ad misericordiam, benedictetur. Pro. 22. 9. Hebr. *bonus oculus*; vel potius *bonus oculo*. Chald. *qui bonum oculum habet*. Bonus oculo est, qui placidò, & benignò, oculo respicit pauperes. S. Chrysol. hom. 12. in ep. ap. Hebr. elemosyna, ac misericordia, est tanquam quadam aurea, ac vivens columba, placidum habens aspectum, & mitem oculum; nihil est illò oculo melius: itaque misericordiæ oculi obvenerunt columbini, placidi, benevoli. Adagium Arabum est, cent. 1. n. 80. liberalis, vicinus est Dei, vicinus hominis, vicinus paradisi, remotus ab igne Inferni. Cornelius hic.

EX NOVO.

Surge, & sta in medium. Luc. 6. 8. Carpebant curationem: qua in Sabbathis à Christo fiebat, prætextu religionis. Ut autem eos moliret ad misericordiam, jubet hominem surgere & in medium proflire: ut visâ miserâ compatiatur. S. Chrysol. hom. 62. in Matth. commotus misericordiâ dimisit eum. Matth. 18. 27. neque antequam supplicaret: ut calamitate suâ perductus facilis ad ignoscendum fieret. Pinna in Eccl. Ethol. 224.

Facebat ad januam ejus uteribus plenus. Luc. 16. 20. Quia nihil erat vox unius oris clamantis, ad aperiendum os divitis; corpus pauperis vulneribus Deus aperuit: ut in admonendo divite tot essent pauperis ora, quot vulnera. S. Chrysol. f. 121.

Sanat te Dominus Jesus. Act. 9. 34. Cur Petrus non interrogat hunc paralyticum, vis sanus fieri? Ipsa ejus miseria id Petro indicabat. Sylveira hic.

SENTENTIA PATRUM.

Non solas aures præbere debemus audiendis precantium vocibus, sed etiam oculos considerandis necessitatibus. Plus clamat operatori bono debilitas visâ, quam vox pauperi. Videntus est ille, qui te non videt, requirendus ille, qui erubescit videri. S. Ambros. l. 2. offic. c. 16.

Oculi sunt omnes illi, qui ad populum ducendum ordinati sunt: quid enim inter membra nostra præstantius est oculis. S. Greg. Nyss. hom. 7. in Cant.

Necesse est, ut amplius visâ permoveat, quam audita calamitas. Cassiod. l. 5. ep. 29.

§. X.

MISERICORDIA CHRISTO D. EXHIBETUR.

Alii autem cadebant ramos de arboribus & sternebant in via. Matth. 21. 8. Sterne in via ramos Olivarum, id est, opera misericordiæ pedibus ejus accommodes. Drogo Ost. de Sac. Pas.

Nihil invenit in ea, nisi folia tantum. Matth. 21. 19. Etiam illa ficus nobis cavenda est, de suæ infecunditatis exemplo; quam Dominus Jesus nihil habentem, quod esuriens sumeret, perpetuâ sterilitate damnavit: ut intelligeremus, quoniam qui esurientem non refecit, & egenum, illi denegat cibum: qui, quod pauperi est datum, sibi dixit impensum. S. Leo l. 7. de jejunio.

Emerunt aromata, ut venientes ungerent Jesum. Marci 16. 1. Tu quoque, si te induas viscera misericordiæ; liberalem, benignum, exhibens &c. Constat te quoque abundare unguentis optimis; nec caput, aut pedes Domini tantum, sed passim, quantum in te est, ungerere suscepisse totum corpus, quod est Ecclesia. S. Bernard. l. 12. in Cant.

Accipit eum in ulnas suas. Luc. 2. 28. Quid est, quòd Maria portat eum in utero, Joseph in humero in Ægyptum, Simeon in brachiis? Maria significat Prædicatores, Joseph poenitentes, Simeon bonos operatores. Si quis, autem est, qui porrigat panem esurienti, potum sitienti, cæteraque misericordiæ opera sollicitè impendat egenti; nonne ille rectè videtur eum portare in brachiis? S. Bernardus f. 8. in Brevibus. Alii portant Jesum in brachiis cum Simeone; qui faciunt opera misericordiæ. Hugo Card. in c. 3. Matth.

Pedes ejus & unguentò ungebat. Luc. 7. 38. In activa vita pedes tantum ungit Ecclesia; dum pauperibus, vel egenis, pro nomine ejus, cujus tanquam capitis infima membra sunt, corporalibus ministrat subsidiis: in contemplativa verò caput, & pedes, ejus gratiosius ungit; dum de fidei sanctorum radice, sive medullâ, Scripturarum, pium conficiens sermonem suaviter tractat. Rupertus ep. ad Canonem Abb. Pedes ungit, proximis misericorditer subveniendo. de Ponte in Cant. 1. Exh. 32. §. 2. Unctio pedum opera misericordiæ significavit: pauperes enim Domini sunt pedes; quibus adhuc ambulat in terra. Blesensis f. 23. de S. Magd.

§. XI.

MISERICORS MERETUR MISERICORDIAM.

Da misericordi. Eccl. 12. 4. Dionys. Carth. da illi, qui in alios misericors est. Jure enim apud nos misericordiam invenire debet, apud quem misericordiam alii invenerunt. Merentur fontes, ut iis mare aquas subministrat;

M 3

quo-

quoniam & ipsi in alios munifici aquas haurientibus suppeditant. Octavianus hic.

In hominem similem sibi non habet misericordiam, & de peccatis suis deprecatur? Eccl. 28. 4. q. d. quâ audaciâ, quâ presumptione, homo immisericors, & in similem sibi crudelis, poscet à Deo misericordiam; eamque non de uno, sed de multis, iisque gravissimis peccatis? Cornelius hic.

Veruntamen quod superest, date eleemosynam. Luc. 11. 41. Nec idem Christus hæc ait, quasi sola eleemosynarum largitio sit purgativa à vitiiis; sed quia inter remedia contra peccata, est quoddam præcipuum; & per appropriationem quandam, veniam desuper meretur: quia decens est, ut Deus sic faciat nobis, sicut nos facimus proximis nostris. *Beati misericordes, quoniam misericordiam consequentur.* Dionys. Carth. hic.

Erat quidam mendicus nomine Lazarus. Luc. 16. 20. Si dives epulo Lazaro inopi jacenti ad januam succurrisset, divinæ pietatis procul dubio expertus fuisset circa salutem documentum: eleemosyna enim plures iniquos divites ab aeterno liberavit exitio. S. August. l. 122. de temp. ô infelicitas generis humani! quàm multi divites inveniuntur, qui ebriosos magis, quàm oportet, cogunt bibere; & ante ostium pauperibus petentibus vel unum calicem aquæ dissimulant dare. S. Chrysol. l. 121. iste dives non pauperem, sed ipsam Dei misericordiam, despicit; ad januam suam Lazaro sic jacente. Efcobar t. 6. Par. Chr. l. 3. obl. 6. hic.

Dans autem illi manum, crexit eam. Act. 9. 41. Cur Petrus, qui mirabilia umbrâ suâ, & voce operabatur; ut hanc mulierem suscitaret, ejus manum apprehendit? Tabitha manus suas extendebat ad pauperes, ut eorum miseriam sublevaret: manus ergo contactu Apostolicò eleemosynæ fructum recipiat. Sylveira hic q. 34.

Ceciderant catena de manibus ejus. Act. 12. 7. Cur Angelus de manibus Petri velociter solvit catenas? Non poterat pati, quòd Petri manus amplissimâ potestate plenæ, alligata essent. Et quia manibus usus; opus fuerat supra Tabitham beneficam suscitando. Id. hic q. 12.

Vinum, & oleum, nè leseris. Apoc. 6. 6. Cur hæc singulariter libera esse debent ab omni calamitate? Luc. 10. 34. de Samaritanis; vinò & oleo, quæ in fervierant ad curanda egeni miseri vulnera. Ità Andreas Cæs. apud Sylveira hic: nè vinum, aut oleum, lædatur; jubetur: ut quæ illos sanare sint idonea, qui in latrones inciderunt.

Misereantur pauperum, qui sibi volunt parere Christum; faciles sint ad alimenta miserorum, qui cupiunt ad societatem pervenire Fidelium. Cibus egeni, regni cœlestis est pretium; & largitor temporalium, hæres efficitur æternorum &c. S. Leo l. 4. de collect. Unde autem exigua ista impendia tantâ æstimari taxatione meruerunt? nisi quia pondera operum charitatis lance pensantur. Idem.

Quamvis quis Fidelis sit, & castus, & sobrius,

& aliis moribus ornatus insignibus; misericors tamen si non est, misericordiam non meretur. Id. l. 5. de Coll.

Nec ulli rei potius, quàm humanitati, & commiserationi commiseratio, & humanitas, ab eo rependi solet. S. Gregor. Naz. or. 27. de paup. amore.

Discamus misericordes esse omnium causâ; maximè quoniam & nos multâ indigemus misericordiæ; & neque vivere putemus per id temporis, quò non misereamur. S. Chrysol. hom. 33. ad pop. Ant.

Impossibile est, ut misericordiam à Deo percipiant, qui eam proximo exhibere non curant. S. Bonaventura l. 82. Dom. 1. Pent. Homo, da Deo, quod vult; si vis tibi dari à Deo, quod vis. S. Chrysol. l. 8. Humanam misericordiam petit Deus ut largiatur divinam. S. Chrysol. l. 8.

§. XII.

Misericordiâ respiciens quatuor novissima.

Num. 1. Mortem.

Reverse est ad eum in arcam. Gen. 8. 9. Eleemosyna columba est illa, quæ ad vesperum revertitur ad Noë in diluvio, virentem olivæ ferens ramum; id est, fiduciam, lætitiâ, pacem sempiternam. Barradius t. 3. l. 4. c. 2. D. 8. Pent. Pennata est eleemosyna, & levis, aureas habens alas; ipsos supra modum delectans Angelos. S. Chrysol. hom. 7. de poenit. Columbam emiserat Noë, illa vesperi reversa viridem olivæ ramulum reportavit, ad obitûs nostri vesperam, ubi nos dolorum cinget diluvium, redibit argentem hæc columba; & ramum referet olivæ, fiduciam, pacem, lætitiâ, immortalem gloriam. Drexelius de Eleem. p. 3. l. 6. §. 1.

Dominus opem ferat illi super lectum doloris ejus. Pf. 40. 4. Lectum doloris diem mortis intelligamus: ille enim gravis est, & molestus peccatoribus propter metum Judicii. Sed in eo fert opem ei, qui est amator pauperum. S. Chrysol. hic.

Senectus mea, in misericordia uteri. Pf. 91. 11. Id est, vita matura habebit uberes fructus operum misericordiæ. Senes ad literam magis debent esse misericordes, propter multas rationes: videlicet quia dum deficit via, debent aliis impartiri viaticum. Quia deficient nundinæ hujus vitæ, quantum ad ipsos: undè debent emere de pecunia sua, quidquid possunt; quia navigantes appropinquant portui, ubi navis salvabitur, vel peribit. Quia omnia oportet eos dimittere. *Nihil int ulimus in hunc Mundum.* 1. Tim. 6. 7. Debent ire in longinquam regionem; unde debent sibi preparare viaticum. Vadit ad curiam; & ideo indiget amicis, & advocatis. Hugo Card. hic.

Ab auditione mala non timebit. Pf. 111. 7. Alius: nuntium malum non timebit. Nam si viderit morbum minitari, minimè extimescet. Et imminente morte non modò non metuit; sed etiam festinat quamprimum in ea loca conce-

concedere, ubi sunt ejus merces: ubi enim est thesaurus hominis, ibi cor ejus. Si enim mercatores, qui domum multa onera præmiserunt, properant quotidie suas divitias videre; multo magis hic, qui in coelo omnes suas facultates antea deposuit, volet à rebus præsentibus avulsus ad futuras festinare. S. Chrysof. hic.

Sola virtus comes est defunctorum. Sola nos sequitur misericordia, quæ celestium dux prævia mansionum, pecuniæ villis usurâ tabernacula defunctis acquirit æterna. S. Ambros. in Luc. 12.

Non memini, me legisse, mala morte mortuum, qui libenter opera pietatis exercuit: habet enim multos intercessores; & impossibile est, multorum preces non exaudiri. S. Hieron. ep. 2. ad Nepotianum.

Præveniens para tibi ipse sepulchrum: pulchrum sepulchrum pietas. Omnibus tibi circumpositis hinc abi, proprium ornatum divitiarum effice, habe illas tecum. Iidorus Clarius l. 1. or. 38.

Num. 2. Judicium.

In die mala liberabit eum Dominus. Pf. 40. 2. Non videbit diem malum, qui dies bonos habere pauperem fecit. Videbit diem malum, qui diem judicii sine advocacione pauperis intraverit. Sine causâ acculant peccata, quem pauper excusat. S. Chrysol. f. 14. hic.

Et capilli capitis ejus quasi lana munda. Dan. 7. 9. Lana capitis in throno præsentis, summam misericordiam in pauperes effusam indigat: charitate enim suâ scelerum multitudinem operuit; plagas flagitiorum lanâ, suo sanguine rubricatâ, abolevit &c. Quo in loco graviter objurgat potentiores immisericos; qui miseros sementes, & nudos, nec alimentis, nec veste, confortant. Unde hæc prima in Judicio disquisitio: *Esurivi &c.* Arcones in If. 3. Disc. 2.

Congregabit triticum suum in horreum. Matth. 3. 12. Per ventilabrum significatur divinum Judicium, quod Christus D. discernet bonos à malis. S. Casarius dial. 4. qui verò velut triticum nutritores proximorum fuerunt, & rectè virtutem perfecerunt; illos in horreum comportat. Sylveira addit. in Matth. 3. q. 4.

Ne forte non sufficiat vobis, & vobis. Matth. 25. 9. Bonæ virgines, cur tam duræ estis in sorores? tantillum olei procurastis; ut mei modicum aliis valeatis porrigere? sed instricti Judicis adventu quævis abundantia disparet. B. Casarius Arelat. hic: tantus terror, & tanta exinanitio, erit in die judicii; ut etiam illi, qui oleum misericordiarum intelligunt se abundantius præparasse; meruant, nè eis possit ad omnia peccata redimenda sufficere. Nemo tot meritorum cumulos repositos habebit; qui, dum ad tribunal Christi accedit, non dubitet, an satis sibi providerit? Quis plura congestit opera misericordiarum, quam Job? *oculus fuit cæcus &c.* c. 29. 15. omnium rerum sustinuit jacturam; & tamen ait c. 7. 21. *Si manè me quaesieris, non subsistam.* Bæza t. 3. l. 13. c. 1. §. 12.

Esurivi, & non dedistis mihi manducare. Matth. 25. 35. Cur hoc duntaxat peccatum commemoraturum se Dominus profiteatur? quòd hoc peccatum minus est, quam cætera peccata, excusabile: in aliis enim vel ignorantia, vel naturæ extimulatio, vel impetus animi; si non plenam ac veram; certè aliquam saltè inter homines afferre videntur excusationem: hic verò nihil horum intercedit. Iidorus Clarius l. 1. or. 11. In judicio extremo, ubi Dominus justos alloquitur, ordine primò & ut antesignanus, qui pauperem nutrit, accersitur. Qui panem ministravit, ante omnes promovetur: liberalis denique præ cæteris in vitam præmittitur. S. Basiliius f. 3. in div. avar.

Per unam Sabbathi unusquisque vestrum apud se ponat recondens, quòd ei bene placuerit. I. Cor. 16. 2. Sed nota, quòd paulò antè c. 15. 52. præmiserat: *in momento, in ictu oculi, & in novissima tuba, mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur.* S. Chrysof. f. de Coll. & eleemos. tomo 4. ani. madverte sensum, & ingenium Apostoli; quàm tempestivè ad hanc admonitionem accedit: cum enim meminisset futuri judicii, terribilisque illius sedis; tum de hoc reliquum sermonem informat. Didacus Nis. in Phœn. Græc. l. 3. c. 12.

Superexaltat misericordia judicium. Jac. 2. 13. Quid est hoc, fratres? superponitur misericordia judicio, in quo inventum fuerit opus misericordiarum. Et si habuerit aliquid fortè in judicio, quò puniatur; tanquam undâ misericordiarum peccati ignis extinguitur. S. August. in Pf. 143. Misericordia in foro judicario Domini locum superiorem obtinet: nam *misericordia superexaltat judicium.* Et ideo à foro justitiæ licitum est appellare ad forum misericordiarum. Hugo Card. in Matth. 5.

Dicturus causam in judicio Dei, Patronam tibi misericordiam, per quam liberari possis, assume. S. Chrysol. f. 8.

Gratis misericordiam sperat ibi, qui hic non fecerit misericordiam: currit ad præmium, qui facit misericordiam; qui non facit misericordiam, decurrit ad pœnam. Idem ibidem.

In judicio Divino misericordia est optima Advocata. *Conclude eleemosynam, & hæc pro te exorabit.* Eccl. 29. 15. Tunc certè plus valent preces misericordiarum, quàm omnium Sanctorum. S. Bonaventura f. 2. D. 1. Pent.

Ante judicium judicem donis occupa: da illi anam exercendæ humanitatis; suggere ignoscendi materiam. Novit Dominus pauperum manibus corruptentia munera sumere; novit exiguo munere prolixâ abolere supplicia: misericordiâ ignem extinguiamus. S. Basiliius Se-leuc. or. in illud ego sum pastor bonus.

Monendi sunt; ut attendant, quòd melius est, rationem reddere de misericordia, quàm justitiâ. B. Humbertus f. 24. ad Carthusienses.

Num.

Num. 3.
Infernum.

Statuet hœdos à sinistris Matth. 25. 33. Eos, qui à sinistris sunt, in ignem mittit, qui præparatus est diabolo. Quia enim compassionis expertes sunt diaboli; & hostiliter, & inimicè, erga nos affarti sunt; meritò idem supplicium habent, qui ejusdem voluntatis sunt. Theophylactus hic.

Erat quidam dives. Luc. 16. 19. Ille dives, ante cujus januam jacebat miserimus ulcerosus, non est dictus raptor rerum alienarum. Dives, inquit, erat; non dixerat pauperum oppressor, non pupillorum spoliator, non viduarum persecutor, nihil horum; sed: erat quidam dives. Quid magnum est? dives erat, de suo dives erat. Si vis audire crimen divitis illius, noli amplius querere, quàm audis à veritate: *dives erat, induebatur purpura, & hyssò* &c. Quod ergò ejus crimen? jacens ante januam ulcerosus, & non auditus: hoc enim apertè de illo dictum est, quòd immisericos erat. Propter hanc solam inhumanitatem, quâ contemnebat pauperem ante januam suam jacentem; nec congruè, digneque, pascebat; *mortuus est, & sepultus in inferno.* Desideravit guttam, qui non dedit micam. S. Aug. s. 19. de verb. Cap. Quæso vos pauperum inimici: an nescitis horum causâ in Sacro Evangelio poni, & commemorari exempla, omnia horrenda, & terribilia? nonnè graves illius cruciatus, & gemitus, recensentur, qui in bysso fuerat enutritus? Quid huic alter ei similis: nonnè cùm vesperi de matutinis deliciis cogitaret, tam inexpectatâ, & repentinâ, damnatus est morte; ut nè orientis quidem solis radium potuerit intueri? S. Gregor. Nyss. or. 1. de pauperib. a. mandis.

Ante fores gehennæ stat misericordia, & neminem permittit in carcerem mitti. S. August. lib. 50. hom. 30. Vide Eleemosyna.

Num. 4.
Paradisum, cœlum.

In ingressu oraculi fecit ostiola de lignis olivarum. 3. Reg. 6. 31. intima partis templi, quæ Sancta Sanctorum dicitur, & cœlum representat; ut scripsit Paulus ad Hebr. 9. 12. Per hoc significatur, misericordiam nobis ingressum in cœlum aperire. Ex monte olivarum ad cœlum ascendit Christus; ex monte misericordiæ ascendit Christianus. Aloysius Lipoman. in prato Spir. c. 185.

Beati misericordes. Matth. 5. 7. Misericordia est oliaria paradisi illa poterit Domino dicere: libera me ab omnibus tormentis, quia omni genere tormentorum punita sum. 2. Cor. 11. 29. *quis infirmatur* &c. Hugo Card. hic.

Vidi ego quosdam jejunantes, orantes, præteritorum pœnitentiâ suspirantes, omnem denique sine sumptu pietatem offendentes; egenibus verò nè obolum quidem præbentes,

Quid his cætera virtutum diligentia prodest? non propterea regnum consequentur. S. Basilus l. 2. in div. avaros.

§. XIII.

Misericordia extinguit peccata &c.

Vidua illa 4. Reg. 4. 5. unde liberata est, & debita solvit? nisi de augmento olei, & misericordiæ. S. Augustin. l. 206. de temp.

Ignem ardentem extinguit aqua; & eleemosyna resistit peccatis. Eccl. 3. 33. Aqua ergo misericordiæ comparatur. S. Maximus hom. 1. de elem.

Qui habet duas tunicas, det non habenti &c. Luc. 3. 11. Cùm Joannes B. pœnitentiam prædicaret, ipsi, quibus dixerat, *genimina viperarum &c.* dicebant: *quid faciemus?* quibus respondit: *qui habet &c.* Mira res! tam perditis, ut misericordiam Dei consequantur, præcipere, ut misericordes sint. Id. ib.

Veruntamen quod superest, date eleemosynam, & ecce omnia munda sunt vobis. Luc. 11. 41. Severè Christus reprehendit Pharisæos: *va vobis, qui diligitis primas cathedras &c.* post tot comminationes quis cogitaret aliquam his omnibus spem salutis superesse? & tamen ait Dominus: *veruntamen &c.* Diez. conc. 2. D. 4. adv.

§. XIV.

Misericordia evitat pœnas Dei, & alia mala.

Abcondit se Adam, & uxor ejus, à facie Domini Dei in medio ligni paradisi. Gen. 3. 8. Hoc lignum erat illud scientiæ boni, & mali, ut communiter tenent interpretes. Sed cur sub hac arbore se abscondit? an putat alicubi ab oculis Dei se latere posse? Confugit ad misericordem arborem, quæ seipsam denudaverat; ut nudos vestiret. Hinc fortè Deus puniturus ait ei: *ubi es?* exi foras à loco, in quo es, ut exponit Pereira; acsi Deus arboris misericordiam reveretur: nec enim sub tutela misericordiæ reum punire volebat. Id. ib.

Rahab exploratores Josue in Hiericho hospitio excepit, fideliter custodivit, ac dimisit. Jos. 2. 1. proinde domus ejus tota, & sola, ab Hebræis in clade servata est.

Ab auditione mala non timebit. Ps. 111. 7. alius: *nuntium malum non timebit.* Nam sive bellum viderit adventare, sive terræ motum oppida diruere; sive latrones, & murorum effossores, omnia eripere; sive Barbaros incurfiones facere; minimè (misericordis) extimescat: suas enim opes antea deposuit in loco tutissimo; & ex quo non possunt eripi. S. Chrysostomus hic.

Ini consilium. If. 16. 3. q. d. inquit S. Hieron. vis cladem evadere à Moab, Deumque tibi propitium, & protectorem, reddere? accipe consilium, quod suggero. *Pone, quasi noctem, ubram tuam in meridie; absconde fugientes.* Symbolicè: sicut meridiæ, & æstus,

stus, significat ingentem calamitatem (quia in meridie sol maxime urit) ita umbra & nox, significat ejus remedium, refugium, & refrigerium. Unde II. 4. 6. dicitur: *erit in umbraculum diei ab aestu*. Sensus ergo est: o Moabita, vultis esse salvi, vultis evadere manus Nabuchodonosoris? facite, quod dico: Israelitas cognatos, & vicinos vestros, patriâ exules, humaniter excipite, fovete, protegitte. Nota hic: optimum remedium, ad evadendam instantem afflictionem, & Dei vindictam, esse misericordiam. Vis evadere miseriam? esto misericors in miseros. Vis suscipi cœlo? suscipe peregrinum hospitio. Cornelius hic.

Arcifœda est continuo ficulnea. Matth. 21. 19. Cur hæc ficulnea maledicitur, & non potius illa paradisi? quæ humani generis ruina fuit. Arbor illa vetita, juxta Iidorum Pehul. Ambros. Athanas. ficus fuit. Cur ergo hæc non maledicitur? licet indignationem meruit, dum gulæ Evæ, & Adamî infervit; tamen bene sibi consuluit, dum nudis parentibus vestes exhibuit. Gen. 37. Sic elemosyna liberat hominem à maledictione, licet alius peccatis infectum. Sylveira Addit. hic.

Manducat Deus in cœlo panem, quem percipit pauper in terra. Sinobis in cœlo misericordia sit patrona, nihil nobis nocebit in terra. S. Chrysol. f. 42.

E contra male immisericordi.

Nutantes transferantur filii ejus &c. Pl. 108. 10. Audiri possunt supplicia horribiliora? In quem autem immitit plagas tam horridas? an in Cain fratricidam? an in Goliath? an in Dathan, & Abyron? &c. neminem ex his designat. In scopum tot arumharum illum ponit, qui ausus est conculcare abjectos, & inopes: *pro eo, quod non est recordatus facere misericordiam* v. 16. Oliva t. 2. conc. 21.

Ablavit eam, quæ erat absque misericordia. Of. 1. 8. Licet Deus tantoperè Hebræos dilexerit; quia tamen in proximos suos crudeles fuerunt, non occurrentes illis in necessitatibus eorum; eis consolationes, & particularia auxilia, abstulit. Diez f. 5. post Cin.

Hæc de causâ Deus omnipotens manum non aperit, quoniam fraternitatis charitatem oclusimus. Ob hoc & campi steriles, quoniam charitas friguit, aruit. Et quamquam supplicantium vox assidue clamat, attamen apud homines evanescit, & dissipatur: nam & nos rogantes minime audimus. S. Basilus f. 3. in div. avar.

§. XV.

Misericordia meretur benedictiones, gratias.

Abraham, & Loth, hospitales, Angelos habuerunt hospites. Gen. 18. & 19. Tobias, quia sepeliebat, vidit Raphaëlem. c. 12. 12. Act. 10. 2. &c. Cornelius ob elemosynas meruit Angelum loquentem, & converti. *Unâ Sabbathi &c.* Luc. 24. 1. Docemur: opera *Polyanth. Sacr. Tom. II.*

misericordiæ mereri conversationem cum Angelis. Stella in Luc. 24.

Panem suum esurienti dederit. Ezech. 18. 7. In fame Burgundia Ecdicius Senator ad quatuor millia pauperum continuo aluit. Unde ad eum vox de cœlo lapsa: Ecdici, quia fecisti rem hæc; tibi, & semini tuo, panis non deerit in sempiternum; eò quod obedieris verbis meis, & famem meam refecione pauperum satiaveris. Ità Gregor. Turon. 1. 2. hist. Franc. c. 24.

Venite benedicti. Matth. 25. 34. Non otiosè misericordes in remuneratione à Domino vocantur *benedicti*; nec eorum benedictio in particulari explicatur, an fuerit cœlestium? an terrenorum? an agri pleni? an frumenti, & vini? Quia misericordis benedictio perfecta est; omnes benedictiones complectens. Nazianz. or. de pauper. amore: dicit Dominus animæ tuæ: salus tua ego sum, & fides tua te salvum fecit. Et ecce sanus factus es; nec non omnia humanitatis verba; si solum te dolentibus viderit humanum. Bæza. t. 3. l. 13. c. 3. §. 6.

Date & dabitur vobis. Luc. 6. 38. Deus misericordibus, & liberalibus, etiam in temporalibus benedicit; estque commune dictum: qui non dat, quod amat; non capit, quod operat. Dionys. Carth. hic.

§. XVI.

Misericordia vocatur justitia, sanctitas.

UT habeas justitiam &c. Deut. 24. 13. id est, misericordiam. Dan. 4. 24. *peccata tua elemosynis.* Chald. *justitiâ, redime.* Prov. *Justitia*, id est, misericordia, *liberabit* Prov. 11. 4. *à morte*; præcessit enim; *non proderunt divitiæ* avarè recondita *in die ultionis.* Pl. 111. 9. *differit, dedit pauperibus; justitia*, id est, ex radice Hebræica, *elemosynâ ejus manet in saculum sæculi.* Cornelius in Deut. hic.

Periit sanctus. Mich. 7. 2. Hebr. *pius*. Chald. *misericos.* Tigurina *benignus.*

Attendite, nè justitiam vestram &c. Matth. 6. 1. Arab. *misericiordiam*, Chrysol. *elemosynam.*

§. XVII.

Misericordiæ honor, dignitas, præstantia.

Num 1.

Facit filium Dei.

ET species quarto similis filio Dei. Dan. 3. 92. Verum Filium Dei interpretatur Tertullianus, Augustinus, Rupertus: nimirum quia pueris illis, omni ope humanâ destitutis, pupillis denique, opem tulit; dignum potuit Rex existimare, qui aut Filius Dei videretur, aut esset. Octavianus in Eccl. c. 4.

Et eris tu, filius altissimi. Eccl. 4. 11. Magna hæc merces. Angeli natura omnes creatas alias dignitate præminet: quare Joannes

N

B. An-

B. *Angelus* dictus est Malach. 3. 1. Nunquam tamen tam præcellens natura filii Dei nomine dignata est. Hebr. 1. 5. *cui enim dixit aliquando Angelorum, filius meus es tu.* hunc autem titulum pupillorum patri tribuit. Octavianus hic.

Hic est Filius meus dilectus. Matth. 17. 5. Pater æternus Christum aspiciens in miserationibus prædivitem, solis in morem effulgentem; Filium suum esse inclamavit. Si Christus solem induit, bonis, & malis, exorientem; quid mirum, à Patre cœlesti Filii nomine decorari? Escobar t. 1. mir. Chr. l. 11. obf. 4.

Misericordia Dei maximè Deo similem facit: quia unus dicitur alteri similis, quando in facie assimilatur ei; nullum autem opus Dei nobis manifestius, quàm misericordia. S. Vincent. Ferr. l. 2. D. 15. Trinit.

Num. 2.

Varia ejusdem argumenti.

Et senectus mea in misericordia uberi. Ps. 91.

11. Diligenter attendo in Scripturis, ubi primum legerim senectutem. Adam 930. annis vixit; & tamen senex non dicitur: Mathusalem 960. annis vixit, & senex non dicitur. Venio usque ad diluvium; & post diluvium, per annorum fere tria millia, & nullum invenio, qui dictus est senex. Primus Abraham *senex* dicitur Gen. 24. 1. Et certè multò minoris ætatis fuit, quàm Mathusalem: sed propterea dicitur *senex*, quoniam *senectus* illius inuncta fuit oleo uberi. S. Hieron. hic. id est, bonis operibus charitatis. Mendoza in 1. Reg. 3. 1.

Initium via bona, facere justitiam. Prov. 16. 5. Salazar per justitiam accipit misericordiam. S. Chrylost. hom. 7. in Matth. vis corpus Christi honorare; non despicias ipsum nudum. Neque hic quidem in Ecclesia sericis pannis induas, foris autem frigore, ac nuditate, confici negligas: qui enim dixit, *hoc est corpus meum*, & rem simul cum verbo confecit; idem dixit: esurientem me vidistis & non cibastis. Hoc dico, non quia vitare velim talium vasorum oblationem; sed quia dignum putem ante omnia misericordiæ, & benignitatis, esse incumbendum. *Melius est nomen bonum, quàm divitiæ multæ: super argentum, & aurum gratia bona.* Prov. 22. 1. *Syrus pro auro, & argento, bona est misericordia.*

Odor vestimentorum tuorum, sicut odor thuris. Cant. 4. 11. Si sponfam dicas Ecclesiam, quæ ejus vestimenta? Lucas Abb. hic: vestimenta Ecclesiæ eos opinor intelligi, qui pauperes tegunt. Sed quis est odor eorum? sicut odor thuris. Cur thuris; non alterius odoris? Lucas cit: famam similem pronuntiat Spiritus S. eorum, qui sacrificium Dei efficiuntur, id est, Martyrum; eo quòd thus soli Deo in odorem suavitatis offerri justum sit. 1. Joan. 3. 16. *in hoc cognovimus, claritatem Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit; & nos debemus pro fratribus animas ponere.* mox subjicit: *qui habuerit substan-*

tiam hujus mundi. S. August. apud Hugonem Card. animam meam pro proximo pono; quando ori subtraho, quod pauperi impendo. Didacus Nis. Phœn. Græc. l. 3. c. 12.

Estote ergo vos perfecti &c. Matth. 5. 48. Lucas autem c. 6. 36. *estote misericordes &c.* Ex radice Hebr. *sanctum, & perfectum*, idem est, quod esse *misericordem*.

Factum est, ut portaretur ab Angelis in Sinum Abrahæ. Luc. 16. 22. Una ex causis, cur Limbus sinus Abrahæ dicitur, est; quia voluit Deus magnam Abrahæ misericordiam honorare. Quia Abraham tam liberalis erat in excipiendis peregrinis, & protegendis pauperibus, in Sinu eos gerens; voluit eum Dominus hoc honore afficere; ut ille locus, qui Sanctis Patribus in requiem designatus est, cognomen acciperet illius sinus, & cordis pii Abrahæ; quòd semper egenis patuit. Diez. conc. 2. in Assumpt. Virg.

Oleoginei colores imagini multum splendorem addunt: sic misericordia omnes virtutes illustrat. Diez. f. 5. D. 4. Quadr.

§. XVIII.

Misericordiam à quibus doceamur.

Corvis præcepi, ut pascant te. 1. Reg. 17.

4. &c. alit (Deus Eliam) corporum copiâ, ut quasi immundi animalis escam abominatus famis solvat sententiam: Vide mihi divinam sapientiam! Traducitur apud Sacros Scriptores corvus, ut animal pullorum odio laborans: nam cum foetum excluderint, repudiant, neglectâ nutricandi curâ. Sed quæ creaturam omnem pervadit, divina Providentia pullis ipsis corvorum, occultâ quâdam ratione, è minutis quibusdam animalibus escam parat. Mandabo, inquit, corvis, ut pascant te: qui proles produunt, hi tibi cibum metant. Nè igitur durior fueris corvis pullorum osoribus; nec istud illorum erga pullos odium tu erga Judæos imiteris. S. Basilius Seleuc. or. in S. Eliam. S. Chrylost. tom. 6. or. in Eliam, ait; cum à corvo sustentatum, à vidua, ab Angelo: ut exemplis misericordiæ Dei permotus peteret pluviam, & fertilitatem; quàm licet Deus sine precibus ejus dare potuisset, noluisse tamen ad eum honorandum.

Quòd toties in montem Oliveti Dominus ascendit; nos misericordiam diligere docebat, *eleos enim Græcè, Latine misericordia* dicitur. Matth. 21. 1, 24. 3, 26. 30. Luc. 19. 29. 21. 37.

Vince sævam complexionem, depone ferinum morem: nam Deus clemens creavit te, natura pia nutrit te, plana terra sustentat te. Dulci sanguine vivis, amicâ membrorum compagine subsistis & humorum tuorum pacis fœdere sociaris. Revera totus ordo naturæ ad pietatem te trahit. S. Cyrill. Apol. l. 1. c. 22.

Alexander V. P. adeò liberalis erat in pauperes; ut cum honoribus ejus benignitas creverit; ideòque dicere auditus sit: cum Episcopus essem, dives eram: cum Cardinalis; factus sum pauper: cum Pontifex; mendicus. Masen. l. 2. Argut ex Pegeo.

§. XIX.

§. XIX.

Varia alia motiva.

DE comedente exivit cibus, & de forti egressa dulcedo. Judic. 14. 14. Græcus: & de tristi. Tamen de forti hoc intelligitur: quia leo fortis est feritate; & qui ferus, tristis. Et de vobis, qui pecuniam devorastis, & avaritiam, exeat misericordia: hæc est enim esca egenorum. Et de tristi exeat dulce; ut dimittatis ei, quia non habet, unde solvat. S. Ambros. l. de Tob. c. 15.

Non occideretur quisquam in die hac. 1. Reg. 11. 13. q. d. ait Carthus. sicut misericordiam consecuti sumus à Domino: sic misericordiam debemus facere proximis nostris.

Ecce homo manum habens aridam. Matth. 12. 10. Multi & nunc aridas manus habent; hoc est, immisericordes sunt, & non communicant. Sed quando sermone Evangelicò docentur; extendunt eas, & communicant. Theophylactus hic.

Canes ante mensam impastos esse non patimur; & homines extrudimus? S. Ambros. offic. 3. c. 7.

Pro uno mandato divino, quod nos hortatur ad rigorem iustitiæ; sunt innumerabilia, tam in veteri, quam Novo Testamento; quæ ad misericordiam nos incitant. B. Humbertus l. 75.

§. XX.

Misericordia magis egentis prius succurrit.

Misericordiã tuã Domine plena est terra. Ps. 118. 64. Fortasse dicas: quã ratione dictum non est, misericordiã Domini plenum est cœlum? Licet auxiliò Domini fulciantur etiam cœlites, tamen non tantã ejus indigent misericordiã, quantã ea, quæ sunt inferiora, ac

terrenã: non enim illa carnis involucro vestiuntur, in qua est frequentis erroris illecebra. S. Ambros. Octon. 8. hic.

Hunc cum vidisset Jesus jacentem &c. Joan. 5. 6. specialiter hunc unum affatur, & curat; quia miserabilior fuit. Dionys. Carthus.

Miscellanea.

Longanimis. Ps. 102. 8. Cassiodorus legit: *patiens, & multum misericors*: nullus enim misericors, nisi qui & patiens. Id. hic.

Non est misericordata, & non est scientia Dei in terra. Os. 41. Et, id est, quia q. d. defectus scientiæ Dei, quasi luminis prædici, est causa, cur deficiat misericordia. Cornelius hic.

Et extendens Jesus manum, tetigit eum. Matth. 9. 3. Factum est hoc, ut ajunt Ambros. in Luc. Glossa Interl. Remigius, ad benignitatem Christi ostendendam; quæ nos docet; nullum proximum tædio, vel fastidio, nobis esse debere, licet miserrimum. Sylveira hic.

Ut venientes ungerent Jesum. Marci 16. 1. Non ad ungendam tantum aliquam corporis partem, pedes, aut caput; sed *ut venientes ungerent Jesum*, quod est totius corporis complexio. Tu quoque, si te induas viscera misericordiæ, liberalem, benignumque te exhibeas ad omnes. S. Bernardus l. 12. in Cant.

Nulli parvus est census, cui magnus est animus; nec de rei familiaris modo mensura miserationis pendet, ac pietatis. S. Leo f. 2. de Quadr.

Tria sunt, quæ in misericordiæ opere optanda sunt Christiano: ut possit facere, ut velit, ut compleat. S. Chrysol. hom. de misericordia, & duab. mulier. vid.

Invidia in alienis bonis est tristitia; misericordia autem tristitia in alienis malis. S. Gregor. Nys. l. 4. c. 12.

TITULUS XIX.

MISERICORDIA DEI.

§. I.

Figura, & Symbola.

Per dexteram.

LEVA ejus sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Cant. 2. 6. Læva sponsi iustitia est; quæ per timorem fuleit Ecclesiam, nè corruat in peccatum: dextera sponsi est misericordia; quæ per spem amplexatur, & consolatur Ecclesiam, nè desperet. *Sperantem in Domino misericordia circumdabit.* Hugo Card. hic.

Apparuit autem illi Angelus Domini stans à dextris altaris incens. Luc. 1. 11. quia divinæ insigne misericordiæ deferebat. S. Ambros. Dominus enim à dextris est mihi, nè commovear. Ps. 15. 8.

Polyanth. Sacr. Tom. II.

Et habebat in dextera sua stellas septem.

Apoc. 1. 16. Cur Joannes, cum describat singillatim omnia in Christo, solius sinistra mentionem non facit. Capillos, vestem, faciem, vocem, pedes, dexteram. Dextera significat misericordiam; & cœlestis regni redditionem, sinistra iustitiam, & pœnam. Hinc in Judicio Electi ad dexteram stabunt, reprobi ad sinistram. Ideo hic Christus D. dexteram stellas fulgentem ostendit, sinistram occultat; quia maxime gloriatur de misericordia; & hanc omnium oculis declarat; rigorem autem iustitiæ abscondit. Sylveira hic.

Posuit dexteram suam. Apoc. 1. 17. Hanc Deus suam vocat, non sinistram. Matth. 25. 33. *Statuet oves quidem à dextris suis, hædos autem à sinistris.* S. Bernardus l. 2. de Ascens. sedet ad dexteram, habens in dextera

N 2

mis.

misericiam multam nimis in dextera aquam, in sinistra ignem immobiliter tenens. Christus ex se misericors, & benefacit; ex nobis autem provenit, quod puniat, & damnet. Id. hic.

Alia Symbola ex Veteri.

Fluvius egrediebatur qui inde dividitur in quatuor capita. Gen. 2. 10. Sic infinitum divinae misericordiae flumen in quatuor distribuitur flumina, quae orbem irrigant, Primum est creationis, secundum gubernationis, tertium redemptionis, quartum glorificationis. Barradius t. 2. l. 10. c. 17. D. 6. Pent.

Arca fuit Ecclesia, Noë Christus, columna Spiritus S. olea folium divina benignitas, S. Chrysof. tom. 6. tr. in terrae motum.

Tunica talaris. Ex. 28. 2. 4. (Sacerdotis Aaron) viscera sunt misericordiae Dei nostri. S. Prosper. p. 2. c. 3.

Speciosa misericordia in tempore tribulationis, quasi nubes pluvia in tempore siccitatis. Eccl. 35. 26. *Educens nubes ab extremo terrae.* Pf. 134. 7. quia nostras videre miseras, misericordiam suam excitat. Octavianus hic.

Ex novo, & Patribus, & aliis.

Qui solem suum oriri facit &c. Matth. 5. 45. Sol est misericordia Dei, qui radios super universos effundit: nam ipse omnium proprio modo miseretur. Simon Cas. l. 1. c. 26.

Infundens oleum. Luc. 10. 34. Habes oleum divinae misericordiae, in quo foveas vulnera peccatorum: habes oleum gratiae, in quo mitiges morbos vitiorum; habes oleum gloriae, in quo lenias fatigationes certaminum. Richardus à S. Vict. tr. 3. de statu inter. hom. c. 8.

Jesus autem perrexit in montem Oliveti. Joan. 8. 1. Mons Oliveti sublimitatem Dominicae pietatis, & misericordiae, designat. Pergit Jesus in montem Oliveti; ut arcem misericordiae in se constare denuntiet. V. Beda hic.

Præcinctum ad mamillas zonâ aureâ. Apoc. 1. 13. Zonâ aureâ præcinctus; non circa lumbos; ut cæteri mortalium, ad comprimendas carnis illecebras sed ad pectus &c. circa mamillas: ut hinc ostendatur, opus nobis esse clementiâ, quæ justam Dei iram, quæ tolerari alioqui non posset, contineat. S. Andreas Cæsar. hic.

Iris erat in circuitu sedis, similis visioni Smaragdina. Apoc. 4. 3. Forsan per Smaragdum optimè exponitur misericordia Dei. Pinna. Erb. 34.

Sicut videns venientem accipitrem mater expandit alas suas, ut pulli subeant, & habeant tutum refugium; sic nobis parata, & quodammodo dilatatò sinu, extensa est summa illa, & ineffabilis pietas Domini nostri, S. Bernardus l. 4. in Pf. qui habitat.

as alas habet. Deus, misericordiam, & clementiam: per misericordiam peccatores Deus protegit; per charitatem justos. Hugo à S. Vict. in Pf. 16.

Misericordia manus Christi est, habens quinque digitos: longam expectationem, benignam conversionem, altam promotionem, spirituales affectionem, cœlestem fruitionem: hæc peccatores, hæc Magdalenam, erexit. S. Vincent. Ferr.

Sicut per hyemem rigor, & tempestas divinae justitiæ; ita per æstatem serenitas misericordiae significatur; dies ergo æstatis sunt beneficia divinae pietatis, S. Bonavent. l. 3. in Epiph. D.

Aquarii urna. Lem: *Nunquam desicient.* Arnoldus tr. de 7. verb. Non arceatur numerò, non clauditur sine. Nullas omnino metas habet divina clementia. Sit, qui invocet; erit, qui exaudiat: sit, qui peniteat; non deerit, qui indulgeat. Pieinelli.

§. II.

Dei est, misericordiae recordari.

ET recordatus est Deus Noe. Gen. 8. 1. Quid est, recordatus est? miserus est, dicere vult, iusti in arca agentis. S. Chrysof. hic hom. 26.

Recordatus quoque Dominus Rachelis, exaudivit eam. Gen. 30. 22. Quomodo recordatus est Rachelis, cum nullius rei, licet exigua, oblivisci possit? Abulens. dicitur humanò more: homines enim quando animos in miseris adjuvant, eorum recordari dicuntur. Deus autem, qui aliquando nos deserere videtur, licet non deserat; quando rursus nos adjuvat, nostri recordari dicitur. Recordatus igitur Rachelis est Deus, non quia unquam illius oblitus; sed quia modò miserus. Alvarez Illustr. 1. hic. Chaldaus: *& venit memoria Rachelis in conspectu Domini, & suscepit orationem ejus.*

Domine exercituum! si respiciens videris afflictionem famulae tuae, & recordatus mei fueris, nec oblitus ancilla tuae. 1. Reg. 1. 11.

Hac dicit Dominus: recordatus sum tui, miserans adolescentiam tuam. Jer. 2. 2.

§. III.

Misericordiae Dei est, videre, prospicere; est facies Christi.

Jam letus moriar, quia vidi faciem tuam. Gen. 46. 30. Facies Christi est ejus misericordia; de qua Ex. 33. 13. *Si inveni gratiam in conspectu tuo; ostende mihi faciem tuam.* Hugo Card. in Gen. hic.

Dominus de caelo prospexit. Pf. 13. 2. Prospicit; suam in nos benignitatem ostendens. S. Chrysof. hic.

Aspexit, & dissolvit gentes. Habac. 3. 6. Aspexit, hoc est, miserus est, & fecit penitentes. S. August. de Civ. l. 8. c. 22.

Osten-

Ostende faciem tuam, & salvi erimus. Pl. 79. 4. Aspectus Dei salus nostra est; atque in ejus vultu nostrum est adiutorium. S. Ambrosius.

Vidit hominem. Matth. 9. 9. Respexit Jesus Matthæum oculò corporali; sed multò profundius oculò pietatis internò, seu compassionis affectu; sicut respexit Petrum post trigram negationem. Dionys. Carth. hic.

§. IV.

*Misericordia Dei propria,**Ex Veteri.*

Hi sunt dii tui Israel. Ex. 32. 4. Vitulum populus fabricavit; sed non deslitit Deus à benignitate: negaverunt Deum homines, sed Deus seipsum non negavit. Isti, inquit, sunt dii tui Israel, & tamen pro amore suo Deus servat eos. S. Cyrill. Jerof. Catech. 2.

Hi sunt dii, qui percusserunt Egyptum omniplagà in deserto; confortamini, & estote viri Philistinum. 1. Reg. 4. 8. *Timueruntque valde Philistinum dicentes: venit Deus in castra.* ib. v. 7. Philistinorum Duces, ut milites timore prostratos in pugnam accendant, ajunt, *hi sunt dii &c.* Lyran. isti, ut excludant timorem ab aliis, hoc dicebant. Nè timeant ut Deum; tacent misericordem, percussorem vulgant; nec ineptè: nam Deus non esset, ni misericors. Naxera in Jos. 7. §. 25.

Vivit Dominus Deus Israel si erit annis his vos &c. 3. Reg. 17. 1. Benè committitur Eliæ pluviæ dispensatio: non enim divina Bonitas posset videre tantam hominum indigentiam, quia mox subveniret eis. S. Basilius Seleuc. or. 11. O lingua, quæ cælum frans! ô Domini in homines charitas! servo committit, res conditas gubernet. Reveritus siquidem est ardorem pietatis suæ, & Eliæ creaturæ habenas permisit. Baeza t. 2. l. 11. c. 2. §. 2.

Elias quidem in turbine raptus est. Eccl. 48. 13. Cur? nè peccatores videat; quos sustinere non potest. S. Basilius Seleuc. or. 11. de Elia, cum raperetur, ait in persona Dei: tibi peccantes cernere, grave spectaculum; mihi verò, qui sum Dominus, lex de humanitate præscripta est; meipsum debitorem clementiâ constitui. Tu ergò sub diversorium à peccato liberum, carne vestitus cum Angelis conversare: ego verò per incarnationem ad homines veniam; ego in eorum salutem curram, Baeza t. 2. l. 9. c. 3. §. 4.

Ut faciat opus suum. II. 28. 21. Opus proprium Dei est, misereri, & parcere, condonare: non suum, sed alienum est, irasci, punire. S. Hieron.

Nunquid oblivisci potest mulier infantem suum? II. 49. 15. quali misericordia matris in filios non tam sit opus liberæ voluntatis, quam opus naturæ. Et nihilominus vincit misericordiâ Deus cunctas matres. Baeza t. 2. l. 11. c. 2. §. 2.

Revertere avertitrix Israel, quia sanctus ego sum. Jerem. 3. 12. Hebr. & Sepuag. *quia misericors ego sum.*

Ex Novo, & Patribus.

Neminem voluit scire, & non potuit latere. Marci 7. 24. Hugo Card. hic. non potuit latere de misericordia. Sicut dicitur de homine largo; quod non potest concedere solus. Sylveira in Matth. 15. l. 6. c. 2. t. 4.

Non misit Deus Filium suum &c. Joan. 3. 17. Pius, benignus, & misericors, Deus est, qui vult homines salvos fieri: sed peccatores increduli eum ad judicandum trahunt. Iniquitas tribunal judiciale constituit; salvare vellet, non judicare. Simon. Cas. l. 11. c. 6.

Pater misericordiarum, & Deus totius consolationis. 2. Cor. 1. 3. Alibi sæpè vocatur Deus, dominator terra; vel Dominus cæli, & terra: ubi verò de misericordia ejus agitur; non Dominus, sed Pater dicitur misericordiarum. Quasi non possit dominari pro libitu suæ misericordiæ, eamque continere; sed sit opus naturæ. Baeza t. 2. l. 11. c. 2. §. 2.

Non Pater ultionum dicitur, sed misericordiarum: non modò, quod pater videatur misereri potius, quam indignari; sed quod miserendi causam sumat ex proprio, ulciscendi magis ex nostro. S. Bernardus l. 1. de Nat. Apud Velloso in Judith. 7. Paræn. 34.

Deus omnipotens, & clemens; cujus natura bonitas, cujus voluntas potentia, cujus opus misericordia. S. Leo l. 2. in solemn. Nat. D.

Religiosus carnifex stringit gladium. Patris erat, quod levavit; Dei fuit, quod pepercit. S. Zeno Veron. l. 3. agit de Abraham immolante filium. *Deus, cui proprium est, misereri semper, & parcere, canit Ecclesia.*

§. V.

*Misericordia Dei immensa, incomprehensibilis.**Ex Veteri.*

Osculatur est Joseph omnes fratres suos. Gen. 45. 15. Joseph autem venditores suos osculatur flendo, quando Christus suis peccatoribus reconciliatur plurimum miserando. S. Bonavent. l. 4. D. 5. Pent.

Congrega jumenta tua. Ex. 9. 19. Eccle clementiam Dei, qui, etiam irascens, iram clementiâ diluit, penamque mitigat. Cornelius hic.

Sit inter vos, & arcam, spatium cubitorum dutum millium. Jos. 3. 4. At Novi Testamenti arca Christus omnes accedit, omnibus se sociat. Bessus D. 3. Pent.

Ut inam appenderentur peccata mea, quibus iram merui. Job. 6. 2. Quantumcunque magnum peccatum sit, major est misericordia Dei. Quod si vis scire, pone peccata in statera crucis. Hugo Card. in Gen. 4.

Miserere mei Deus secundum magnam misericordiam tuam.

miser ricordiam tuam. Pl. 50. 1. Dei misericordia tanta est; ut nullâ oratione explicari possit, nullâ cogitatione comprehendi; mentemque omnem excedat, ac rationem superet. S. Chrysof. hic. Magnam quero misericordiam; quia non deceat tuam magnificentiam parva dare: imò exaudiri dignus non essem, si à magno parva peterem. Ego enim te illum alterum Magnum Alexandrum existimo, qui non attendis, quid me oporteat accipere, sed quid deceat te dare. Urbanus IV. P. in Pl. 50.

Emitte verbum suum, & liquefaciet ea. Pl. 147. 18. Non desperet nix, non desperet nebula, non desperet crystallum. De nive, tanquam de lana, conficitur & tunica. Nebula illa in poenitentia salutem invenit; quia, quos prædestinavit, illos & vocavit. Sed licet sine inter prædestinatos durissimi, & multò quasi tempore congelaverint, & crystallus facti sint; non erunt duri misericordiae Dei. *Emitte verbum suum &c.* S. August. hic. Excedit pietas Jesu omnem quantitatem, seu numerositatem. S. Bernardus f. 1. in Vigil. Nat. D.

Secundum magnitudinem ipsius, sic & misericordia illius cum ipso est. Eccl. 2. 23. Syrus: *sicut majestas ejus, ita & misericordia ejus.* Tigurina: *quanta majestas est ipse, tanta est ejusdem misericordia.* Significat Syracides hic; ex magnitudine majestatis, & potentiae, oriri magnitudinem divinæ misericordiae, & clementiae: magni enim animi, & celsæ indolis, est, iræ dominari, injuriis non moveri, peccantibus parcere; imò benefacere. Cornelius hic.

Quia non defecerunt miserationes ejus. Thren. 3. 22. quia in nullo deficiunt, ut non de fonte fluant pietatis; si cujuslibet conversio non defecerit. S. Paschasius hic.

Fili hominis, leva planctum super regem Tyri. Ezech. 28. 11. Quam bonus Deus! qui etiam eos, qui se negaverunt, deslet! & hoc venit ex amoris affectu. Origenes hic hom. 13.

Ex Novo, Patribus, & aliis.

Fili, tu semper mecum es. Luc. 15. 31. O quid facit vis amoris! quamvis malo filio non esse nescit, non esse non potest, pater: videt filium degenerasse animò; videt paternæ pietatis, paterni generis, nihil habere; & tamen nuncupat filium. S. Chrysol. f. 4.

Videns civitatem, flevit super illam. Luc. 19. 41. Sicut potestas, & honor, decent regem; sic pietas, dolor, deceat Pontificem. *Non habemus Pontificem, qui non possit compati &c.* Hebr. 4. 15. Ostenditur autem hæc pietas Christi magna: quia in die summi honoris sui in terris non cessabat à lacrymis per affectum compassionis. S. Bonavent. hic.

Benignus est Deus; nec ullus homo poterit illius benignitatem satis prædicare. Imò etiam si omnes omnium hominum linguae simul coacervarentur; nec sic quidem partem aliquam benignitatis illius enarrare possent. S. Cyrill Jer. Catech. 2.

Considera scintillam, quæ casu incidit in pelagus: siterene se aliquo potest, aut apparere? Quantum scintilla ad pelagus collata; tantidem est hominis malitia, si eam componas cum benignitate Dei. Imò verius non tantidem; sed tantò amplius præcellit clementia Dei: pelagus enim, etsi eximia sit magnitudinis, suum tamen habet modum; Dei autem clementia nullò clauditur fine. S. Chrysol. Enarr. in II. Proemio priore.

Infans, licet nihil possit proficere, aut propriis pedibus accedere ad matrem nequeat; nihilominus volvitur, clamat, & plorat, inquirens matrem: erga quem summâ misericordiâ afficitur mater, & gaudet de infante quarente eam cum labore, & clamore. Et cum non possit infans ad eam pervenire; nihilominus, ob multam pueri inquisitionem, ipsa mater abit ad illum, amore pueri capta; & amplectitur, fovet, atque alimentum profert summa cum dilectione. Hac ipsum benignus quoque Deus facit in anima ad eum accedente, & ejus desiderio detenta. S. Macarius homilia 46.

Perisset totum, quod Deus fecerat; nisi misericordia subvenisset. S. Chryl. f. 42.

Ecce occurrit nobis Pater misericordiarum cum gratia, Mater misericordiarum cum gratia; Filius, qui est lux misericordiarum, cum gratia. S. Bonavent. f. 2. in hex.

Manus est virtus Christi, quæ habet quinque attributa, quasi quinque digitos, quibus Deus cuncta operatus est. Primus potentia, secundus sapientia, index; misericordia medius, qui largior est aliis; sicut *miser cordia ejus super omnia opera ejus*, gratia quasi medicus tangens venam cordis; justitia auricularis; quia minor aliis apparet nunc S. Vincent. Ferr. f. 3. de S. Joan. B.

Ex ipsa misericordia detinemur, nè cadamus; cadentibus manus datur, ut resurgamus. Ipsa nos adjuvat, ut vincamus; ipsa nos salvat, nè pereamus; ipsa expectat dulciter, cum redire tardamus; ipsa porrigit manum, dum petimus; aperit, cum pulsamus; in venit ipsa bonum, quòd quarimus; emollit cor ad poenitentiam; citò dimittit offensam; & per peccatum factam non tenet injuriam: dat largiter gratiam, multiplicat datam, servat multiplicatam. Multis, & miris modis Deus ex misericordia impedit, nè fiat peccatum; dat adversa, ut purget peccatum &c. O quam multiplex, & magna, est misericordia Dei! ò quam bene, qui ad ipsam confugiunt! ò quam male, qui bene non utuntur! cum in peccatis multis jaceant sub respectu ejus. Simon Cas.

l. 1. c. 26.

§. VI.

Misericordia Dei facilis, velox, ad remissionem.

Num. I.

*Figura, Parabola.**Ex Veteri, & Novo.*

*F*acies propitiatorum de auro mundissimo, Ex. 25. 17. Oleaster hic: nusquam legimus, Deum in hoc Mundo instituisse domum justitiæ, quâ reos puniret, aut saltem judicaret; sed, cum sit clemens, domum, quâ peccatis nostris propitiaretur, instituit non unicam, sed pene infinitas: quot enim sunt Ecclesiæ, tot sunt domus propitiatorum. Sed non idèo putes te impune peccatorum: quoniam tantò severiorem in altero Mundo construxit, quantò in hac vita constituit Benigniorem. Ramirez in ep. 4.

Impleverat gloria Domini domum Domini. 3. Reg. 8. 11. In dedicatione felicet. Quò porò illud modò? nempe in condonando, & propitiando. Et verè templum illud propter propitiatorium adificatum est; quod erat ex ligno Cethim. Ex. 25. 17. Alii dicunt, ex spina, quod auro tegebatur. Hæc est gloria Domini, spinas ipsas peccatorum auro charitatis convertire. Doultreman l. 4. Sect. 4.

Per omnes rivus Juda ibunt aqua, & fons de domo Domini egredietur, & irrigabit torrentem spinarum. Joel. 3. 18. Quid ais? spinis, non aquis, repletus es. Exaruisisti, nec modò non irrigas, sed & pungis, sentibus peccatorum plenus. Noli timere; fons, qui è domo Domini egredietur, non ad lilia currit, non ad pomaria desluit; spinas alluit, *torrentem spinarum*: & adeò profuit; ut rigari potuerit ab ea, versis in rosas spinis: cujus odore non modò domus, sed Ecclesiæ tota, repleta est. Pharisei invitantis obliviscitur. Luc. 7. & folius recordatur peccatrici; illius dapes negligit, hujus lacrymis reficitur. Adest Samaritana è Sichem. Joan. 4. torrens spinarum; mox & cibi, & Discipulorum oblitus, eam alloquitur, sanat; ex pellice in Dei sponfam convertit. Nimirum fons iste spinas amat: non enim venit vocare justos, sed peccatores. Oliva t. 2. Strom. §. beati omnes, qui sperant.

In die illa erit fons patens domui David. Zach. 13. 1. Per hunc fontem intelligit Hieronymus, Rupertus, Hugo, Baptifinum. Remigius doctrinam Christi. Haymo misericordiam Dei. Cornelius hic.

Patientiam habe in me. Matth. 18. 26.

Omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me. Math. 18. 32. Non quia triduo in pane, & aqua, in ediam sustinuisisti; non quia nocturnis te macerasti vigiliis; non quia peregrinando te fatigasti &c. sed quia rogasti me: Eodem momento, quò tu percussis pectus, commoventur ei omnia viscera: simul & rogas, & impetras. Inc. Auth.

Citò proferte stolam primam. Luc. 15. 22. Ratto, quòd citò exaudiat: quia peccator in

vera, & extrema, necessitate est. Oforius. f. 2. D. Pass. Tanta signa benevolentia erga filium, qui universa bona sua dissipaverat, ostendit pater; ut plura non posset erga eum, qui victor, ac triumphator, de hostibus rediisset. Bellarminus in Psal. 50.

Cecidit super collum ejus, ut amoris onere onus tolleret peccatorum. *Cecidit &c. & osculatus est eum.* Sic Pater judicat, sic emendat; sic peccanti filio dat oscula, non flagella. Delicta non videt vis amoris; & ideo pater peccata filii redemit osculo, clausit amplexu; nè nudaret pater filii crimina. His auditis adhuc moramur? adhuc non redimus ad patrem? Non dixit: unde venisti? ubi fuisti? ubi sunt, quæ tulisti? quare tantam gloriam tantà turpitudine commutasti? sed, *citò proferte stolam primam* &c. S. Chrysol. l. 3. Cum iis etiam, qui ipsum deserunt, amanter herere contendit, & rogat; nè indigni habeantur, & repellantur. Eis, cum procul absunt tamen accedentibus occurrit, & prodit obviam, totosque complexus osculatur: nec superiora maleficia exprobat; sed ea bona, quæ adsunt, diligit, festum diem agit; convocat amicos, id est, bonos, ut sit omnium letantium habitatio. S. Dionysius Areop. ep. ad Demophilum Monachum. Non objurgat, non repellit; sed mare imitatus, quod fluvios ad se redeunt non objurgat, licet longis ambagibus fugiti vi per orbem erraverint: sed continuo ipsos sinu, unde fluxerant, recipit, suorumque thesaurorum facit participes. Si tantà benignitate à Deo recipitur talis notæ filius, qui ad illum non alia de causa revertitur, quam quod fama se sentiat mori; quid de vobis dicam, qui ad Deum revertimini eò tempore, quò omnium commodorum, & deliciarum, copià abundatis, totumque amore Dei relinquitis! ô quantò affectu vos suscipiet! Segneri die Jovis D. Pass.

Hesperus Lem: *Citò venit, sed recedit. Misericordia ejus præveniet me.* Ps. 58. 11. Picinelli.

Num. 2.

Exempla ex Veteri.

Adam ubi es? Gen. 3. 9. ad Adamum post peccatum Deus citò venit; nec dicit ei, ô secleratissime, cui tot beneficia contuli, quid fecisti? sed, *Adam ubi es?* non est oblitus nominis ejus, licet ille Dei oblitus sit. Stella in Luc. 13.

Fecit Deus quoque Ada, & uxori ejus, tunicas pellicæas, & induit eos. Gen. 3. 21. Induit eos, ad ostendendam suam erga eos pietatem; & ut sic daret aliquam spem de sua reparatione; eò quòd jam incipiebat de eis curare. Unde ab isto loco incepit nostram necessitatem revelare: & tunc consummavit; quando januam paradisi per suam Passionem aperuit. S. Thomas Aqu. in Gen. hic.

Peccavi Domino. 2. Reg. 12. 13. Et statim Propheta subjunxit: *Dominus quoque transtulit peccatum tuum.*

Misericordia tua subsequetur me omnibus diebus vitæ meæ. Psal. 22. 6. Ut me retrahat,

trahat, & convertat. S. Anastasius Sinaita in Psal. 6. misericordia tua subsequetur me servum fugitivum, qui semper ad peccatum confugio. Nota: non dici à Davide, quòd peccator misericordiam quarat; sed è contrario magis, quòd indulgentiam reum, misericordia peccatorem, indagat. Derogare id videtur majestati Dei: verum plus Deus defert nostræ salutis, quàm suæ existimationi. Didacus Niss. f. 6. D. 5. Quad. §. 5.

Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini. Pl. 118. 1. Mox de improbis ait: *non enim, qui operantur iniquitatem, in viis ejus ambulaverunt.* v. 3. Observat S. Hilarius, quòd justis unam solum viam Vates indicat, peccatoribus plures. Cur hoc? quia, cui una solum via, eaque angusta, lubrica, periculosa; is suspensò pede, & magno cum metu perendi & viam, & vitam, iter carpit. At cui multiplex via ostenditur; is magnò animò iter suscipit. Deus ergo, ut timorem injiciat justo, arctat illi viam cœli; ut sollicitus vivat, nè ab ea, aberet. Peccatori autem, qui jam illi è domo excessit, plures demonstrat vias; ut faciliùs redire queat, neque errare timeat. Didacus Niss. D. 18. Pent. §. 4. Deus novit & justo se exhibere, quasi sit absque misericordia; & peccatori, velut sit absque justitia; idque: ut huic animos addat; illum frangat. Id. ib.

Vocavi, extendi manum meam. Eccl. Prov. 1. 24. Cajetanus censet, quatuor gratia Dei beneficia hic denotari: in vocatione beneficium excitandi; in extensione manûs, oblationem auxilii; in consilio, instructionem ad eligenda bona; in increpatione, monitionem ad fugienda mala. Præterea manus extendere, est pacisci, & reconciliari, volentis, q. d. Deus: ego injuriarum mihi à vobis illatarum oblitus, prior extendi dexteram, invitans vos ad reconciliationem meam; utque vos vicissim in signum renovati foederis, dexteram vestram meæ confereretis. At vos me extendentem manum respuitis; vestram retraxistis. Beda: extendere manum, est signum summi amoris, & desiderii, quò Deus homines omnes expansis charitatis brachiis complecti, stringere, sibi que unire, satagit. Hac de causa Christus in cruce brachia extendit; ut iis totum Mundum amantissimè complecteretur: imò extendit manus, quasi rogans, & obsecrans, ut ad eum accedamus. Cornelius hic.

Surge, propera amica mea. Cant. 2. 10. Surge per fidem, propera per spem, & veni per charitatem: fides enim timorem excitat, quò peccator incipit surgere; spes vires auget, ut properet ad obtinendam veniam; charitas contritionem perficit, quâ ad Deum venit. Sed quomodo peccatori dicitur, *propera amica* Eccl. qui est inimicus, corvus, foedus. Sed nonne Christus Judæ? *amice, ad quid venisti?* Matth. 26. 50. Qui ergo peccatorem obstinatum vocavit amicum, propter pristinam amicitiam; quid mirum, quòd vocet amicum eum, quem excitat, vocat, & trahit; ut amicum faciat? de Ponte. hic. Id.

Revertere. Cant. 6. 12. Ideo tam crebro

ei *revertere* dicitur; ut, etiam si conversa deliquerit, in desperationem non decidat; sed à peccandi consuetudine spei indulgentiâ resipiscat. S. Justus Orgel. hic.

Tu fornicata es cum amatoribus multis; tamen revertere ad me, dicit Dominus & ego suscipiam te, Jer. 3. 1. Quia quocunque fluant homines per peccata, semper superferitur Dominus; sicut avicula super nidum, cum pulli ejus rapiuntur, clamitans: *tu fornicata es* Eccl. Hugo Card. in c. 1. Gen. O summa, & in enarrabilis, pietas Domini Dei nostri! fornicatur uxor alicujus hominis, & statim expellit, & vix unquam ei parcat. Sed peccat anima, Christi sponsa; nec unò tantum, sed pluribus peccatis, sed modis innumeris, cum Mundo, carne, diabolo: & si redeat, statim eam vocat ad se, & omnia peccata condonat; imò, quòd majus est, nolentem redire vocat; ut redeat; & ut revertatur, vocare non cessat. S. Bonavent. l. 4. 1.

Ipsa gemens conversa est retrorsum. Thren. 1. 8. *Aures tue audient verbum post tergum moventis.* Isa. 30. 21. Quia, si nos ei terga dedimus; pius, ac clemens, Dominus non dedignatur revocare nos, de post tergum nostris exasperatus malis; ut ad eum, quasi retrorsum, faciem convertamus; & unde cecidimus, redeamus. Apoc. 2. 5. *Memor esto, unde excideris, & age penitentiam.* Joan. 20. 14. *conversa est retrorsum.* S. Palchafius hic.

Ex Novo.

Invenerunt puerum. Matth. 2. 11. Exhibet se nobis puerum in remissione peccatorum, si offendisti puerum, cito, & modicò, & pomò, vel ovò, ei reconciliaris: sic & poenitens Christo. S. Bonavent. l. 1. in Epiph. D.

Extendens manum. Math. 8. 3. ait Glossa, qui misericordiâ tendit affectum. Scilicet, quando auxilium divinæ misericordiæ impendit, ait Remigius. Cornelius hic.

Pedes capillis capitis sui vergebat. Luc. 7. 38. Vidit, & accedens pedes ejus tenuit. Duc rogo, ante oculos tuos; quæ manus? cuius tenuerunt pedes? Illa mulier, quæ erat in civitate peccatrix; illa manus; quæ erant iniquitate polluta; illius tetigerunt pedes, qui ad Patris dexteram super angelorum verticem sedet. S. Gregor. ep. 22. ad Gregoriam Cubiculariam Augusta.

Erant appropinquantes ei peccatores. Luc. 15. 1. Comitatus magnæ animorum. Quid mirum, quòd ad Christum appropinquant peccatores; quando eò se demittebat, ut ad domos eorum diverteret; tamque amicè, & blandè, cum eis consuesceret? Didacus Niss. D. 3. Pent.

Hic peccatores recipit. Luc. 15. 2. Hic est titulus honorificus Christi, quò semper gloriatur; & quem vult sibi omni in loco inscribi, & affigi. Marchantius D. 3. Pent. *Dominus Deus ignis consumens est,* Deut. 4. 24. In lege gratia se Lucem vocat. Joan. 8. 12. *ego sum lux Mundi.* In Lege veteri ignis consumens erat, qui omnia amburebat, & depascebatur: in lege gratia totus lux est, merus amor, & suavitas. Quid miratur ergo, quòd tantus ad eum peccatorum, & publicanorum, confluxus? Didacus Niss. D. 3. Pent. Hodie

Hodie in domo tua oportet me manere. Luc. 19. 5. Hodie, inquit, me querere cepisti, hodie in domo tua oportet me manere. Verum est igitur, quod per Prophetam dicitur: quia peccator, quacunque hora conuersus fuerit, & ingemuerit, vita vivet, & non morietur. S. Eusebius Emis. in Dedic. Eccl. Latro in cruce neque una die opus habuit: & quid dico una die? neque brevi hora. Tanta est Dei erga nos misericordia. S. Chrysof. in Gen. hom. 27.

Venit ad Jesum nocte. Joan. 3. 2. Cur Nicodemus nocte, & occulte, veniens non reprehenditur? Rupertus l. 3. ignoscendum est illi, & expectanda eius lactens, & edentula, fides, donec crescat, & proficiat. S. Ambros. in 23. Luc. veni & tu, vel sero, vel nocte, vel quacunque hora: quodcumque veneris, inuenies Jesum ad suscipiendum paratum, nec minorem seruius venientibus mercedem pia largitate solventem: nam & qui sexta hora venit, non est mercede fraudatus; & qui undecima, plenitudinem mercedis accepit. Apud Sylveira hic.

Sententia Scripturae.

In seruis suis miserabitur. Deut. 32. 36. Dei misericordiam verè Dei consolatione à Moysè dictam volunt fratres; sive quòd vox Hebraea Itneham misereri sonet, & consolati; sicut quod bonus Deus, cum veniam praestet, magnam capit voluptatem. Velloso in Judith. 7. Para. 34.

Dixi, confitebor adversus me iniquitatem meam Domino, & tu remisisti. Pl. 31. 5. O magna utilitas confessionis peccati! maxima quoque benignitas miserantis Dei! qui ad solum confitendi propositum remittit peccatum: non enim dixit, confiteor, sed *confitebor*, id est, proposui confiteri iniquitatem meam, & statim remisisti. Gerson. Medit. in Pl. 2. poenit.

Eritque antequam clamem, ego exaudiam; adhuc illis loquentibus ego audiam. Ps. 65. 24.

Pro Christo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos; obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo. 2. Cor. 5. 20. singula verba multò pietatis nectare stillant: non quavis legatione Paulus pro Christo fungitur; sed hac obsecrativa: quasi Christus per ministros suos quotidie obsecratos accedat. Nec satis habet optimus Salvator, monere, suadere; sed rogat. Mediator enim noster est, & pariter cum bono nostro, sanguinis sui fructum sic carpit suavissimum. Ramirez in ep. 4. v. 21.

Sententia Patrum, & aliorum.

Nullum aliud est ei (Deo) praeterquam hoc solum opus, ut homo salvus fiat. Clem. Alex. or. adh. ad Gentes.

Deus ex multa benignitate, & clementia, hominem retinet, & complectitur: sicut cum pullus è nido exidit, materavis è nido advolet. Si quando autem serpens pullo devoraturus inhiat; mater circumvolat, natos, charissima pignora, deslens, Deus autem Pater & suum querit figmentum, & ei, quod lapsum est, medetur, & feram persequitur; & pullum rur-

Polyanth. Sacr. Tom. II.

sum in nidum recipit, ut rursum advolet, incitans. Id. ib.

Deus meus, cornu salutis meae, & susceptor meus! ego infelix! ego te irritavi, ego malum coram te feci, furorem tuum provocavi, iram promerui, Peccavi! & passus es; deliqui, & adhuc sustines. Si poeniteo, parcis; si revertor, suscipis; dum differo, praestolaris. Revocas errantem, invitās repugnantem, expectas torpentem, amplextaris redeuntem. Doces ignorantem, moerentem mulces, à ruina suscitās, post lapsum reparas: petenti largiris, quaerenti inveniris, & pulsanti aperis. S. August. l. Medit. c. 2.

Non sicut ipsi deseruerunt te Creatorem suum, ita & tu deseruisti creaturam tuam: ipsi convertantur, & quaerant te; & ecce ibi es in corde eorum. S. August. l. 5. conf. c. 2.

Dic solum: offendi! dic ex animo, & pura mente; & soluta sunt omnia. Non adeo cupis dimitti peccata tua; sicut ille cupit, peccata tua dimitti. S. Chrysof. hom. 36. in Acta.

Benignus est Deus: & quemadmodum parturiens cupit eniti foetum; ita & ille cupit effundere suam misericordiam. Id. or. de B. Philogonio.

Convertere Domine &c. Pl. 6. 5. ponit assidue illud *Domine*: veluti quandam rationem adducens gratiae condonationis. Est enim haec nostra spes maxima, ejus ineffabilis clementia, ac benignitas; & quòd suapte natura sit propensus ad condonandum. Id. hic.

Suavis Dominus, & mitis, patientem habet janua pietatis; nec recusat inde pulsantes, sed accusat potius negligentes. Neque enim aliquid petitur, quod non habeat; ut, cum non dederit, erubescat. S. Fulgentius serm. omni tempore dicendò.

Priusquam peccator pertingat ad janua, tu ei aperis; antequam tibi proclidas, manus ei praebes; antequam lacrymas profundat, tuas super illum miserationes effundis: charitas tua, nostrae salutis cupidissima, se ipsa ad nos inclinat. S. Ephrem de animae afflict. Apud Did. Nis. Dom. 18. Pent.

Quis non stupeat charitatem Dei spreti, & revocantis! S. Bernardus l. 82. in Cant.

Non arclatur numerò, non clauditur sine, nullas omnino habet metas, divina clementia. Sit, qui invocet; erit, qui exaudiet. Sit, qui poeniteat; non deerit, qui indulgeat. Non huic poenitenti multorum annorum jejunia imponuntur; non nudipedulibus, vel sacò, afficitur: simul & conficitur, & justificatur, & glorificatur. Arnoldus Carn. sup. illud Joan. 19. amen dico tibi &c.

Antequam puniat Deus, & exerceat sua dura flagella, quatuor misericordias porrigit peccatoribus Deus. Primam misericordiam, scilicet sententiam suspendentem offert peccatoribus; dum pedes cruci igne affixos: non enim ad executionem sententiae currit, non festinat ignis; sustinet, dissimulat, expectat. Secundam misericordiam, scilicet ad poenitentiam revocantem, peccatoribus offert; dum manus expandit, quasi omnes peccatores ad poenitentiam vocet, & trahat, dicens eis illud Matth. 11. *venite ad me omnes.* v. 28. Terciam misericordiam

O

cordiam, videlicet offensas dimittentem, inclinatio capite offert Christus: quia amorose paratus est remittere peccatum, recipere, & dare, osculum; & insuper offerre pacis vinculum. Quartam misericordiam, gratiam offerentem apertò latere, ostendit; unde sanguis nostræ redemptionis, & aqua nostræ ablutionis, charitate largissimè defluerunt. Unde II. 55. 1. Dominus vocat omnes peccatores dicens: *omnes sistentes venite ad aquas*. S. Bernard. t. 2. l. 19.

Cùm non nisi coactus percutiat; quid afferri potest, quin, nativâ suâ bonitate utens, indulgentem se nobis præbiturus sit; modò nosmetipsos nostri misereat, iustisque Patris visceribus viam patefaciamus. S. Gregor. Naz. or. 26. in plag. grand.

O Summa, & inenarrabilis pietas Domini Dei nostri! fornicatur uxor alicujus hominis, & statim eam expellit, & vix unquam ei parcat. Sed peccat anima Christi sponsa, nec unò tantum, sed plurimis peccatis, sed modis innumeris, cum Mundo, Carne, diabolo: & si redeat, statim eam vocat ad se, & omnia peccata condonat: imò, quòd majus est, nolentem redire vocat, ut redeat, & ut revertatur, revocare non cessat. Tu fornicata es cum amatoribus multis; tamen revertere ad me, & ego suscipiam te. Jer. 3. 1. S. Bonaventura Serm. 41. de Sanctis.

Redi ad cor tuum tandem aliquando, redi verus Adam! vide, ubi, & quomodo, te requisivit, & invenit novus Adam. Ostendam tibi in corpore suo ignominias animæ tuæ. Non satis fuit, quòd per colaphos, & nova irrationum genera, post te fugientem clamitans, & miserans, percurrit; & usque ad novissimum Crucis supplicium, te, animam efflantem, affecutus invenit, & apprehendit. Quis enim latro, ille, nisi Adam fuit? qui, ex quo primum in paradiso sui ipsius homicidium perpetravit, tandem à Christo fugit reus, & abscondit se; donec in crucis articulo novissimè consumptus, & comprehensus, fugere, & latere, amplius non potuit: ubi tandem comprehensus à te, bone Jesu! conversus est, culpam suam confessus est, poenam liberam amplexus est. Drogo Ost.

Fasciculus stapparum in ingentem ignem missus non ita repente incenditur, quàm repente Deus peccatis nostris, propter ineffabilem pietatem, & misericordiam suam, ignoscit; dum verè nos poenitet vitæ acta. Bloisius par. an. c. 2.

O ineffabilis misericordia tua, Domine! quæ supra id, quàm cogitari potest, declarata est. Nam nescientes te sollicitè quæstisti; deserentes te non deseruisti; peccantibus tibi benignissimè indulxisti; aversis longius à te viam ostendisti æternæ salutis. Si tam pius factus es inimicis, quid eris amicis? Thom. Kemp. conc. 1. de Incarnat. Christi. Vide plura Humanitas Christi. Crux. Passio.

§. VII.

Misericordia Dei patiens, longanimis.

Num. 1. Figura, & Symbola.

Ex Veteri.

Ecce constitui te Deum Pharaonis. Ex. 7. 1.
Cur non dicitur constitutus Deus elementorum? nam super illâ quâdam divinâ potestate

eminuit: aquas per medium divisit, easque in sanguinem convertit: percussio pulvere terræ, fecit sciniphes in universâ Ægypto. Aerem tenebris replevit; ignem, missò Aaron cum thuribulo, repressit: & Pharo tamen ei restitit. & Moyses positus est à Deo, ut elementis imperaret, ac Pharaonis malitiam in multa patientia sustineret: divina autem potestas in Moysè magis patebat eâ sufferentiâ, quàm jussione, & imperiò, in elementa. Oleaster: expende, quæso, quanta sit dignitas S. Moysis; quem Deus sic evexit, ut Deum Pharaonis constituerit; & similiter, quanta sit prudentia ejus, & misericordia, ut non eum statim occideret; sed patientiâ quasi Dei tulerit, & monerit. Sylv. in Luc. 10. 3.

Circumierunt civitatem secundò die semel, sic fecerunt sex diebus. Jos. 6. 14. Cur ad primum clangorem buccinæ primâ die muros non prosternit: ut inrueret in punitione Dei tarda molimina. S. Chryso. hom. 5. de poenit: cùm struit, velociter struit; cùm destruit, tardè destruit. Sex diebus Deus caelum, & terram, fecerat. Hic igitur tam velox in construendo, cùm expetit unius urbis demolientiâ consilium, inventus est bonitate tardus. Mundum universum sex diebus construis, & unam urbem septem diebus solvis? Num potentia imbecillior? sed clementia diutius tolerat. Nec silentiò in hostes irruit Josue; aut somnò oppressos occupat; nec ad primum tubæ sonum muri corrumpunt; sed clamoribus buccinæ, & militum vociferationibus, omnia complet: ut somnolentos increpet: pigritantes excitet. Arcones in II. 1. Disc. 3.

Labor, & partibus Sichimam. Pl. 59. 8. S. August. hic: Sichima humeri interpretatur. Quomodo dividit humeros? ut alios gravent peccata sua, alii tollant farcinam Christi: alia farcina premit, & aggravat te. Matth. 11. 30. *onus meum leve*. Dominus languores omnium, dolores, & dolentes, portavit: hos humeros nobiscum dividit. *Pater mi! Currus Israel, & auriga ejus.* 4. Reg. 2. 12. Abul. q. 19. currus Israel vocatur: quia ad currum pertinet sustentare. Sic enim Elias sustentavit Israel; supportando defectus eorum, & providendo eis in necessitatibus. Arcones in II. 3. Disc. 7.

Meliora sunt ubera tua vinò. Cant. 1. 1. Duo sponsi ubera, duo in ipso sunt ingenitæ mansuetudinis argumenta: quia & patienter expectat delinquentem, & clementer recipit poenitentem. Gemina, inquam, dulcedo suavitatis exuberat in pectore Domini Jesu: longanimitas videlicet in expectando; & in donando facilitas. S. Bernardus l. 9. in Cant. Dextrum Domini uber est longanimitas, quâ patienter peccatores expectat; sinistrum uber est clementia, quâ clementer suscipit poenitentes. Hugo Card. hic.

Revertere. Cant. 6. 12. Quater dicit, *revertere*: ad significandam longanimitatem Dei in vocandis peccatoribus, in quatuor eorum ætatibus, pueritiâ, juventute, virili ætate, & senectute. de Ponte hic. Exh. 8. §. 1.

Ego quasi nutritus Ephraim portabam eos. &c. Of. 11. 3. Miram Dei patientiam, cujus & Paulus in Actibus Apostolorum 13. meminit, præsens locus magnificè fati inruit. S. Rupertus l. 5. hic.

Ex

Ex Novo.

Vis, imus, & colligimus ea? non. Matth. 13. 28. S. Chrysol. hom. 30. in Matth. multi tantâ poenitentia compuncti sunt; ut, cum antea perversi essent, electissimi postea inveniantur. Propterea Zizania iussit dimitti; ut poenitentia tempus præberetur. Paulus, Publicanus, Latro; cum prius Zizania essent, in optimum triticum mutati sunt: quæ quidem mutatio in feminibus impossibilis est; at in voluntate facilis, atque procliva. Oliva t. 2. c. 2. in festo Immac. Conc. Si Zizaniis Dei patientia non subveniret; nec Matthæum de Publicano Evangelistam, nec Paulum de persecutore Apostolum, nec Magdalenam de peccatrice poenitentem, Ecclesia possideret. S. Chrysol. 197.

Peregrè profectus est. Matth. 21. 33. Videtur Deus & dormire, & peregrè proficisci; dum longanimis est, & non è vestigio peccatorum poenas exigit. Theophylactus hic. Peregrinatio Dei, longanimitas Dei. Idem ibid.

Cum venerit Dominus vinea, Matth. 21. 40. Venit puniturus, qui semper adest; cur ergo recessisse dicitur? videtur Dominus à nobis recedere ex longanimitate: quia patiens redditor non è vestigio peccatorum poenas exigit. Escobar t. 6. Par. Chr. Sect. 3. Obs. 1.

Ecce anni tres sunt, ex quo venio quaerens fructum in ficulnea hac; & non invenio. Luc. 13. 7. Qui sunt hi tres, aut quatuor, anni, quibus Deus ficulneæ fructus expectat? nisi quatuor vitæ hominis partes; in quibus sapius ipsum visitat Deus vocando ad bonos fructus proferendos. Quid si in primo anno, hoc est, quando usus rationis jam adest, eos non proferat; Deus patienter expectat; reditque secundo annò, in secunda scilicet vitæ ejus parte. Qui si adhuc in sua sterilitate persistit, sustinet eum Deus longanimiter. Redit verò tertio annò, tertiâ ætatis parte; qui si adhuc in sua sterilitate persistat, ostendit se illi magis iratum; & fortioribus pulsibus, plaiqsque morborum, & adversitatum, monet, minaturque; se vitæ solum abscisurum, quasi hominis nauci, & inutilis. de Ponte tom. 7. de Christ. hom. perfect. c. 14. §. 3.

Si velox ad poenam fuisset Deus, Paulum Ecclesia non possidisset: propterea distulit blasphemantem, ut Dei longanimitas ostenderet poenitentem. Lupum in Pastorem transtulit Dei longanimitas; Publicanum fecit Evangelistam. S. Chrysol. t. 5. hom. 5. de poenit.

Num. 2.

Exempla, & sententia.

Ex Veteri.

Adam ubi es? Gen. 3. 9. Nomine vocat occultatum: ut vocationis mansuetudine animetur; & timore mortuus cogitationes recollabundas assumat: adhuc mihi sermone communicat? adhuc voce me dignatur, adhuc me ut Pater advocat? nondum implet sententiam, *Pelyant. Sacr. Tom. II,*

quam antea minatus est; sed dat responsi locum? S. Chrysol. s. de Adam, & Poenit.

Poscitque Dominus Cain signum, ut non interficeret eum omnis, qui invenisset eum. Gen. 4. 15. Pius Abel obit, ut requie potiat; Cain impius superstes, ut poenitere possit. Escobar t. 1. mir. Chr. l. 9. Sect. 2. Obs. 2. Tradunt, illum (Cain) à clementissimo Deo ideo usque ad septem generationes fuisse dilatum; ut saltém malis ipsis, & longævitate meritis, compulsus poenitentiam ageret; ut moretur absolvi. S. Hieron. ep. 125. ad Damasum.

Nequaquam ita fiet. Gen. 4. 15. Id est, non ita citò morieris, sicut credis: Deus enim per suam misericordiam peccatores expectat ad veniam, vel poenitentiam. Unde ipsum Cain non ita citò voluit mori; ut hic tempus haberet poenitendi. S. Thom. Aqu. hic.

Pluviam quadraginta diebus &c. Gen. 7. 4. Quid non erat ei possibile, ut unâ die totam pluviam induceret? quid, inquam, unâ die, unò momentò posset. Sed hoc dedità operâ facit; volens simul & timorem, & occasionem præbere; quâ possent poenam, quæ jam in foribus esset, effugere. S. Chrysol. hom. 24. in Gen.

Idcirco posui te, ut ostendam in te fortitudinem meam; & narretur nomen meum in omni terra. Ex. 9. 16. Sed quomodo Deus ostendit fortitudinem suam in Pharaone? non tam in plagis immittendis, quam in expectando peccatore. S. Theodulus in ep. ad Rom. potentia Dei est longanimitas, adeoque maxima potentia. Pl. 26. 14. *Viriliter age; & confortetur cor tuum, & sustine Dominum.* Si homo, ut Deum sustineat, & expectet, viriliter agere, & confortari, jubetur; quas vires requirit Dominus, ut peccatorem expectet? Bæza t. 2. l. 6. c. 3. §. 2.

Miserator, & misericors Dominus; longanimis, & multum misericors. Pl. 102. 8. Quid tam longanimum? quid tam multum in misericordia? Peccatur; & vivitur, accedunt peccata; augetur vita. Blasphematur quotidie; & facit solem suum oriri super bonos, & malos. Vocat undique ad correctionem; vocat undique ad poenitentiam; vocat beneficiis creaturæ; vocat per intimam cogitationem, vocat per flagellum correptionis, vocat per miseriam consolationis. S. August. hic.

Patiens, & multum misericors. Pl. 144. 8. Venit ad secundum argumenti locum, qui appellatur à parentia, quam non laudavit, quod terras suspendit, maria coërcuit, stellis eelum depinxit; sed tolerantem dixit excessus humanos: ut, qui puniri possent lege iustitiæ, proberentur per patientiam Domini non perire. Casiodorus hic.

Expectat Dominus, ut misereatur vestri. Il. 30. 18. Grandis clementia Dei! ut expectet nostram poenitentiam: & donec nos à vitis convertamur, ille potentem contrahat manum, nè ferire cogatur. S. Hieronymus l. 9. hic.

Laboravi rogans &c. Jerem. 15. 6. Hebr. *laboravi rogans poenitere.* Id est, laboravi

O 2

rogans

rogans, & invitans te per Prophetas; ut poeniteres, teque converteres. Maldonatus vertit: Laboravi poenitendo, aut, ut Sanchez, miserendo. q. d. Sæpius decrevi punire vos; sed ductus poenitentia, & misericordia, revocavi sententiam; sperans vestri emendationem. Sed nihil obtinui; tantum fatigavi me. Cornelius hic.

Vocavi amicos, & ipsi deceperunt me. Cogitavit Dominus &c. Thr. 2. 8. quasi dicat: non statim fecit; sed diu ejus conversionem expectavit. S. Bonavent. hic.

Ex Novo.

Et cum sedisset. Matth. 5. 1. Expectatio benignitatis inclaruit: expectat enim nos in infirmitatibus, & tarditatibus, nostris. Tardi enim homines sunt ad credendum, quæ Christi sunt; tardi ad intelligendum, quæ sunt utilia; tardi ad agendum, quæ necessaria sunt; tardi ad poenitentiam, cum reliquerimus iter verum: & Dei benignitas, Dei patientia, charitas Christi, ad poenitentiam nos expectat. Simon Cass. l. 10. hic.

Patientiam habe in me. Matth. 18. 29. Citius debita recipit, qui patienter expectat; perdit impatiens exactor. Escobar t. 6. Par. Chr. l. 2. Sect. 2. Obl. 4. hic.

Jerusalem! Jerusalem! quoties volui, & noluiſti. Matth. 23. 37. *Volui, & noluiſti.* S. Chrysoſt. Jerusalem, Jerusalem! quæ usque nunc luctata es contra misericordiam meam tuis peccatis; nunc autem ipsam superasti. Hæc ille in opere Imperf. addit: volo enim in te misereri; sed vires misericordiae faciendæ non habeo; nec possum te amplius sufferre: in cessabilibus enim iniquitatibus tuis misericordia mea, quasi jam lassata à proposito suo defecit. Didacus Nisi, f. 4. D. 1. Quadr.

Invenit eos dormientes. Matth. 26. 40. Quoties & redis ad nos, & invenis dormientes? & tamen benignè suscitatis nos. Et iterum abis, secundo, & tertio, eundem sermonem dicens. Statim autem ut recesseris, iterum somnus occupat nos: nec vigilare possumus; nisi quantum nobiscum es, & suscitatis nos. Drogo Ost. hic.

Sedebat sic supra fontem. Joan. 4. 6. Nulli rei tam assidet Dominus, quam peccatori, expectando ad castæ sponse ostium. Cant. 5. 2. videbis sponsum pulſantem, sed ad stantem, non sedentem: at modò peccatricem venaturus sedet; & morosus sedet supra puteum. O immensam Dei expectationem, ut peccatores accedant ad salutem. Qui moræ impatiens est, vix stat. Dominus in aliis omnibus festinissimus; cum peccatoribus expectandis accedit, omnium est morarum patientissimus; tunc sedet. Bæza t. 2. l. 6. c. 3. §. 5.

Jesus autem abscondit se. Joan. 8. 59. Cur Christus abiit à lapidantibus non inflictâ aliquâ poenâ? S. August. tr. 43. cum Judæi lapides tollerent, quid magnum erat, ut eos continuo terra dehiscens absorberet, & pro lapidibus infernos invenirent? non erat magnum Deo; sed magis erat commendanda patientia.

Ex Patribus.

Clementissime Magister! quoties ego doctri-

næ tuæ transgressus sum regulas? quoties edicta tua Domine Sancte contempſi? & cum diceres mihi, *revertere*, non sum reversus; cum minareris, non timui: cum bonus esses, & lenis; exasperans fui. Ultra septuagesies septies in cælum, & coram te, peccavi! quis tot sordes abluet? quis abradet stercora conglobata? necesse est, ut ipse nos abluas. S. Cyprianus de ablutione pedum.

Quid Esau nequius? nonne odibilis Deo? Esau odio habui. Quare protinus meritam non suscipit animadversionem? si excisus fuisset, maximum fortassis justitiæ fructum mundus amisisset. Et qualem? audi: Esau genuit Raguelem, Ragucl Zaram, & Zara Job. Cernis, quantus elanguisset patientiæ flos, si præveniens Deus à radice poenas exegisset. S. Chrysoſt. hom. 5. de poenit.

Ego peccabam, & tu dissimulabas: non continebam à sceleribus, & tu à verberibus abstinebas. Prolongabam ego multò tempore iniquitatem meam; & tu Domine pietatem tuam. S. Bernardus l. 2. D. 6. Pent.

§. VIII.

Misericordia Dei non sit stimulus ad peccandum.

Comedit, deditque viro suo, qui comedit. Gen. 3. 6. Vidit Adamus Evam comedentem, & non vidit morientem; credidit sibi quoque fore impune, si comederet: atque adeò abusus patientiæ & longanimitate Dei. ita respondet S. August. l. 1. 1. in Gen. ad lit. c. 30. nec suaderi jam opus erat viro, quando illam eò cibo mortuam non esse cernebat. Et Eva ipsa ex hac divina patientia processit ad tentandum virum. Mendoza Annot. 8. in 1. Reg. 1.

Deus Judex justus, fortis, & patiens. Ps. 7. 12. Dei patientia timenda est malis: quia eò ipsò, quòd expectavit eos Dominus ad poenitentiam, & converti noluerunt; districtius judicabuntur, & durius punientur. Thr. 1. 15. *vocavit adversum me tempus.* Hugo Card. hic

Sustinens ingratiſſimas nationes; ludibria artium, & opera manuum suarum, adorantes, nomen cum familia sua persequentes; luxuriam, avaritiam, iniquitatem, malignitatem, quotidie insolescentem; ut suâ sibi patientiâ detrahat: plures enim Dominum non credunt, quia sæculo iratum tamdiu nesciunt. Tertul. l. de pat. c. 2.

Sicut omnia in mensura fecit Deus, & pondere, & numero; ita etiam patientiæ ejus mensura est. Origen. l. 2. in c. 2. ep. ad Rom.

Magis peccant contra me, qui nunc dicuntur sapientes. Ego enim dedi eis sensum, & intellectum, & sapientiam; ut me diligenter: sed ipsi nihil, nisi ad suam utilitatem temporalem, intelligunt. Oculos habent in occipite; videntes sunt ad sua delectabilia; sed cæci sunt ad gratias agendas mihi, qui dedi eis omnia. Ideò ego possum nunc hoc proverbium dicere, quod à vulgo communiter dicitur: qui patiens est, ab omnibus contemnitur. Sic ego propter patientiam meam nimis videor ab hominibus fatuus esse; & ideò ab omnibus contemnor. Sed vae eis, cum ostendero eis judicium meum post talem patientiam. l. 1. Revel. S. Brig. c. 19.

§. IX.
Misericors Deus.

Christus est misericors Samaritanus. Luc. 10. 33. Utinam, Domine Jesu, ad me misericordiâ motus digneris accedere, qui descendens ab Jerusalem in Jericho, proruens scilicet de summis ad infima, de vitalibus ad infirma, in Angelos tenebrarum incidi: qui non solum gratiæ spiritualis mihi vestimentum abstulerunt, sed etiam plagis impositis semivivum reliquerunt. Utinam peccatorum meorum vulnera data mihi recuperandæ salutis fiducia alliges; ne deterius sæviant, si sanari desperent. S. Gregor. in quartum Pl. pœnit. initio.

Dominus Jesus ipse est medicus, qui vulnera nostra curavit, *infundens vinum, & oleum: & alligans vulnera* Adæ illius, qui descendens ab Jerusalem à latronibus vulneratus est. S. Ambros. in Pl. 118 Oclon. 21.

Nonne verè dicimus, quia Samaritanus es, & dæmonium habes? Respondit autem: ego dæmonium non habeo. Quod respondit restituit; quod tacuit confirmavit. S. August. l. 37. de verb. D.

Christus suum de cœlo detulit oleum & vinum; ut semivivi hominis, in delictorum jacentis volucabro, mederetur vulneribus. S. Laurent. Just. de triumph. c. 1.

Proponitur hic multiplex peccatorum miseria. Privant cœlesti gloriâ: descendebat ab Jerusalem. Incidit in latrones, potestatem dæmonum. Bonis gratuitis spoliant; vulnera inferunt, quibus integritas humanæ naturæ violatur. Samaritanus Christus, iter ejus Incarnatio, jumentum Caro ejus. S. Thom. Aq. D. 13. Pent.

Appropians vulnera ejus ligavit. Per duas partes ligaminis vulnera constrinxit, dum per duos timores peccata compescuit. Servilis enim timor pœnalis à peccatis prohibet; filialis autem timor sanctus ad bona opera monet. Vinum infudit, dum dixit, pœnitentiam agite: oleum addidit, dum subjunxit: appropinquavit enim regnum cœlorum. S. Honorius l. D. 13. Pent.

Oleum lætitiæ est, Pl. 44. 8. *unxit te Deus tuus oleo lætitiæ.* Et vinum lætitiæ est. Pl. 103. 15. *vinum lætificat cor hominis.* Ac per hoc duplici lætitiâ conversus peccator perfunditur: quia evasit infernum, & regni superni accepit promissionem. Simoni Cals. l. 8. c. 38.

Oleum misericordiam, vinum justitiam: his stipatus incedit liberatus à malo. Id. ib.

§. X.
Continuatio prioris. Misericors Medicus.

Ex Veteri, & Novo.

Ego Dominus sanator tuus. Ex. 15. 26. Hebr. *medicus tuus.* Disce hic à morbis ad Deum recurrendum. Cornelius hic.

Lavare septies in Jordane 4. Reg. 5. 10. Petit majora, & plura, Naaman; quæ non obtinuit: sed quæ singula Christus animarum medicus in curandis nobis abundè præstitit &c. S. Gregor. hom. 16. in Ezech. caro factus est, ut nos faceret spirituales; inclinatus est, ut levaret; exiit, ut introduceret; flagella pertulit, ut sanaret; mortuus est, ut vivificaret. Agamus ergo gratias vivificantis, & mortuo; & ideo vivificantis, quia mortuo. S. August. tr. 15. in Joan. illius infirmitas nostra est fortitudo. Oliva t. 1. conc. 10.

Putabam, quod egrederetur ad me. 4. Reg. 5. 11. 13. dicit leprosus Naaman &c. dicit ei servus fidelis: *Pater, si rem grandem dixisset tibi Propheta &c.* Leproso peccatori dicitur: accede ad Christum, ad Confessarium. Multi sunt potentes, & divites; qui ad animarum medicum vel compulsi tempore veniunt. Sed si Confessarius aliter, quam illi velint, eos curare disposuit; alium quarunt, qui pro libitu suo eis pharmaca præbeat. *Si rem grandem &c.* Cum damatus sis ad aeterna supplicia, cum merueris Inferni pœnas; quid magnum postulari potest, ut hoc redimas &c. Oforius D. 3. Epiph.

Oleum effusum. Cant. 1. 2. Sanguis Christi effusus pro me, est oleum effusum in me; ut mea lethalia vulnera sanet, & peccata remittat. de Ponte hic.

Magna est velut mare contritio tua; quis medebitur tui. Thren. 2. 13. *Ut mederer contritis corde.* Il. 61. 1.

Mulier quædam erat in fluxu sanguinis: quæ in medicos erogaverat omnem substantiam suam. Luc. 8. 43. Illa mulier in Evangelio per duodecim annos fluentem sanguinem corporalium voluptatum sistere non potuit, nisi postquam confugit ad Christum. Intellexit enim, quod nemo perfectus medicus, nisi qui descendisset è cœlo. S. Ambros. in Pl. 43. Adoremus pannos infantie, ex quibus facta sunt emplastra naturæ. S. Aug. l. 17. de temp. Quid eram, nisi subvenires? quam desperatus eram, nisi curares? ubi jacebam, nisi advenires? certè ingenti vulnere periclitabar. Sed illud vulnus meum medicum omnipotentem requirebat. Omnipotenti medico nihil est insanabile; non renuntiat alicui, qui sanat omnes infirmitates tuas. Idem in Pl. 58. 18. *adjutor meus! tibi psallam.* Omnipotenti medico nullus languor insanabilis occurrit; tantum tu curari te sine. Id. hic.

Erant appropinquantes ei publicani, & peccatores. Luc. 15. 1. Dominus illud faciebat; cujus gratiâ incarnatus est; accedens ad publicanos, & peccatores; tanquam medicus ad infirmos. Theophylactus hic.

Ex Patribus, & aliis.

Verbum Paternum solum est humanarum agritudinum Pœonius medicus, & sanctus ægrota animæ incantator. Clem. Alex. l. 1. Pæd. c. 2.

Non utitur ferrô; nè medicamento quidem æstetô, vel cauteriô: solè verbo sanat celestis

itis hic medicus; & bonus Deus lacrymis, atque gemitibus vulnera curat. Accede peccator ad bonum hunc medicum, & pro optimo medicamento lacrymas offer-Si insanabilem tibi conscius sis vulnere, cogitationum, & actuum, in te latentium; quare occulta illa vulnera negligis, nolens ea medico, ut cureris, ostendere? Quid times medicum? non est durus, nec immitis, ac immifericors. S. Ephrem f. 1. de poenit.

Omne mandatum tuum, sicut cauterium impressum, tenebo. Etsi urit cauterium mandati, tamen putrefacta carnis exurit, ne ad vitium serpat contagio. Etsi mordet medicamentum, tamen vitium ulcers tollit. Aufer igitur Domine Jesu potenti macharam tuam meorum putredines peccatorum. Dum me habes ligatum charitatis vinculis, seca quodecunque vitium est. S. Ambros. l. 5. in Luc.

Subveni gravi vulnere secundum magnam medicinam tuam. Grave est, quod habeo; sed ad omnipotentem confugio. De meo tam lethali vulnere desperarem, nisi tantum medicum reperirem. S. Augustinus in Pl. 50.

Omnipotentis medico nullus languor in sanabilis occurrit; tantum tu curari te sine: manus ejus ne repellas; novit quid agat. Non tantum delecteris, cum fovet; sed etiam tolles, cum fecat. Tolera medicinalem dolorem, futuram cogitans sanitatem. S. August. in Pl. 102.

Noli mihi dicere, perii! quid mihi restat? noli dicere, peccavi, quid faciam? medicum habes, qui morbum potest vincere: medicum habes, qui sanat omnem languorem: medicam habes; qui potest, & vult, sanare. S. Chrysof. de Chanaan.

Currite ad Medicum, cum potestis; ne, cum velitis, non possitis. S. Chrysof. in Pl. 26.

Nosstrarum medicus animarum, non quae nobis fraudi postea futura sunt, dare sustinet: neque enim parentes iis, quos amant, parvulis adhuc filioliis, vel gladios, vel ignitos carbones, adduci possunt, ut porrigant. S. Chrysof. tom. 6. or. de inst. vita &c.

Jesus apud Hebraeos significat Salvatorem; in lingua vero Graeca medicum significat: quandoquidem & corporum medicus est, & animarum curator. S. Cyrill. Jerof. Cat. 10.

Omnia, quae de Salvatore legimus, medicina sunt nosstrarum animarum. S. Bernardus f. 4. in temp. Resurr.

Ipse medicus noster in infirmitate carnis nostrae, tanquam in lecto discubuit infirmantium: ut experiretur, quid sanandis infirmis suis esset necessarium. B. Ivo Carnot. f. de Nat. D.

Primo curavit nos per dietam; quando jeunabat quadraginta diebus, & quadraginta noctibus. Secundo per electuarium; quando corpus, & sanguinem, suum dedit. Tertio per sudorem; quando factus est sudor ejus sicut guttae sanguinis decurrentis in terram. Quarto per minutionem, quando flagellis, & lancea, vulneratus fuit. Quinto per potationem, quan-

do gustavit acetum cum felle missum. Sexto per emplastrum, quando facies ejus sputis illita fuit. S. Bernardus tom. 2. f. 76.

§. XI.

*Misericordia ejus major est Angelicâ,
& humanâ.*

Ex Veteri.

Melius mihi est, ut incidam in manus Domini: quia multa sunt miserationes ejus. 1. Paral. 21. 13. S. Ambros. in Pl. 37. miseretur, qui nescit errare; non miseretur, qui particeps est erroris. Sedulius l. 1. Paschali c. 15. de Jona: nata feritatem praebuit, fera naufragium subministravit. Elegit, non quod a flagello esset immune; sed quod moderatius judicavit: ut Dei lenitati magis, qui nescit ignoscere, quam hominum se committeret potestati; qui mensuram ultionis frequenter excederent. S. Ambros. in Pl. 37.

Vox Domini super aquas. Pl. 28. 3. Convertimini ad me, clamat vox ista. Porro per aquas Deus voce, pedibus graditur Petrus: adeo suavius semper Deus cum hominibus agit, quam homines. Oliva l. 12. Strom. hic.

Misit Dominus manum suam, & tetigit os meum. Jer. 1. 9. Nota Domini suavitatem. ut Propheta labia fecundet, os tangit tantum. Angelus vero, Isaia labia purgaturus, lapidem, & ignem adhibet. Is. 6. 6. Ille tangit, hic urit. Plane si tertius Propheta ab homine purgandus esset, labia sibi non tangi, non uri, sed exuri, & mutilari, sentiret. Quod melior quis, eo mitius, & delicatius discipulum format. Oliva t. 2. Strom. hic.

In qua sunt plus quam centum viginti millia hominum &c. Jon. 4. 11. Disce hic, quam Deus clementior sit homine etiam sancto; quamque satius sit confugere ad Deum, quam hominum tribunal. Si Jonas in causa Ninivitarum fuisset iudex, tulisset in omnes, licet poenitentes, ob praeiterita scelera, sententiam mortis. Cornelius hic.

Ex Novo.

Quare cum publicanis, & peccatoribus, manducat Magister vester? Matth. 9. 11. Bonus Jesus, & impeccabilis Deus, ad se peccatores recipere dignatur; quos acriter dedignantur, & mordent Pharisei, omnibus pleni peccatis. Nemo durior, nemo immanior, contra peccatores, quam peccator. Baeza t. 2. l. 6. c. 4. §. 15.

Remittuntur tibi peccata; vade in pace. Luc. 7. 47. 50. Si ad illius Pharisei pedes accessisset, dicturus erat, recede a me. S. August. hom. 23. ex. 50.

Ego habeo claves mortis, & Inferni. Apoc. 1. 18. Caelorum claves Petro tradidit. S. Justinus ep. ad Zenam: si in hominum potestate esset situm, gehennae quoslibet addicere, totus Mundus exhaustus esset eorum saevitia.

§ XII

§. XII.

Misericordia ei charior præ justitia.

Ex Veteri.

Ego sum Dominus Deus tuus fortis, & zelotes; visitans iniquitatem Patrum in filios, in tertiam, & quartam generationem: & faciens misericordiam in millia his, qui diligunt me. Ex. 20. 5. 6. Stephanus Cantuar. in Sylva Allegor. visitans peccata in quartam generationem; ecce justitia: faciens misericordiam in millia; ecce misericordiam: quæ tantum præcellit justitiam, quanto plus comprehenditur per millia, quam per tertiam, & quartam, generationem.

In libro bellorum Domini. Num. 21. 14. Sed perit ille, volente Dominò. Cur? Oleaster: ut solum nunc jactaret opera misericordiarum: non enim leges in Evangelio, qualiter debellaverit hostes homines; sed qualiter ab infinitis morbis peccantes sanaverit.

Manus tue fecerunt me. Job. 10. 8. Marci 10. 16. impuens manus super illos, benedixit eos. Cum autem sermo de justitia, in numero unitatis. Job. 19. 21. manus Domini tetigit me.

Ira in indignatione ejus, & vita in voluntate ejus. Ps. 29. 6. Hebr. ad momentum est ira ejus. Chald. unâ horâ ira ejus, vitâ aterna bona voluntas ejus.

Calix in manu Domini vini meri plenus misto verantamen sex ejus non est exinanita. Ps. 74. 9. S. Ambros. hic: plus minatur, & minus exigit: cum irascitur, differt; cum miseretur, properat, ut absolvat: terret, ut corrigat; admonet, ut emendet; prævenit, ut ignoscat. Ad terrendum, plenus est calix; ad bibendum non est exinanitus. Apud Pinna in Ecol. Ethol. 24.

Lava ejus sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Cant. 2. 6. Quia per dextrum, & sinistrum, adversa solent, atque prospera, designari; videtur mihi hæc locò intelligi posse, lavam quidem verbi comminationem supplicii; dexteram verò regni promissionem. S. Bernardus l. 51. in Cant.

In puncto, ad modicum, dereliqui te; & in miserationibus magnis congregabo te. Il. 54. 7.

Ut predicarem captivis indulgentiam, ut predicarem annum placabilem Domino, & diem ultionis Deo nostro. Il. 61. 1. 2. Oleaster in Gen. 8. vides, ultionem die claudi; placationem verò usque ad annum durare.

Ex Novo.

Liber generationis J. C. filii David, filii Abraham. Matth. 1. 1. Cur primò ponitur David filius? quia in Davide plus resplenduit divina misericordia, quam in Abraham: nam ille in multis peccavit, iste in omnibus justus apparuit, ait Anselmus. Cum ergo in hoc re-

presentetur justitia, in illo misericordia, David præcedat: misericordia enim apud Deum primam semper occupat sedem. Sylveira hic.

Qui sedebat, similis erat aspectui lapidis jaspidis, & sardinis. Apoc. 4. 3. Plin. l. 37. natur. hist. c. 17. ait: eam sardinis lapidis naturam esse; ut oleo magis, quam aliò liquore, hebetetur. Ut argumento sit, misericordiarum oleum acuta Dei arma hebetare. Incert. Auth.

Ecce vicat Leo de tribu Juda. Apoc. 5. 5. Semel tantum vocatur Christus in Apocalypsi leo, sed in eadem trigésies semel agnus: quia longè plura signa humanitatis, quam severitatis, exhibet; magis de mansuetudine agni, quam de fortitudine Leonis gloriatur. Mendoza in 1. Reg. 11. annot. 10. sect. 2.

§. XIII.

Quæ Deum moveant ad misericordiam.

Num. 1.

Quia sumus populus ejus.

Injustè agitur contra populum tuum. Ex. 5. 16. Abul. q. 5. caute locuti sunt, & Rhetoricè; ad captandum amorem, & misericordiam.

Vade, descende, peccavit populus tuus. Ex. 32. 7. Moyses autem v. 11. orabat ad Dominum Deum suum dicens: cur Domine irascitur furor tuus contra populum tuum? Abulens. q. 17. hic. quamvis exterius suaderet Moyse Deo, nè oraret; movebatur à Deo interius, ut pro eo oraret, nè deleteretur, pro re sua: quia suus populus erat, testimonio Dei. Moyses è contratio ipsum populum Dei esse dicit: quasi totam curam populi illius, & bonum, & malum, Deo incumberet. q. d. Domine, si iste populus non esset tuus, deberes in eum irasci quasi hostis; sed quia tuus est, debes ei mitis esse sicut Pater. Arcones in Il. 1. Disc. 3.

Ut Deus Israel misericordiam suam ostenderet super populum suum. Judich. 7. 4. Forma est orandi, quæ maxime lenire possunt homines, cum se esse monent Dei populum. Quis enim curam abiciat sui operis? quis suis non faveat domesticis? Velloso hic Paren. 8.

Nos autem populus tuus. Ps. 78. 13. Intuendum est, lamentationem suam, quæ suavitate conclusit; ut Domini dicat. esse gregem, pro quò devotissimus supplicabat; nè diutius irasceretur eis, quos suos esse meminisset. Casiodorus hic.

Magister, nonne ad te pertinet, quia perimus. Marc. 4. 38. Magnæ profunditatis, & divinæ inclinationis, est verbum. Magister nonne &c. Imò ad neminem pertinet, præterquam ad te, si perimus: tui enim ex creatione sumus; tibi ergo perimus, si tui sumus. Ad te solum liberare pertinet, nè pereamus; & reassumere de periculo, si incurrimus. Vocasti nos in promissione tua, sequimur te in fide nostra. Vocasti nos miris modis; sequimur te vestigiis nostris: patrocinia Mundi dimisimus;

mus; & sub tua protectione confugimus, Simon Cals. l. 5. c. 2.

Num. 2.

Fragilitas nostra.

Non permanebit spiritus meus (id est, indignatio mea) in homine, quia caro est. Gen. 6. 3. q. d. nec ita indignabor, quod non velim eum corrigere per flagella; quia caro est, id est, fragilis. q. d. ideo miserebor, quia fragilis. Non ita de diabolo, quia spiritus tantum, & non caro, & sine Suggestione peccavit; ideo sine redemptione punietur. Hugo Card. hic. *Non permanebit.* Symmachus, & alii, ex Hebraeo vertunt: *non iudicabit, non ligabit.* q. d. Deus: non patiar hanc litem inter meam iustitiam, & misericordiam, tam diu durare. S. Hieronymus q. in Gen. sic legit: *non iudicabit spiritus meus.* hoc est: quia fragilis est in homine conditio; non eos ad aeternos servabo cruciatus; sed hic illis restituum, quod merentur. Ergo non severitatem, ut in nostris codicibus legitur, sed clementiam Dei sonat; dum peccator hic pro suo scelere visitatur. Cornelius hic.

Vidit omnes filios hominum. Pl. 32. 13. Considera, quia non dicit, visa peccata, sed filios hominum: nam cum delicta respicit, punit; cum hominem intuetur, absolvit. Sicut Pl. 50. 11. dicit: *averte faciem tuam a peccatis meis.* Et Pl. 142. 7. *non avertas faciem tuam a me.* Cassiodorus hic.

Vidit hominem. Matth. 9. 9. Non otiose dicitur vidisse hominem: ut inde reddatur ratio, quae ipsum Jesum allexit, ut Matthaeo propitius fieret: quia ad naturam humanam tanquam sibi cognatam valde propendet. Baeza t. 2. l. 6. c. 4.

Memento mei. Luc. 23. 42. Non dico, ut memineris operum meorum: haec enim merito; sed omnis homo afficitur ad comitem suum. S. Cyrill. Jerosol. Catech. 13. *Introte in conspectu ejus in exultatione.* Pl. 99. 2. Ante quem tremunt columna caelorum; jubemur homines exultare. Unde tanta praesumptio? an quid Deus homo? sic S. Chrysol. l. 6. unde est, quod propterea hoc vos facere debere sic praesumit? unde est? ex eo, quod sequitur v. 3. *scitote, inquit, quod Dominus est Deus:* quia Dominus ille est Deus, qui fuit in carne nostra pusillus. Baeza ante citatus.

§. XIV.

Deus est benignior peccatoribus, quam iustis.

Locuta est Maria contra Moysen &c. Num. 12. 1. 10. Quia semel contra fratrem murmuravit, a Deo lepra percussa est, & a castris septem diebus exclusa. Mariam autem Magdalenam plurimis peccatis oneratam benignissime tractat, & consolatur, atque defendit. Iustum timor sustinet, ne efferatur; peccatorem spes erigit, ne desperet. Diez f. 5. D. Pals.

Pessulum ostii mei aperui dilecto meo; at

ille declinaverat, atque transferat. Cant. 5. 6. 7. Pulsante sponsa, cum sponsa paululum morata fuisset, illum non invenit; fecitque eam ire per vias ad eum quaerendum; ubi in manus vigilum incidit, a quibus percussa &c. Illam vero meretricem, quae tot adultertia cum multis amatoribus commiserat. Jer. 3. 1. tam benigne alloquitur: *revertere ad me.* Vide etiam Ezech. 18. 21. quam asperè minetur iusto; quam blandè spondeat peccatori. Id. ib. Petrum, cum Passionem Christi vellet ex amore impediri, Sathanam appellavit. Matth. 16. 23. Juda proditori dicit: *amice, ad quid venisti?* Matth. 26. 50. Id.

Miscellanea.

Non est, bonum, hominem esse solum. Gen. 2. 18. Cum praecius sit omnium futurorum; non apparet, quae ratione in verum sensum id aptari possit. Nam si Adami solus remaneret, forte nullum esset peccatum; quod, consulente uxore, factum est: vel saltem non tot essent; at, accepta conjuge, humanum genus longè, lateque dilavit. S. Ambrosius causam refert in Dei misericordiam, l. de parad. c. 8. quia ex viro solo non poterat esse humani generis propagatio, pronunciatum Dominus, non esse bonum, hominem solum: maluit enim Dominus plures esse, quos salvos facere posset, & quibus donaret peccatum; quam unum solum Adam, qui liber esset a culpa. Pirna Eth. 34.

Domine in caelo misericordia tua. Pl. 35. 6. Nescio, quam misericordiam ipse dicit, quae in caelo est: est enim misericordia Domini & in terra. Habes scriptum Pl. 32. 5. *misericordia Domini plena est terra.* De qua ergo misericordia loquitur, cum dicit, *Domino in caelo &c.* Munera Dei partim temporalia sunt, atque terrena; partim aeterna & caelestia. Qui propter haec colit Deum, ut terrena ista, atque temporalia accipiat, quae omnibus praesto sunt; quali adhuc ut pecus est. Utitur quidem misericordia Dei; sed non illa, quam expectaturus est; quae non dabitur, nisi solis iustis, sanctis, bonis. S. August. hic.

Melior est misericordia tua super vitas, labia mea laudabunt te. Pl. 62. 4. id est benignitas illa, quae me peccatorem a Tartaro revocasti; haec melior est ad Deitatem tuam testandam, quam vita reddita Lazaro, viduae filio, aut principis filiae. Eusebius Emis. hom. de Pascha: bene dicitur: melior est misericordia tua super vitas: meliores enim sunt dies, quibus ad aeternam vitam renascimur; quam illi, quibus in haec tempora procreamur: siquidem majora sunt dona gratiae, quam naturae. Hic potentia, ibi misericordia continetur. Esobar t. 3. Coll. Chr. p. 2. Sect. 3.

Multi publicani, & peccatores discumbant cum Jesu. Matth. 9. 10. Anni multi docent misericordiam in peccatores. Severissimus ultor est peccatorum juvenilis ardor; & nimius erroris plectendi rigor semper novitius est in disciplina Christiana. Jesus ut adolevit aetate, publicani mensis accumbit; & recipit publi-

ca-

canos, ac peccatores. An non ille est Jesus, qui puer nec nasci, nec porcari, patitur, nisi ex Virgine Maria, à justo Simeone? cur modo non solum à iustis, sed & peccatoribus, patitur tractari? S. Bernardus l. de Purif. nullum ibi locum peccator habuit, omnes fuere perfecti, omnes iusti, omnes sancti. Sed nunquid hos tantum salvabis Domine? crescit corpus, crescit & miseratio; *homines, & jumento, salvabis.* Baeza t. 2. l. 6. c. 4. §. 13.

Mulier in civitate peccatrix. Luc. 7. 37. Mulierem vocat, quia nomen fragilitatis: misericordia maxime respicit miseriam. Sylveira hic.

Avulsus est ab eis, quantum jactus est lapidis. Luc. 22. 41. Simon Cas. in Matth. *progressus pusillum, scilicet quantum jactus est lapidis:* ut nunquam ab aliquo elongetur Christus; quam cor lapideum hominis ad ipsum non possit, si velit, converti. *Facta est quasi vidua.* Thren. 1. 1. S. Paschaf. l. 1 in Thren. *quasi vidua,* & non verè vidua: quoniam, et si à sponso despicitur, sponsalitates tamen ejus jura manent; ut, si redierit prioraque dilectionis opera impleverit; sponsum saltem per poenitentiam respiciat. Baeza t. 1. l. 4. c. 2. §. 12.

Capilli candidi tanquam lana alba. Apoc. 1. 14. Victor Pictav. Ep. in capillis albis albatum est similitudo; lana similis propter oves. Ipsa ovem errantem tulit humeris. Luc. 15. 5. Inde sic coronatur Christus: nulla enim corona Christo pretiosior, quam peccatores convertere, & reducere ad salutis gregem. Sylveira hic. q. 53.

Oculi ejus tanquam flamma ignis. Ib. S. Antonius Pad. in fragm. sup. Apoc. *oculi ejus &c.* id est, respectus gratiae Christi, tanquam ignis glaciem, id est, cor peccatoris congelatum dissolvens. Luc. 22. 61. *Dominus respexit Petrum, oculis scilicet misericordiae, & flevit amare:* quia dissoluta fuit glacies cordis ejus in lacrymas compunctionis. Gelfridus conc. 34. oculi ejus intentio ejus: quia autem charitas ignis, flammam ignis est nimietas charitatis; bonorum nostrorum non egens subvenire nobis solò nituitu vehementissimae charitatis intendit. Id. hic.

Quamdiu vivimus, si datur contra nos in Curia justitiae, possumus appellare ad Curiam misericordiae; sicut fecit David, & Ezechias. S. Vincent. Ferr. l. 3. f. 2. Rogat.

Qui fugit dexteram divinae benignitatis, incidit in sinistram divinae severitatis. S. Bernardus t. 2. l. 54.

Multi volunt misericordiam, retinendo peccati miseriam: & orant misereri; sed nolunt emendari. Superbia maxima est, petere misericordiam, & in vitiis velle manere. Simon Cas. l. 1. c. 26.

§. XV.

De misericordia Dei praesumptio.

Reversa sunt aquae, & operuerunt currus. Ex. 14. 28. Quantae temeritatis, & Polyanti b. Sacr. Tom. II,

dementiae, Pharao iratum habet Deum; nec tamen terrebatur. Persuasit sibi impius, Deum etiam tunc fore benignum, quem toties expertus fuerat. Abutebatur divina misericordia: ex ea sumpsit occasionem peccata peccatis cumulandi. S. Gregor. M. in l. Reg. c. 3. peccare, & de Dei Creatoris clementia praesumere; pelago justitiae ejus exponi est. Castillo Illar. 164.

Quam magna multitudo dulcedinis tua, Domine, quam abscondisti timentibus te. Pl. 30. 20. Origenes tom. 1. in Ezech. notat, abscondi dulcedinem hanc non diligentibus, id est, perfectis viris; sed timentibus, id est, qui parum in virtute profecerunt. His utiliter absconditur, ne praesumptionem ingerat: & manifestatur justitia, ut utiliter timeant. Parvuli, ait Origenes, non possunt cum emolumento suo discere, quod amentur à patre; ne dissolvantur, ne despiciant bonitatem Dei. Pinna Ethol. 64.

Publicani, & meretrices, praecedent vos in regnum Dei. Matth. 21. 31. Idcirco ad telonia, & prostibula, currendum? absit! imò potius ab iis ideo procul cedendum. S. Ambrosius l. de Elia, & junio c. 20. ex iis verbis sic concludit: ergo quia tam misericordem habemus Dominum, qui etiam gravi ignoscet errori; convertamus nos à vitiis; non recedamus à lege; praecipuum Domini quasi servi sedulis studiis exequamur. Magis quodammodo Dei misericordia timenda, quam justitia; qui enim justitiam offendit, habet misericordiam pro asylo; qui autem misericordiam offendit, quae ara eum tuebitur? Mendoza in 1. Reg. 4. Annot. 10. sect. 2.

Quemcumque osculatus fuero &c. Matth. 26. 48. Proh dolor! quantam proditoris anima pravitatem suscipit! quibus oculis tunc Magistrum aspexit? quod signum prodicionis dedit? Quemcumque osculabor. Confidebat in lenitate Magistri: quae res maxime confundere illum hominem, & omnem privare veniam, sufficit; quia ita mansuetum prodebat Magistrum. S. Chrysol. hom. 48. in Matth.

Sic timeat (peccator) justitiam; ut quaerat misericordiam: sic de misericordia confidat; ut tamen justitiam contremisecat. Caesarius Arelat. hom. 13. Desperatio. Vide Spes.

§. XVI.

Misericors, & justus, est Deus.

Ex Veteri, pleraque Symbolicè.

Cumq; transissent septem dies, aquae inundaverunt super terram &c. Gen. 7. 10. S. Ambrosius l. de Noë, & arca: quae causa est, cur postquam ingressus est Noë in arcam, post septem dies diluvium factum sit? non enim otiosum videtur, quod non, aut plures, aut pauciores, interpositi sunt dies; sed tot, quot in constitutione Mundi fuerunt. Quò declaratur indicio; ipsum esse authorem Mundi, atque diluvii: Mundum propter bonitatem suam

suam condidit; diluuium misit nostrorum meritò delictorum.

Duos quoque Cherubim aureos ex utraque parte oraculi &c. Ex. 25. 18. &c. Deus in Propitiatorio dabat responsum inter duos Cherubim; quorum alter iustitiam, alter misericordiam, designat. Pinna Ethol. 126.

Tu quoque nosti, qua fecerit mihi Joab. 3. Reg. 2. 5. &c. Cum rationis ordo deposcat, ut in perduelles, vel quoslibet inimicos, vivens sententiam ultionis exereret, moriens autem eis misericorditer indulgeret; cur moriens David Salomoni in regnum succedenti perdendos mandavit? sed sciendum est: quia per regnum David, qui tot persecutionibus, & arumnis, attritus, hoc præsens seculum designatur; in quo cum suis membris Christus affligitur, multisque tribulationibus Ecclesia laceratur. Regnum verò Salomonis futurae vitæ denuntiat gloriam, Unus igitur, idemque, Redemptor noster; & nunc David est, & tunc Salomon erit. Nunc quasi David reproborum pravitates æquanimiter tolerat; & postmodum tanquam Salomon in gloria sua veniens, eos, quasi vibratò iudicii sui mucrone, trucidat. *Misericordiam, & iudicium, cantabo tibi Domine.* Pf. 100. 1. Petrus Dam. l. 2. ep. 20.

Præcepit Dominus. 3. Reg. 7. 17. 20. in templi columnis malogranata, catenasque depingi. Vult Deus ex domo sua fructum misericordiae, iustitiaeque catenas, sperari oportere; quæ sunt duæ columnæ, quibus totus orbis sustinetur. Diez conc. 2. in Com. Conf. Pont.

Obliviscatur ejus misericordia. Job. 24. 20. Omnipotentis Dei misericordia oblivisci ejus dicitur, qui omnipotentis Dei iustitia fuerit oblitus. Quisquis eum nunc iustum non timet, postea eum invenire misericordem non valet. S. Gregor. l. 7. mor. c. 31.

Exultavit ut gigas ad currendam viam. Pf. 18. 6. Non fat apta similitudine usus videtur Propheta; dum eum, quem nuptiali carmine v. 6. sponsum dicit, gigantem, & ad cursum alios provocantem, vocat. Magis enim ère videbatur, si cum vestibus pretiosis indutus, bellâ facie amabilem, depinxisset. Potius enim terreret sponsam homo gigantea proceritate ad cursum, & palæstram, alios laceffens. S. August. l. 12. de temp: ad hoc sponsum procedit de thalamo suo, exultavit ut gigas ad currendam viam suam; amabilis, & terribilis; severus, & serenus; pulcher bonis, asper malis. Pinna Ethol. 65.

Speciosus formâ præ filiis hominum. Pf. 44. 3. Mox tamen quasi militem strenuum, viribus potentem, armisque accinctum describit: *accingere gladiò tuo super femur tuum potentissime v. 4. Sagitta tua acuta. v. 6.* Docemur, utrumque miscere, & misericordiam, & iustitiam: nè aut solius misericordiae consideratio desides, aut solius iustitiae pusillanimes, faciat. Id. ib.

Quæduxit eos in nube diei, & totâ nocte in illuminatione ignis. Pf. 77. 14. S. Augustinus hic per nubem Christum intelligit. Qui ad coelestem patriam pergis, hujus columnæ ductum sequere, & cogita, quæ Christus inter ho-

mines degens pro te gesserit; & quæ acturus contra improbos in igne: quia columna nubis est benefaciens; ignis, puniens. Utranque columnam memoriâ tene. Id. Ethol. 99.

Misericordiam, & iudicium, cantabo tibi Domine. Pf. 100. 1. Potestas Domini semper aut miseretur, aut iudicat. Sed neque misericordia ipsius sine iudiciò, neque iudicium sine misericordiâ, reperitur: utraq; enim se mutuâ societate conjungunt. Cassiodorus hic.

Misericors Dominus, & iustus, & Deus noster miseretur. Pf. 114. 5. Ecce circumseptam iustitiam à misericordiâ, & tanquam in medio clausam; ut nec ingredi, nec aggredi, nisi per misericordiâ januam, queat. Diez. Misericordia Dei.

Verba Ecclesiastæ, filii David, regis Jerusalem. Ecclæ 1. 1. Petrus Damiani l. 1. de Nat. B. V. tria Salomonis nomina adaptat Christo sic: filius regis, & rex; nec solum filius Dei, sed etiam Deus. Salomon, id est pacificus, est nobis in hoc exilio. Ecclesiastes, id est, concionator, erit in iudicio. Idida, id est, gloriosus, erit in regno, in exilio amabilis; in iudicio terribilis; in regno admirabilis. Cornelius hic.

Osculetur me osculò oris sui. Cant. 1. 1. Habet sponsus labia sua; & sponsa similiter. Labia sponsi sunt misericordia, & veritas: labia sponsæ sunt amor, & timor. Et hæc quatuor labia sibi invicem conjunguntur: nam misericordia amori conjungitur, & veritas timori. Hugo Card. hic.

Botrus Cyprî dilectus-Fasciculus myrrhæ. Cant. 1. 12. 13. Cur sponsus tam disparatis rebus comparatur? Uva dulcis, & palato gratia; myrrha autem amara, & gustui inhospita. Maximilianus II. Imp. ut modum ostenderet subditis, quem in regimine observatum voluit; curavit in Symbolo pingi aquilam, pede unò fulmen tenentem, alterâ auream coronam, cum Lem. In opportunitate utrumque q. d. promissis subditis liberaliter præmia largiar, malos puniam. Sic Deus fasciculus myrrhæ est iis, qui eum ad amaritudinem provocant &c. Paoletti D. Quinq.

Candidus, & rubicundus. Cant. 5. 10. Candidus propter misericordiam, rubicundus propter iustitiam. de Ponte hic. Exh. 19. §. 3.

Expectat Dominus ut misereatur vestri; & ideò exaltabitur parcens vobis. Il. 30. 18. Nec misericordia ejus præscribit iustitiæ, nec iustitia ejus aufert misericordiam: misericors, & iustus. S. August. l. 109. de temp.

Propterea expectat Dominus, ut misereatur vestri quia Deus iudicii Dominus. Il. 30. 18. Quia strictus iudicii rigor Dominus est datus; ideò ab illo præmittitur amor, præmittitur misericordia, perfecti iudicii comes, & iudicii antea mbulo. Bæza t. 2. l. 6. c. 3. §. 6.

Assumpsi mihi duas virgas: unam vocavi Decorem, alteram vocavi Funiculum. Zach. 11. 7. Intellige per has duas virgas, mi-

fericordiam, & justitiam. Diez conc. 2. in Com. Conf. Pont.

Ex Novo.

Vidit spiritum Dei descendentem sicut columbam. Matth. 3. 16. Sub specie ignis super Apostolos. Act. 2. 3. quia, quantumvis in virtute profeceris; Dei timorem abjicere non debes. Pinna Ethol. 64.

Apparuerunt Moyses, & Elias. Matth. 17. 3. Hinc misericors, & mansuetus, Moyses; hinc severus, & justus, Elias quia justus Dominus, & misericors. Petrus Blefens. tr. de transf. D.

Statuet oves à dextris suis; hædos autem à sinistris. Matth. 25. 33. Sedet ad dexteram, habens in dextera misericordiam, in sinistra judicium. Et misericordiam multam nimis, & judicium multum nimis: in dextera aquam; in sinistra ignem, immobiliter tenens. S. Bernardus f. 2. de Ascens.

Quemcumque osculatus fuero, ipse est; tene te cum. Matth. 26. 48. Origenes tr. 37. in Matth. Dignum est querere, cum secundum faciem notus esset (Christus) omnibus habitantibus in Judæa; quare quasi non cognoscentibus effigiem ejus, dedit eis signum? R. venit de eo talis traditio ad nos, quoniam non solum duæ formæ erant in eo; una, secundum quam eum omnes videbant; altera, secundum quam transfiguratus est coram Discipulis in monte; sed etiam unicuique apparebat, secundum quod fuerat dignus. Sicut & de manna scriptum est, quod habebat saporem ad omnem usum convenientem. Et verbum Dei non similiter cunctis apparet. Propter hujusmodi transfigurationes ejus signò indigebant.

Osculabatur pedes ejus. Luc. 7. 38. Fallitur, qui sic osculatur misericordie pedem, ut pedem judicii non attendat. S. Bernardus in festo S. Magd.

Stans retrò secus pedes. Ib. Pedes Domini sunt misericordia, & judicium, quibus venit ad peccatores. Hugo Card. hic.

Osculabatur pedes ejus. Ib. Pedes isti misericordia, & judicium; quorum alterum sine altero osculari vel temeraria securitas est, vel desperatio fugienda. S. Bernardus. In pede misericordie reperit Magdalena salutem: *remittuntur tibi peccata.* At, post tantum beneficium acceptum, judicium instat, nè ob ingratitudinem pes misericordie ipsius beneficii pondere suffocet peccatricem. Escobar t. 7. Proph. Chr. l. 1. obl. 4.

Infundens oleum & vinum. Luc. 10. 34. Oleum misericordiam, vinum justitiam. His stipatus incedit liberatus à malo. Simon Gaf. l. 8. c. 39.

Fatigatus ex itinere sedebat. Joan. 4. 6. Quod Jesus sedeat, judiciaria potestatis indicium est; quod fatigatus ex itinere, hoc pietatem, & benignitatem, ostendit. Baeza t. 2. l. 6. c. 3. §. 6.

Nèque ego te condemnabo: vade, & jam amplius noli peccare. Joan. 8. 11. *Vade.* Christi misericordiam indicat; *jam amplius noli peccare, justitiam.* S. August. t. 33. in Joan. quid est, Domine? faves ergo peccatis? non planè, sed attende, quod sequitur? vade, deinceps jam noli peccare. Ergo & Dominus damnavit? sed peccatum, non hominem: nam, si peccatorum fautor esset, diceret: vade, & vive, ut vis. De mea liberatione esto secura, quantumcumq; peccaveris, te ab omni pœna, etiam gehennæ liberabo. Non hoc dixit. Pinna Ethol. 65.

Similis erat aspectui lapidis jaspidis, & sardinis. Apoc. 4. 3. Viegas, Pererius: jaspide virente significatur misericordia; sardo rubente justitia. Sylveira hic.

Iris erat in circuitu sedis, & de throno procedebant fulgura, & voces, & tonitrua. Apoc. 4. 3. 5. Iris ex Ruperto misericordiam denotabat. Octavianus in Eccl. c. 2. v. 7.

Vicit leo. Apoc. 5. 5. *Vidi agnum stantem.* v. 6. Magna est differentia inter leonem, & agnum: leo est magnus, agnus parvus. Sed si utrumque consideramus; utrumque Redemptorem nostrum comprobamus: leo malos puniendo; agnus bonos redimendo. Richardus à S. Vict. l. 2. in Apoc. 3.

Ex Patribus, & aliis.

Labente ab ingenita innocentie dignitate homine, per multorum curricula temporum in Trinitatis sacrosancto Collegio, mirandum misericordia, & justitia, invicem habere conflictum. S. Laurent. Just. de triumph. c. 1.

Sicut per hyemem rigor, & tempestas, divinæ justitiæ; ita per æstatem serenitas divinæ misericordie, significatur: dies ergo æstatis beneficia sunt divinæ pietatis, S. Bonavent. f. 3. in Epiph. D.

Sol. Lem. Mortificat, & vivificat. Vel: Humiliat, & sublevat. S. Cyprianus ep. 31. Sicut respici debet divina clementia; sic & respici debet divina censura: Deus enim, ut est indulgens; ita est præceptorum suorum exactor; & quidem diligens. Paravit cœlum; sed paravit & Tartarum: paravit refrigeria; sed paravit etiam æterna supplicia. Picinelli. Vide Bonitas Dei.

TITULUS XX. MODESTIA.

Joseph quoque ponet manus suas super oculos tuos. Gen. 46. 4. Oculos morientium claudere ritus antiquis inviolabilis erat. O si vivi eos clauderent ad humana; ut mortui possent videre divina! Abulensis inquit: ideo mortuis claudi lumina; nè, præ lethali frigore palpebris frigescentibus, stupidi oculi horrorem incutiant intuentibus; ideo quoque os, manus, & pedes, mortuorum componuntur. Si bona videtur in iis dispositio sensuum, & membrorum; quem horrorem incutere debet, videre hominem viventem, oculis, ore, manibus, pedibus, & toto corpore, dissolutum. Alvarez lib. 266. Scias religiose, te Mundo mortuum; & horrore esse virum mortuum, dissolutos oculos, inversas manus, & pedes incompósitos, exhibere. Illum ergo charissimum tibi habe; qui silentium tibi, modestiam, gravitatem, totiusque corporis honestatem, amicè commendat: majus enim beneficium est viventi modestiam suadere, quam mortuo jam lumina claudere. Id. ib.

Sapientia hominis lucet in vultu ejus. Eccl. 8. 1. Tripliciter sapientia lucet in vultu. Primò quia, ut ait S. Hieronymus, anima seipsam, suasque passiones, & affectus, imprimat corpori, præsertim vultui, per naturalem Sympathiam. Secundò, quia sapientia, & virtus, non tantum animum, sed & corpus, præsertim vultum, ad omnem honestatem, & decorem, componit, facitque, ut in eo relucent gravitas, comitas, probitas, pietas. Tertio, sapientia lucet in facie: quia facit sapientem omnibus amabilem. Cornelius hic.

Modesti. 1. Petri 3. 8. Angeli, ut docerent nos modestiam, sæpe apparuerunt in corpore assumpto: ut in eo Angelicos mores, & modestiam, exprimerent. Cornelius hic.

Ama modestiam summoperà, ut divini spiritus tabernaculum efficiaris. S. Ephrem Pæren. 5.

TITULUS XXI. MORBI.

§. I.

Utiles animæ.

Num. 1.

*Symbola, & similitudines
Ex Veteri, & Novo.*

Urbæbantque Aegyptii populum de terra exire velociter dicentes: omnes moriemur. Ex. 12. 33. Mors quotidie nobis impendens, & ejus comites morbi, sæpius invitentes admonent; jamiam esse demigrandum; & tanquam Aegypti urgent Israël: qui, nisi afflictus, & oppressus, non facile promissam unquam terram illam lacte, & melle, redundantem adamasset. Isidorus Clarius l. 1. or. 7. in die Cin.

Mortui sunt multo plures lapidibus grandinis &c. Jof. 10. 11. Lapidibus grandinis sunt infirmitates immisæ à Domino. Et plures convertuntur ad Dominum per infirmitatem, quam per prædicationem. Hugo Card. hic.

Misit Salomon in Ophyr, ut aurum inde deferretur. 3. Reg. 10. 11. Ophyr infirmitas interpretatur. S. Rupertus l. 2. c. 30.

Unversum statum ejus versasti in infirmitate ejus. Pl. 40. 4. q. d. ut tui, ô Deus! dulcem captent somnum; tu eis tuis ipse manibus lectum componis. Quis sensus horum verborum? S. Chrysol. l. 14. Caro est, quæ versatur, & versat: ipsa est ergo, quæ in adversis

resolvitur, in prosperis versat. Ut infirmo bene sit, & quies; versari sicuturum, excuti; sursum, ac deorsum volvi, necesse est. S. Ambrosius l. 1. de penit. c. 13. quod nocet corpori, adjuvat spiritum. Didacus Nils. f. 2. in die Cin.

Habens sub me milites &c. Matth. 8. 9. hoc voluit subintelligi: tu homo, qui & Deus es, passiones omnes, & universas infirmitates, habes potestati tuæ, & judiciis tuis, militantes; & dicis huic vade, & vadit. Dicis, inquam huic spiritui infirmitatis, recede, & recedit: dicis item alii, cum causa, & ratio, postulat, veni, & venit: ut scilicet flagelleretur, quem flagellari volueris. S. Rupertus c. 20. in Evang. Morbi enim sunt quasi milites, & satellites tui, quos ad nutum in reos emitis; & à prenitentibus, ac supplicibus, revocas. Cornelius hic.

Dedit illis potestatem & curarent omnem languorem. Matth. 10. 1. Apostoli possunt dici infirmitates corporales; quas mittit Dominus quasi correctores; ut ab errore revocent homines; velut eos, qui boni sunt, efficiant meliores. Hugo Card. hic.

Accessit, & tetigit loculum. Luc. 7. 44. Quoties & tu ad Inferni sepulchrum properas! misericors autem Dominus tangit manu loculum, corpus; mittendo morbum, ut te retineat, & ad vitam gratiæ revocet. Stella hic.

Cujus filius infirmabatur Capharnaum. Joan. 4. 46. Capharnaum Eusebio Emisse: no idem est, quod villa consolationis; quasi

quasi suburbanum prædium, in quod homines relaxandi gratia secedere solent. Non sine mysterio addit locum infirmitatis Joannes: nam quod majus solatium, quæ voluptas amoenior; quod prædium gratius? quam lectus ægri? Didacus Niss. D. 20. Pent. §. 3.

Cum infirmor, tunc potens sum. 2. Cor. 12. 10. Quomodo infirmus robustior potest esse sanò? Anima tres habet inimicos, dæmonem, Mundum, & carnem; corpore verò infirmò jam unus ejus inimicus occubuit. Neque carò solum victa; sed transfugit è statione propria ad partes animæ, quæ jam cum duobus luctatur; nec sola, sed corpore adjuvante. Stella de cont. p. 1. c. 81.

Ex Patribus, & aliis.

Fruenti granum projectum in terram, & mortuum; cum juxta sicum lapidem pullulasset, lilium ita fertur ei dixisse: unde tibi concesso, & mortuo, spiritus germinandi? cum ego, quando conteror, eo ipso perdo? cui granum respondit; hoc mihi ex virtutis granditate conringit; quæ sit, ut passio mea sit mea actio; & dum morior, revivisco. Phoenix mortua generat; & cinnamomum contritum plus inflammat. Sic infirmum membrum sine dolore tangi non patitur; & sanum, dum tangitur, delectatur. S. Cyrillus in Apol. c. 21.

Oraveram planè quam sæpe, ut in me cælestis disciplina rigor irueret; & peculantem corporis mei insolentiam non levi languoris ægritudine castigaret. In quo me divina clementia non despexit; sed ultra spem precibus annuens, non sine fœnore, mea vota complevit. Dedit enim mihi Pentecosten lugubrem, non Paschalem: & ut ita dicam, contulit mihi subileum, non Sacerdotium tubarum elangoribus intonantem; sed suspiriis potiùs, ac gemitibus lacrymabiliter obstrepentem. Dominico nimirum die febricitans in lectulum decidi; septemque transactis hebdomadibus, æquè Dominico die, qui nimirum quinquagesimus erat, Deò me resuscitante, surrexi. D. Petrus Dam. l. 6. ep. 19.

Non solum in mari, aut in bello; sed etiam in lecto, apparet virtus. Si ferrum es; per infirmitatis ardorem rubiginem amittis: si argentum; per ignem solidaris: si verò aurum; exercitatum per ignem à magnis ad majora proveheris. S. Laurentius Just. de Patientia c. 4.

Faciunt homines sicut nautæ: qui, cum sunt in mari, dum serenum tempus est, vacillantibus, & dissolutionibus; & Domini obliviscuntur: cum autem ingruit tempestas; tunc devotè invocant Deum, & Sanctos; & voca multa faciunt. Sic homo ferè quilibet, dum est in prosperitate, omnia mala, & ferè nulla bona, facit; sed in infirmitate promittit, quidquid potest: cum autem sanatur, nihil vult solvere, quod promissit. Hugo Card. in Psal. 77.

Infirmitas expressa est imago naufragii: nam dum navis illidit saxis; aut ventorum, fluctuumque, rabie procellosa concutitur; universa Mundi pretiosa vilescunt; & in poenitentiam transit, quidquid fuerat occasio voluptatis. Petrus Blesens. ep. 150.

Pecus in luto jacens stimulis erigitur; sic infirmus ad confessionem, bona opera. Brogmard. Morbi.

Reges Pureani vocabant morbos nuntios cœli; quibus se dicebant ad Deos acciri. Nicrenbergius l. 8. histor. n. c. 13.

Morbus corporis medicina cordis. Leo, teste Solinò, quartanam semper patitur, divinam providentiã, ut ejus ira temperetur. Elephantæ ægri colligunt herbas salubres; & antequam eos edant, erectò ad cœlum capite, etiam herbas levant: & quadam quasi religione à Deo auxilium postulant. Multò magis homo à Deo in morbo petat ejus auxilium. Gemiani l. 5. c. 66.

S. Agnes V. Ord. S. Dominici, videbatur sibi in somno post orationem ab Angelo de sua cella ad olive arborem duci, ibique calicem sibi ab eo porrigi cum his verbis: bibe sponsa Christi calicem hunc, quem Dominus Jesus etiam pro te bibit: quem illa arreptum avidè bibit. Oblata illi hæc visio novies, diebus Dominicis novem continuis. Nec multò post secuta gravis, & diuturna infirmitas, quam patientissimè toleravit. Bolland. 20. Aprilis.

Num 2.

Exempla Biblica.

Vere scio, quod non sit alius Deus in universa terra, nisi tantum in Israel. 4. Reg. 5. 15. dixit Naaman Syrus. O felix lepra; quæ veri Dei cognitionem in hujus viri mentem induxit! quæ si defuisset, nec ullò morbo laborasset; gentilis permanisset. Stella in Luc. 5.

In diebus illis egrotavit Ezechias. 4. Reg. 20. 1. Ne de miraculoso triumpho extolleretur: vel quia non contavit Canticum Domino post stragem hostium, ut mos erat; sicut Moyses, Anna, David, &c. Hugo Card. hic. Nè elevaretur cor Ezechie post incredibiles triumphos, & de media captivitate victoriam; infirmitate corporis sui visitatur; & audit, se esse mortuum; ut conversus ad Dominum flectat sententiam ejus. S. Hieron. l. 11. in c. 38. II.

Confide fili, remittantur tibi peccata tua. Matth. 9. 2. Vidè, quam citò animæ sanitatem indulsit paralytico, nec morã interpositã. *Vidit hominem sedentem in telonio.* v. 9. non mox animæ sanitatem confert Matthæo; sed jubet sequi, & sensim animæ labes ponere. Quod inter utrumque discrimen? S. Chrysol. l. 30. ad paralytin refert: adversã valetudo mox animæ maculas eluit; at Matthæus bene valens tempore egebat, quò animum mundaret. Chrysol: paralytico dicitur: venit sequere me. hoc est, ut, sequendo me, repares, quod sequendo pecuniam perdidisti. Confide fili, dimittuntur tibi peccata tua, quia compensarunt dedicta, doloribus; publicano autem dicitur: Panna Esh. 154.

Filia me male à demonio vexatur. Matth. 15. 22. Ut quid male? nunquid aliquando bene vexare quempiam volet? Minimè; suã intentione duntaxat; sed divinã providentiã, quæ bene malis utitur, dæmonum, malorum hominum voluntatibus, sunt secuta coronã.

P 3

Clamat

Clamat hoc Martyrum exercitus, vexantibus daemionibus, Tyrannorum terrore, & suppliciis, consecratus. Hæc filia, maternò iudiciò, malè à daemionio vexabatur. Sic enim intentione Sathanicà; sed ad profectum utriusque bene vexata est: nam ambæ in anima liberæ, à cultu averfa Gentilium, in Christi familiam transferunt. Simon Cass. l. 5. c. 24.

Cum infirmor, tunc potens sum, 2. Cor. 12. 10. Vides, quia carnis infirmitas robur spiritui augeat, & subministret vires? Ità è contrario noveris carnis fortitudinem debilitatem spiritus operari. S. Bernardus l. 29.

Quæ causa fuit, quòd Magdalena ità fuit peccatrix, quòd perdidit nomen? Martha verò semper fuit Virgo? gratia Dei, & tribulatio Nam dicit Ambrosius, quòd Martha fuit illa mulier Matth. 9. 20. quæ duodecim annis habuit fluxum sanguinis: quando Magdalena cecidit in peccatum, Martha cecidit in infirmitatem; quia aliàs fuisset ut Magdalena. Obenedicti infirmitas! quæ facit servare castitatem. Pl. 118. 143. *tribulatio est angustia, invenerunt me*. quasi perquirant hominem. Ideò *mandata tua meditatio mea est*; scilicet ad servandum. S. Vincentius Ferr. l. 5. D. 16. Trinit.

Num. 3.

Sententia Biblica.

Multiplicata sunt infirmitates eorum, postea acceleraverunt. Pl. 15. 4. Christus iram mihi convertit in gratiam, infirmari me volens, nè gravitus infirmarer. Eram salutis meæ neglector, & im memor; sed desidem, & in vita Dei lentescem, infirmitatum multiplicitas stimulavit ad cursum. Petrus Bles. ep. 31.

Invenietis requiem animabus vestris, Matth. 11. 29. Non dixit corporibus: nam in hac vita Lex Christi maximè quietem affert animæ. Et quia, ut ait S. Paschas. l. 6. in Matth. inpraesentiarum corpora cruciantur; ut animæ à vitiis requiescant. Sylveira hic.

Eccce Agnus Dei, ecce qui tollit peccatum Mundi. Joan. 1. 29. Non dicit morbos corporis, non molestias carnis; sed peccatum, quod est morbus animæ, & corruptio mentis. S. Bernardus l. de triplici Adventu.

Num. 4.

Sententia Patrum, & aliorum.

Omnis languor, & omnis infirmitas, quam sanavit Salvator tunc in populo; referuntur ad infirmitates spirituales animarum, secundùm differentias passionum. Origines tr. 4. in 17. Matth.

In dextera deliciae, in sinistra medicinae sunt. S. Bernardus l. 4. in Nat. super illud: lava ejus sub capite meo.

Jactatum te gravi aegritudine significasti mihi, credidisse in Dominum Jesum, et jam cepisse revalescere. Ad salutem igitur ea infirmitas fuit; plus aculei, quam periculi ferens: quia diu promissum remordebas. S. Ambrosius pe. 9. ad Bellicium.

Quàm multi aegrotant in lecto innocentes; & si sani fuerint, procedunt ad scelera committenda. Quàm multos obest sanitas! S. August. tr. 7. in Joan. 1.

Quantò quis carne plus fessus est, tantò erit animi virtute robustior, & sapientia complexibus aptior. Origines, hom. 11. in Gen. Corpore aegrotante anima bellè habet; anima floret, atque in cælum oculos habet; cum voluptates decidunt, atque una cum corpore marcescunt. S. Greg. Naz. or. 4.

Optimum medicamentum ad salvandas, animas, aegritudo corporis esse comprobatur. S. Laurent. Just. l. de spir. animæ relinect.

Gratias tibi cæli moderator, & conditor; qui dispensatione subtili, & occultis miserendi itineribus, vias nostras, & de afflictione componis, & ad virtutem perfectam pià laceratione nos reparas. Enochius Eucharistico de vita sua.

Quæris, quisquis ille es, quâ ratione infirmi sunt sancti viri? Respondeo breviter: quia ideo sancti viri infirmiores se esse faciunt: quia si fortes fuerint, sancti vix esse possunt. Si infirmitatem corporis appetendam sibi etiam Apostolus putat; quis sapienter evitat? Si fortitudinem carnis Apostolus metuit, quis rationabiliter fortis esse præsumit? Legimus Timotheum 1. Tim. 5. 23. Apostolum carne infirmissimum fuisse; nunquid negligebatur à Domino? aut ob infirmitatem Christo placere non potuit? qui ad hoc infirmus esse voluit, ut placeret? quemque etiam ipse Apostolus Paulus, licet nimis jam in infirmitatibus laborantem, non tamen nisi pussillum vini fumere, ac delibare permisit. Hoc est, ità eum voluit infirmitati suæ consulere, quòd noluit tamen ad fortitudinem pervenire. Salvianus de provid. l. 1.

Verè divinæ dispositionis ordo laudabilis; quia, dum secat, curat; dum percutit, etudit medetur, dum vulnus infligit. Ad hoc enim te venerande Pater, divina severitas corporalis molestiæ verberibus cinxit; ut tanquam docilem puerum à levitate compeferet. Idcirco te malleo disciplina percussit; ut vas utile in domo Domini, à scabriscentis scoriæ, vel superductæ rubiginis squalore purgaret. Petrus Dam. l. 4. ep. 17. ad quendam Episcopum.

Morbus est occasio frequentèr conversionis à malis consuetis in sanitate. Unde potest dici quoddam purgatorium vitæ præsentis. Sic ergo patet, quòd infirmitas est majus bonum, quàm Sanitas. Hujusmodi encephalia solet mittere maximis amicis suis. B. Humbertus l. 92. ad infirmos in hospitalibus.

Erigit, attollitque, se animus corpores jacente. Lipsius ep. 19. Centur. 1.

§. II.

Morbi sunt loco Purgatorii.

Ora Dominum, & ipse curabit te. Eccl. 38. 9. Infirmitas carnis, si patienter sustineatur, est quasi purgatorius ignis. V. Beda in proverbis.

Exiguum

Exiguus dolor in morbo brevi tempore plus exolvit de pœnis debitis; quam ingens, & diuturnus, in purgantibus flammis cruciatus: aded ut ardor febrilis unius diei in hac vita possit exolvere unius mensis, aut etiam anni ignem in purgatorio. Stengelius t. 4. de div. Jud. c. 31.

Nocte quâdam in somnis. S. Agatha apprens dixit Monacho Cisterciensi agro: non sit tibi onerosa infirmitas hæc: quia isti sexaginta dies reputabuntur tibi pro sexaginta annis. Cæfarius l. 4. c. 30. apud Bolland. 5. Febr.

§. III.

*Morborum origo ex peccatis.**Ex Veteri, & Novo.*

Omnis quippe caro &c. Gen. 6. 12. Id est, homo; quod peccante omnis caro dicitur corrupisse viam suam: quia propter eum omnis caro creata affligitur. Hugo Card. hic.

Eruerunt oculos ejus. Judic. 16. 21. Congruâ pœnâ Samson privatur oculis; quia eis lascivè aspexerat, & concupierat. Dalilam: quæ proinde justô Dei judiciô ejus captivitatis, & cœcitatatis fuit causa. Cornelius hic.

In diebus illis agrotavit Ezechias. 4. Reg. 20. 1. Quia non cantavit canticum Domino post stragem hostium, ut mos erat: sicut Moyfes, Anna &c. Hugo Card. hic. Ezechias incurrit infirmitatem propter ingratitude: quia post tantam victoriam Canticum gratiarum actionis non composuit; sicut moris erat. S. Thom. Aqu. in c. 38. If.

Qui delinquit in conspectu ejus, qui fecit eum incidit. (Syrus, traditur) in manus medici. Eccl. 38. 15. Nota aptam allegoriam: Medicus enim comparatur tortori, vel judici; Medicinæ comparantur tortura, & carnificinæ; æger reo, peccata ægri criminibus rei. Hinc S. Scriptura morbos sæpe vocat funes; & lectum, cui æger affigitur, vocat carcerem; in quo à Medico, quasi in equuleo, potionibus, sectionibus, clysteribus, cucurbitis, balneis, cauteriis, unctionibus, torquetur, & affligitur. Itâ Job in morbis suis c. 7. 12. *nunquid mare ego sum aut cæcus, quia circumdediti me carcere?* Et David Ps. 17. 5. *circumdederunt me dolores mortis.* Cornelius hic.

Confide fili, remittuntur tibi peccata tua. Matth. 9. 2. Declarans, quod paralysis ex peccatis esset; primum peccata solvit. Theophylactus hic. Idcirco forsân prius peccata dimittuntur; ut, causis debilitatis ablatis, Sanitas restituaatur. V. Beda in c. 2. Marci.

Remittuntur tibi peccata tua. Luc. 5. 20. Primum animam sana, dicens: *remittuntur &c.* ut discamus; multas infirmitates à peccatis nasci. Theophylactus hic. Hugo Card. hic. idem habet.

Erat ejiciens demonium &c. Luc. 11. 14. Cur non dicitur, quod Christus sanaverit mutum; sed quod ejecerit demonium mutum? quia demonium erat in causa, quod esset mutus. Et Christus D. ut bonus Medicus, radicem tollit. Sylveira hic.

Erat Jesus ejiciens demonium. Ib. Erat hic miser homo mutus, cæcus, ut habet Matth. 12. 22. surdus, ut Chrysol. Euthym. & Theophylactus, ajunt. Per ea plectitur peccator, per quæ delinquit. Multorum opinio habet, miserum hunc hominem Deo injurium fuisse; & linguâ, per verba otiosa; & oculis, per illicitorum visum; & auditu auscultando, quæ proximo perniciofa: ut intelligat peccator, quomodo iustitia divina utitur iisdem rebus ad vindictam, quibus ille abusus fuerat ad offensam. Didacus Niss. Sabb. D. 2. Quadr.

Ite, ostendite vos Sacerdotibus. Luc. 17. 14. Cur ostendi jubet Christus leprofos Sacerdotibus? ut discamus, melius per Sacerdotes, quàm per medicos, languores curari. Cur vero dum irent, sanati sunt? ut doceamur: Dei pharmacum accedentibus ægris occurrere, nec pati se ab iis conveniri. Ipsum curationis delictum curatio est. Oliva l. 13. Strom. hic.

Tolle grabatum tuum, & ambula. Joan. 5. 8. Languidô insigni sanato reliqui probabiliter sanitate donati: ex improbi enim societate pœnis afficimur, à quibus abstracti ab impio liberamur. Escobar t. 1. mir. Chr. Obs. 10.

Jam noli peccare. Joan. 5. 14. Tota causa infirmitatis erat peccatum: quod dum non removebatur, frustra languidus tot aquæ motus expectabat. Quid juvat moveri? tentare omnia; ubi solum peccatum immobile manet in anima.

Miserunt vasa, quæ erant in navi. Joan. 1. 5. irritus erat nautarum labor; Jonas, qui erat author tempestatis, somnô flertebat. Bæza t. 2. l. 9. c. 2. §. 17.

Ecce mittam eam in lectum. Apoc. 2. 22. ut scilicet agra fiat. Cur ob tot scelera rigidior pœna ei non infligitur? nullum durius mulieri, quàm ut domi derineatur, & extravagari non possit. Sylveira hic. *Mittam eam in lectum*, id est, pecutiam eam morbo: ut, quæ modò in voluptatum, ac vitiorum fuorum, lecto quiescit; decumbat in lecto ægritudinis; indeque transeat ad lectum gehennæ. Cornelius hic.

Corpus hominis, ob varia peccata, variis sæpe morbis affici, & immutari, videmus: membra enim corporis redduntur & inimica; quia ipse à Deo, & proximo, se alienari permittit. S. Ephrem de morbo linguæ.

§. IV.

Motiva patientia in morbis.

Transferunt omnia illa, tanquam umbra, & tanquam nuntius percurrens. Sap. 5. 9. Per nuntium currentem significantur passionnes animæ; & corporis, quæ præcedunt mortem. Tales nuntios oportet hilariter, vel ad minus patienter recipere, & hospitium præparare; alioquin malè erit nobis. Judic. 7. 24. *misit Gedeon nuntios.* Hugo Card. hic.

Fili, in infirmitate tua ora Dominum, & ipse curabit te. Eccl. 38. 9. Matri de filio agro major cura, & affectus signa, quàm de decem sanis. Solatium ægro discipulo à patre datum, nè contristeris: quia, si ferrum es rubiginos.

biginosum; rubiginem perdes: si aurum; fies purior. Brogmard. Morbi pellunt peccata.

Si vis, potes me mundare. Matth. 8. 2. Tu si vis, notat desiderium curationis mixtum cum resignatione: resignat enim, & se submittit voluntati divinæ; ut, si velit, curet; si nolit, non curet. Morbi enim sæpe animæ sunt utiles: idque scit Deus; sed nescit homo. Cornelius hic.

Ut manifestentur opera Dei in illo. Joan. 9. 3. Poterat cæcus dicere: quid Domine! ad hoc homines in arumnis ponis, ut gloria tua manifestetur? Verum ô cæce! quàm magna est Dei misericordia, & gratia; vilissimum terræ vermiculum in instrumentum gloriæ suæ assumere. Virga Aaron baculus erat. Num. 17. 10. sicut & aliorum pastorum: verum quia assumpta à Deo fuit in mirabilium suorum instrumentum; in Arca testamenti reconditur; tantique æstimatur, & colitur, ut nemo, præter summum Sacerdotem, illam semel in anno perspiceret. Gloriare ergo in infirmitatibus tuis, ut manifestetur in te virtus, & gloria Christi. Diez, ser. 4. D. 4. Quadr.

Ecce, quem amas, infirmatur. Joan. 11. 3. Venit infirmitas in Lazarum; sed longè antè venerat in illum Dei amor: prius dilectus dicitur, quàm infirmus. *Prævenisti eum in benedictionibus dulcedinis.* Pl. 20. 4. Antea dulcia amoris pocula, quàm potiones amara. Baeza t. 2. l. 8. c. 3. §. 7.

§. V.

In morbo patientiæ exempla.

Testa saniam radebat. Job. 2. 8. Accepit testam, ut raderet saniam. Dic ô beate Job! ob quam rem hoc facis? Meritò, inquit, exag-gero, atque commoveo, ipsos dolores; ut per cuncta ostendam nequissimo diabolo: quia ejus malitiam irrideo; quia iniquitatem ejus contemno; quia omnes ejus plagas, atque vulnera, ad nihilum reputo. Ad hoc ralis Job sua vulnera testâ: ut nobis patientiæ, atque tolerantie, normam daret. Origenes l. 2. in Job. Job laborasse plus quàm triginta morbis, putâ, podagrâ, chiragrâ, ichiade, arthritide, dysenteria, anginâ, fame caninâ, igne sacro, cancro, asthma-te, febris hæcticâ, leprâ, apostemate, pleuritide, vigiliâ, dolore renum, vermibus, dolore costarum, visceribus putridis, ulcere pulmonum, scabie, lue venereâ, animi deliquiô &c. ex ipsis Jobi verbis, totò librò sparsis, colligit noster Pineda in Job c. 2. 7. S. Cyprianus ait: Job significare clarissimum Dei: quia amore ejus constanter tanta sustinuit Cornelius in ep. Jacobi c. 5. 2. sufferentiam Job audistis. Immundam ulceris sui redundantiam magnâ æquani-

mitate distungebat; & erampentes inde bestio-las in eodem specus, & passus, foraminosa carnis ludendo revocabat. Terullianus l. 1. de patient. c. 14.

Lazarus- ulceribus plenus. Luc. 16. 20. Lazarus pauper erat, & infirmus graviter. Ecce alius dolor, videre alios in deliciis, se verò fame premi. Num igitur Lazarus in tantis malis blasphematur? nihil horum. Sed fortis erat. Unde manifestum? propterea, quòd Angeli ipsum mortuum susceperint. Theophylactus hic

§. VI.

Morbi animæ, & cura eorum.

Non est circumligata neque fota oleo. If.

1. 6. Habes oleum divinæ misericordiæ, in quo foveas vulnera peccatorum; habes oleum gratiæ, in quo mitiges morbos vitiatorum; habes oleum gloriæ, in quo lenias fatigationis certaminum. Richardus à S. Vict. tr. 3. de statu inter. hom. c. 8.

Hujus statuae caput ex auro optimo &c. Dan. 2. 32. Ad hoc procul dubio nonnulli per-mittuntur in actione deformiter cadere; & au-rum suum in argentum, argentum in aes, aes in fer-rum oferrum in testam, mutare: ut ex proprio defectu, & quasi per experimentum discant; quid de propria virtute, & fortitudine, sentire de-beant. Idem de eruditione hom. inter l. 1. c. 22.

Erat homo habens demonium immundum. Luc. 4. 33. Quia divina Bonitas misereri non desinit, nec continet in ira misericordias suas; Filium suum misit in terras, ut passionis humani generis, quas neque natura, vel ars, poterant suâ virtute curare; divinâ & superna-turali virtute depelleret: ut ostenderet, quid in-animabus facturus erat, qui sic corpora refo-vebat. Simon Cass. l. 5. c. 8.

Aurum murabant- Scribe. Luc. 15. 2. Expediit infirmis Medico esse propinquos; aliter inva-lens infirmitas inferet exitium. Nulla major infirmitas, quàm fieri peccatorem; ad quam depellendam solus Christus est medicus: quia languores nostros ipse tulit: appropinquate Deo; & ipse appropinquabit vobis. Simon Cass. l. 6. c. 14.

Quia antiquorum morborum difficilis, & tarda curatio est; tantò velocius adhibeantur remedia, quantò recentiora sunt vulnera. S. Leo l. 1. de Refurr. D.

Si faucii morbos corporales depellere cupientes, nullis facultatibus parcimus; etiamsi indusium dividendum sit, ut ab infirmitate illa liberemur: multò magis animæ infirmitatem, & gravissima peccatorum vulnera, curaturi; per eleemosynam, cum summâ alacritate eam exerceamus. S. Chrysost. l. 6. serm. de Verb. Ap.

TITULUS XXII. MORS.

§. I.

Symbola, & Allegoria.

Num. 1.

Est Vesper. Occidens.

Inclinatâ jam die. Gen. 24. 63. Cùm mors appropinquat, egrediendum est in agrum poenitentiae, unde caelestia contemplerur. Hugo Card. hic.

Cùm autem sol occidisset. Luc. 4. 40. Bene in occasu solis se ægros deprehendunt, & accurrunt ad Jesum. Occasus hic, vitæ quoque occasum signat; quò instante quisque sua vulnera clarè intelligit, radiis vicinæ mortis illustratus. Tunc fatemur, languores esse, quæ videbantur dignitates esse, & opes: ad occasum enim vitæ dignitas occidit, & mamma. Oliua l. 13. Strom. hic.

Venient ab Oriente, & Occidente. Luc. 13. 29. Per orientem designatur ortus natiuitatis; per occidentem occasus mortis. Itaque spiritualiter ab oriente veniunt; qui consideratione suæ originis convertuntur, pensantes illud Job. 14. 1. *Homo natus de muliere.* Ab Occidente veniunt; qui mortis memoriâ, Judicij metu, Inferni formidine, convertuntur; pensantes illud Hebr. 10. 31. *horrendum est incidere in manus Dei irruentis.* Dion. Carth. hic.

Mane nobiscum Domine, quoniam advesperascit. Luc. 24. 29. Quando finis vitæ nostræ appropinquat; tunc advesperascit. Sicut manè principium, meridies medium; ita vespera finis vitæ. S. Bonavent. f. 3. f. 3. Pasch. Quânto magis instat vesper hujus vitæ, deberemus cogere Dominum orationibus, jejuniis, elemosynis; ut maneret nobiscum. Hugo Card. in c. 19. Gen.

Sol. Lem: *Recedo, non decedo.* Seneca ep. 36. mors, quam pertimescimus, ac recusamus; intermittit vitam, non eripit. Veniet iterum qui nos in lucem reponat, dies. Picinelli.

Num. 2.

Mors similis flumini.

Quasi aquæ dilabimur in terram, quæ non revertuntur. 2. Reg. 14. 14. Comparat vitam nostram aquæ, non fluminis pertransientis, sed pluvie delabenti in terram, ibique absorptæ, & evanescenti. Cornelius hic.

Qui sublati sunt ante tempus suum; & fluvius subvertit fundamentum eorum. Job. 22. 16.

In diluvio aquarum multarum. Pf. 31. 6. Hæ sunt populus: nam sicut aqua aquæ succedit, ita populus populo. S. Bonavent. hic.

Pro morte defluente deprecatus sum. Eccl. 51. 13. Mors dicitur defluere metonymicè: quia omnes, & omnia, facit defluere, & dilabi, sanctitatem, vigorem, vitam, sensus, opes, amicos, omniaque Mundi bona. Cornelius hic.

Polyanth. Sacr. Tom. II.

Omnia flumina intrant in mare. Eccl. 1. 7. Sicut mare est hospitium omnium fluviorum; sic mors est repolitio finalis omnium mortalium. Idiota l. 5. contempl. c. 13. *Et mare non redundat.* ib. id est, non fatiatur mors, quousque omnes mortui fuerint. Hugo Card. hic.

Patres nostri præterierunt; nos abibimus; posteri sequentur. Velut ex alto undarum jactus; aliis, atque aliis supervenientibus, in litoris extrema franguntur: ita in terminum mortis succiduae alliduntur ærates. S. Eucherius ep. paræn. ad Valerianum cognatum suum.

Fluvii in mare currentes. Lem. *Properamus ad unum.* Lipsius Cant. 3. ad Belgas ep. 3. omnes in eadem via currimus, & ad eundem finem. Picinelli.

Num. 3.

Mors est somnus.

In pace in idipsum dormiam. Pf. 4. 9. Somnum hic mortem appellavit. B. Theodoretus hic.

Vade popule meus; intra in cubicula tua. II. 26. 20. q. d. ite Martyres, ô iusti, ad sepulchra; modicum ibi dormite, donec puniam impios. Cornelius hic hierogl.

Dicitur mors sonans propter spem resurrectionis. S. Thom. Aqu. in ep. 1. Cor. Lect. 2.

Num. 4.

Alia Symbola.

Ex Veteri.

Completis que Deus die septimo opus suum. Gen. 2. 2. Septima dies est absolutio à corpore; de qua Salvator Luc. 23. 43. *hodie mecum eris in paradiso;* quæ dies non habet vesperam. S. Bonavent. f. 3. hexam.

Restituitque alterum in locum suum &c. Gen. 40. 21. Malum signum, quando incarcerationis timet exire. Ex eodem carcere tres exierunt: Unus ad mortem, pistor Pharaonis; alius ad honores, pincerna regis; tertius ad regnandum Joseph. Alii è carcere vitæ exeunt, ut suspendantur in patibulo inferni; alii, ut glorificentur in caelis. Drex f. 2. D. 2. Quadr.

Proiecit, & versa est in colubrum. Ex. 4. 3. Serpens mortem significat; per serpenterem enim homini mors perlata est. V. Beda hic.

Ad ultimum salissimum claudentur mari. Num. 34. 12. Post egressum Israel ab Ægypto Deus complura loca designans Moyse, tandem *ad ultimum* inquit, *salissimum &c.* Dum vivimus, in alium orbem peregrinamur. Tandem, post continuum hoc iter, & mare mortis salissimum pervenitur. Hi termini sunt omnis voluptatis, & laborum: non plus ultra. Drexelius Tribunal Chr. l. 1. c. 4. §. 1.

Consumentur velut à tinea. Job. 4. 19. Sicut enim tinea vestimentum corrodie, quæ

Q

ex

ex vestimento nascitur; ita mors naturalis excausis interioribus corporis exoritur. S. Thom. Aqu. hic. Lect. 3.

Putredini dixi, pater meus es. &c. Job. 17. 14. Per putredinem, & vermes, juxta S. Gregor. l. 13. mor. c. 20. intelligit Job ipsam mortem. q. d. mors ista me genuit: quia vita humana magis refert mortem, quam vitam: filii enim dicuntur imago patris; quia ore, moribus, & ingenio, parentes referunt. Pinna Ethol. 118.

Tollet cum ventus urens, & auferet; & velut turbo rapiet eum de loco suo. Job 27. 21. Ventus est mors; quem cum uredine, & dolore, omnes involvit. Sim. Cass. l. 4. c. 9.

Salva me ex ore leonis. Pf. 21. 22. Utique mortis. Tertullianus l. adv. Judæos.

Ipsi calcaneum meum observabant. Pf. 55. 7. Calcaneum, quæ est ultima pars corporis, signat mortem, observabant. S. Vinc. Ferr. s. l. de S. Petro ad vint.

Flores apparuerunt in terra nostra; tempus purificationis (sectionis) advenit. Cant. 2. 12. q. d. mox ut flores apparent, & initia vitæ florescunt; jam ferè adest tempus secandi per mortem: idèd surge, propera, & veni, ad studiosè operandum. de Ponte hic Mors justis est velut putatio arboris; peccatoribus verò sicut sectio, vel eradicatio: sicut enim arbor fructuosa putatur, ut novos fructus ferat; sic justus Christo unitus tanquam palmes putatur in morte; ut novos, & dulcissimos, fructus ferat divinæ visionis, gaudii, & amoris. Id. ib.

Quæ est ista, quæ ascendit per desertum sicut virgula sumi. Cant. 3. 6. Sunt, qui cum S. Ambrosio ep. 62. hunc locum ascensionis animæ per mortem ad Deum aptent. Sicut aromata igne dividuntur, & partibus terrestribus in cinerem redactis, fumus ascendit: sic à morte corpus in sepulchro consumitur, spiritus ad Deum Ecclæ 12. 7. redit. At sicut fumus secum fert odores materiæ, unde eductus est; ita spiritus odores operum, quæ fecit in terra: spiritus iniquorum odores pessimos. Spiritus Sanctorum sicut fumus aromatum. *Opera sequuntur illos.* Apoc. 14. 13. de Ponte hic Exh. 20. §. 1.

Unus introitus est omnibus ad vitam, & similis exitus. Sap. 7. 6. S. Hieron. ep. 6. ad amicum aegrotum tom. 8. o angustum, & latius anxiùm, tempus vitæ mortalis; ubi cum initio nominatur & finis: initium nostrum cum sine fuscipimus.

Sicut folium fructificans in arbore vividi. Eccl. 14. 18. *alia generantur &c.* v. 19. Brevi tempore victuri homines ad instar frondium enascuntur, & pereunt; & aliis decedentibus, succedunt alii; quos alii superventuri movebunt loco, & ad terram prouent. Ecclæ 1. 4. *generatio præterit, & generatio advenit.* Octavianus hic.

Et quasi Cypressus in monte Sion. Eccl. 24. 17. Cypressus succisa non recrefcit: idèd priscis erat Symbolum mortis, & funeris; indeque vocatur feralis. Ita sapientia docet homi-

nem memorem esse mortis; ac post mortem non esse reditum ad vitam; sed transitum æternitatem. Quare illud singulis assidue in-clamat: Eccl. 7. 40. *memorare novissimæ tuæ, & in æternum non peccabis.* Cornelius hic.

Ab Aquilone pandetur malum. Jer. 1. 14. Symbolicè. Aquilo est frigidus, asper, & lava Mundi regio. Est symbolum mortis, mortemque plantis affert: Auster vitæ. Cornelius hic.

Ecce uncinus pomorum. Amos 8. 1. Poma sunt homines, quos uncinus, id est mors, capit; nunc hunc, nunc illum; donec omnes colligat. Cornelius in hieroglyphicis Prophet. hic. Uncinus est mors; quæ ramos, & poma, id est, hominis doctes, virtutes, & vitia, quamvis recondita, atrahit; ut Deo carpantur, & suis locis singula collocentur. Ribera. Fernandus visione 28. mors variis uncinis, id est, variis morborum, & casuum, generibus attrahit ramos, in quibus plura sunt poma: id est, familias, in quibus plura sunt capita, eaque robusta, & valentia; quæ à morte videntur remotissima. Apud Cornel. in Amos hic.

Ex Novo.

Jam enim securis ad radicem arborum posita est. Luc. 3. 9. Ecclæ 11. 3. *Si ceciderit lignum ad austrum, aut ad aquilonem &c.* id est: dum homo moriendo defecerit, atque transierit ad regnum cœlorum, quod per austrum: vel ad infernum, qui aquilonis nomine designatur: in alterutro horum locorum æternaliter permanebit. Hinc Bernardus ait: si vis scire, quò casura sit arbor; ramos ascende: & quò ponderosior ramorum est copia, illuc casuram non dubites. Rami arboris sunt desideria hominis: in quo si carnalia desideria præponderent, ad inferos cadet; si spiritualia, ad cœlos evolabit. Dionys. Carthuf. hic.

Cecidit, cecidit, cecidit. Luc. 8. 5. In Sacra Scriptura homo in morte dicitur cadere: quia, qui moritur, cadit de honore, & amicis; quantumcunque sit magnus. Item cadit de pulchritudine in turpitudinem; de magnis divitiis in paupertatem; de amore in odium: quia statim projicitur de domo &c. de vita in mortem. S. Vincentius Ferrer. 2. D. Sexag.

Videte regiones, quia albæ sunt jam ad messem. Joan. 4. 35. Cavillantur quidam lepide senes; videri regiones, quòd albæ sint ad messem: propter canos scilicet, & messem mortis. Theophylactus hic.

Venit nox &c. Joan. 9. 4. Præsens vita dicitur dies, & mors dicitur nox: quia dies dati sunt ad operationem, & noctes ad quietem. Hugo Card. hic.

Mitte falcem &c. Apoc. 14. 18. In campo aliqua frumenti spicæ sunt aliis altiores: at dum messor eas demetit, omnes in terra sunt æquales; adeò ut, quæ major, & minor, fuerit, cognosci nequeat. In morte omnes æquales. Stella de contemptu Mundi p. 1. e. 23.

Ex

Ex Patribus, & aliis.

Sicut vita est, & vivus panis, qui de cœlo descendit, & vitam dedit huic Mundo: sic & inimica ejus mors, panis est mortuus. Origenes tr. 3. in c. 17. Matth.

In parte meridionali, & septentrionali, figura vita, & mortis, continetur: quia vita in calore est, mors in frigore. Lactantius lib. institut. qui est de orig. erroris.

Tantâ facilitate carnem exuamus; quantâ vestimentum. Hoc autem fiet; nisi pecuniis alligati fuerimus; nisi domibus, & nisi affectionibus; nisi sumus ab omnibus suspensi. S. Chrysost. hom. 67. ad pop. Ant.

Illud mihi exploratissimum est, te nunc animo ita comparatam esse; ut nē corpore quidem indutam te esse existimes; ac si tempus id postulet, promptius illud exutura sis, quam alii vestes, quibus oblecti sunt. S. Chrysost. ep. 19. Olympiadi Diaconissa.

Mitte Lazarum, dives ait. Quem millies præteristi, quem nē videre quidem voluisti; hunc tibi nunc ad salutem mitti postulas. Ubi verò nunc pocillatores tui? ubi parasitæ? ubi superbia? ubi aurum? folia erant: ea corripuit hyems; & exsiccata sunt omnia. Somnium erant: ut autem dies illuxit, abscessit somnium. Umbra erant; veritas venit, & umbra præterit. S. Chrysost. tom. 6. tr. in terrâ motum.

Mors à morfu primi hominis, quò ille pomi esu mortem meruit. S. Isidorus l. 11. c. 2. Originum.

Mors à mordendo. nomen accepit: aut quia nimis mordet; aut quia morsum solum facit in parte: non enim in toto composito mors potest habere dominium. Sim. Cass. l. 3. in Luc. 1. v. 74.

Mors nihil est aliud, quam carceris finis, & laboris consummatio, oneris gravissimi depositio, de equo furioso descensio, & de domo ruinosa liberatio. Idiota l. 5. c. 8.

Hyems est status culpæ: ver est status poenitentia. Cant. 2. 11. *hyems transit*: ætas status perfectæ justitiæ: autumnus status mortis: tuæ enim homo colligit, quæ seminat. Hugo Card. in c. 35. Gen.

Sicut maris fluctus, licet furibundi, rupibus illisi, ibi sistunt, & eorum inflatio disperet: ita reges, & principes; cum omnia absorbere videantur; ad lapidem tamen sepulchri impingentes deficiunt. Diez. Mors.

In ludo latrunculorum multi sunt, & diversi, calculi, reges, reginæ, equites, pedites &c. Dum ludus ille suo compositus est ordine, alii alios valore excedunt: ludò autem peractò calculi omnes invicem permiscuntur sine discrimine; cunctique, nemine demptò, in sacculum intromittuntur. Ità pauperibus cum divitibus in hac vita sæpe contingit; ut alii alii dignitate, famâ, nobilitate, excellent: alii reges, alii sint servi? alii pauperes, alii divites. Verum finitâ vitâ omnes pariter in pulverem convertuntur &c. Diez. Purgatorium.

In Boreali Oceano juxta Moscoviam piscis est, cui nomen Mors. Hæc bellua maximè dentata est. Non procul nobis hæc bellua quærens *Polyantho, Sacr. Tom. II.*

da est; mors sua cuique domi est. Drexelius. vol. select. virt. p. 2. §. 18.

Luna. Lem. *Incipit ab occasu.* Justus Lipsius Physiologiæ l. 3. dissertat. 11. quem tanquam extremum formidas, æterni natalis est. Picinelli.

Stellæ. Lem. *Vergimus ad occasum.* Idiota l. 5. contempl. c. 1. sicut omnes stellæ, quæ ab oriente veniunt; quamvis sint magnæ claritatis, & virtutis; tendunt tamen ad occasum: sic etiam homines universi, qui ab oriente, id est, per nativitatem, intrant in Mundum; quamvis illi aliquantum rutilent, & clarescant; necesse tamen est, quòd tandem ad occasum mortis veniant, occidantque. Picinelli.

§. II.

Mors certa, & inevitabilis.

Ex Veteri.

ET mortuus est. Gen. 5. 5. Cogitemus, de me quoque id dicitur; ait enim Ecclesiasticus 14. 12. *testamentum hujus Mundi, morte morietur.* Hoc erit meum, hoc omnium epiphaniam. Cornelius hic.

Appropinquaverunt dies David, ut moreretur. 3. Reg. 2. 1. & infra v. 10. *dormivit igitur David cum Patribus suis.* Scriptura, quæ Davidem diu ante ipsius obitum vocare regem solebat; demum cum in eo esset, ut reginæ morti commune tributum penderet, non amplius regem vocat. Rabbi Salomon ait: cum sæpe David decoretur regis titulò in Scripturis; at cum de morte agitur, sola nominis, prætermisâ dignitate, fit mentio. Ingenem mortis potestatem illa reginæ dignitatis dissimulatio indicat: nam & opulentissimi, & victoriosissimi, & potentissimi reges; licet Davides ii sint, qui gigantes straverint; leones, & urfos, dilaceraverint; invalidi pigmæi sunt, & ignavi nani; si cum morte componantur. Didacus Niss. f. 5. D. 4. Quadr.

Ego ingrediar viam universæ terræ. 3. Reg. 2. 2. Id est, univerforum habitantium in terra. Hæc est via regia, via communis; per quam necesse est omnes ire; & reges, & servos; & bonos, & malos. Hugo Card. hic.

Nec habet potestatem in die mortis. Eccl. 8. 8. Hebr. *non est potestas in diem mortis.* q. d. non est princeps, vel magistratus; qui imperet morti. Vel: non est potens, id est, rex, vel princeps, qui te liberare queat à morte. Cornelius hic.

Nec finitur quiescere ingruente bellò. ib. Hebr. & Græc. *nec est missio, vel dimissio, in pralio.* Quod Cajetanus sic explicat: in acie, dum confligitur, nemo potest alium sui locò submittere, ut ipse immunis evadat: sic nec in hora mortis hero licet servum, aut filium, sibi substituere; sed ipse mortis agonem subire compellitur. Arabicus vertit: *neque invenies epistolam in die belli.* q. d. nemo accipiet dimissorias literas, quæ eum immunem à morte faciant; ut mors, iis visis, liberum à se dimittat. Cornelius hic.

Testamentum hujus Mundi, morte morietur. Eccl. 14. 12. Ingens ad omnem virtutem est hic stimulus; quò olim ascetæ nonnulli sibi occurrentes consalutabant; ut jugem sibi *Q 2* memoriam

memoriam mortis imprimerent. Moriendum est; nescimus quando. Id. hic. Scis, quorum te Mundus fecit heredem? quæ tibi legavit: quas opes, quas dignitates? sanè hæc: *morte morietur*. Si cui maximum legatum relinquentium erat; id quidem meruit Dei Filius; qui antonomastice filius hominis vocatus est; qui humanum genus adeo demeritus fuit; ut illum Pilatus considerans æternis laudibus dignum judicaret. At cum illum Judæis incolumem reddere volebat; communis populi erat clamor: *nos legem habemus, & secundum legem debet mori* Joan. 19. 7. Sic Mundus tibi dicit, cui totâ vitâ tam impensè servivisti. Baeza l. 5. c. 8. conc. 12.

Aemor esto judicii mei; sic enim erit & tuum. mihi heri, & tibi hodie. Eccl. 38. 23. Mors vocatur judicium. 1. quia consueta, & communis, omnibus; judicium enim Hebræis sæpe idem est, quod mos, & consuetudo. 2. quia, iustò iudiciò Dei, Adæ, & posteris ejus, ob inobedientiam, & peccatum, à Deo est inflicta. Gen. 3. 19. 3. quia per mortem transitur ad iudicium, & tribunal Christi. Bene dicit: *tibi hodie*: ut intelligat quisque; quemlibet diem præsentem sibi posse esse ultimum; nec sibi promittat certum aliquod tempus vitæ in futurum. Alvarez de Paz tomo 2. l. 4. de cognitione sui p. 2. c. 7. explicans citata verba ait: mortalis es, sicut & ego; igitur morieris: luteum vas es; sicut & ego, homines reliqui; igitur & confringeris. Viatores, ad finem tendis; ergo tandem umbrâ mortis occupaberis. Mors est magna domina, quæ cunctis mortalibus dominatur; & ideo expectari vult, & paratos mortales ad iter faciendum esse cupit: ipsa verò nullum expectat; sed, destinatò tempore, sinè ullâ morâ, ad egrediendum vocat. S. Ephrem serm. de his, qui in Domino dormierunt: ne nos in hodiernum, vel crastinum, diem impura relaxet cogitatio: quoniam multi, dum multa secum statuerunt, ad crastinum non pervenerunt: at subito rapti sunt, sicut passerulus ab accipitre; & velut agni à lupo; & quasi captivus à latrone: nec loqui profusus valentes, nec testamentum condere, neque vocem ullam edere. Cornelius hic.

Ex Novo, Patribus & aliis.

Nolite solliciti in crastinum esse. Matth. 6. 34. Multi, providentes sibi per hebdomadam in futurum, diem crastinum non viderunt: & per mensem, non impleverunt hebdomadam: & in annum, plurimi ante novilunium decesserunt. Quid enim est, quod in hoc Mundo proprium homines quaerunt? ubi solùm mori, sive peccare, factum est proprium hominibus. Sim. Cass. l. 7. c. 7.

Homini cujusdam divitis uberes fructus ager attulit. Luc. 12. 16. Non debet esse aliquid proprium, ubi mors invincibile tenet imperium. Proprium factum est homini mori; non in hoc sæculo aliquid vendicare privatum. Id. l. 6. c. 11.

In omnes homines mors pertransit. Rom. 5. 12. Non dicit pertransibit; sed *pertransit*: quia licet ipso factò nondum occiderit; tamen

aded est certa; ut occidat, quasi jam occiderit. Mendoza in 1. Reg. 4. Annot. 14. Sect. 1.

Mutuum debitum est inter se nativitati cum mortalitate. Tertullianus l. de Carne Christi.

Cætera nostra, & bona, & mala, incerta sunt; sola mors certa est. Conceptus est puer; fortè nascitur? fortè abortum facit: fortè crescit, fortè non crescit, fortè senescit, fortè non senescit. Respice omnia; ubique est fortè erit, fortè non erit: nunquid potes dicere, fortè moritur, fortè non moritur? S. August. l. 21. de verb. Dom.

Possibilitatem mortis initium vitæ facit. In hac terra, & in genere humano, ille solus mori nondum potest, qui nondum coepit vivere. Incertus ergo dies, tanquam quotidianus, sperandus est. S. August. l. de 10. chord. c. 1.

In vespera vitæ meæ sum; si tamen, quod vivo, vitæ est: oppressus enim morbis, variisque incommoditatibus senectutis obfessus; præcipuum habeo in votis, sæculo vale dicere. Petrus Bles. ep. 151.

§. III.

Mortis incertum tempus, & causa. Cur?

Ex Veteri, & Novo.

Memento Creatoris tui in diebus juventutis tuæ. Eccl. 12. 1. Cur solius meminit *juventutis*? an memoria Creatoris seni deponenda? absit. *In diebus juventutis* inquit: quia mors ita prævolat; ut alias ætates sæpe prævertat: in quas si memoria Creatoris differatur, profusus auferretur; quod nec peccatores ignorant. Sap. 2. 6. *Utamur creaturam tanquam in juventute, celeriter.* q. d. utamur celeriter; ne, si temporis delicias citò præcipiant, à morte præoccupentur. Il. 22. 13. *comedamus, & bibamus: cras enim moriemur.* Dicerent consultius: jejunemus, & ploremus; cras enim moriemur. Mendoza in 1. Reg. 4. Annot. 14. Sect. 2.

Flores apparuerunt in terra nostra. Cant. 2. 12. Statim ingemuit: *tempus putationis adventit.* Vix nascimur, morimur: nativitas, & mors, unò tempore conveniunt. Sylveira c. 18. in Joan. q. 8.

Sic & rex hodie est, & cras morietur. Eccl. 10. 12. Casimirus II. Poloniae rex, instritò grandi convivio; Proceribus exhilaratis; regisque res gestas, & felicitatem celebrantibus; ipse nonnulla de immortalitate animæ, & cœlitum beatitudine, prolocutus; haustò mediocris poculò subitò concidit, & paucis horis animam exhalavit, teste Martino Cromero l. 6. histor. Ladislaus Hungariae, & Boemiae, rex regiae pompæ nuptias cum Magdalena Caroli Galliae regis filia adornans; auratas quadrigas, ac dynastas, & nobiles septingentos purpurâ, aurò, gestisque, onustos; qui sponfam adducerent, Parisios misit. Ecce autem eò die, quò Parisios legatio illa ingressa est, antequam consideret, de repente Ladislaus Praga mortui interitu à tabellione admonetur; & nuptiæ in nuptias versa, uti narrat Anton. Bonfin l. 2. Hung. Decade 3. Joannes

Joannes Arragonum Rex, cum Anno D. 1479. febris correptus in deliquium incidisset; mox ad se reverfus altantes intuentis exclamavit: *o vanas hominum cogitationes! o miseros homines!* qui ad principatum aspirant! qui divitias, opes, & nimios honores affectant! *o felicem pauperum conditionem, & securam illorum vitam, atque beatam;* qui panem comedunt cum sudore vultus sui, qui vivunt labore manuum suarum. Nam mihi misero quid regnum, quid honores, quid obsequia plurimorum, contulerunt? quid labores scilicet magnos, & multa corporis, & animæ, pericula subivi; nec unquam ætate tam longâ potui mihi dies aliquot videre bonos. *O me miserum, & infelicem!* qui tam sero fallacem Mundum cognosco! qui vitam certò vixissem multò meliorem; si non rex, sed agriculator, fuissem. Converteris autem ad imaginem Crucifixi, defixis in cœlum oculis: *o pietissime Redemptor,* inquit, parce mihi indignissimo servo tuo! miserere mei clementissime Jesu! atque inter has voces animam Deo reddidit. Ita Lucius Marinus l. 8. rer. Hispanic.

Ascendit mors per fenestras. Jer. 9. 11. Cur non per portas? ut opprimat magis incautos. Homines magis in januis, quam fenestris custodiendis, occupantur. Mendoza in 1. Reg. 3. morte nil certius.

Occidit sol in meridie. Jer. 15. 9. Moraliter occidit sol in meridie juvenibus, qui sperabant annos Nestoris, & in flore ætatis à morte abripiuntur. Cornelius hic.

Ex Novo.

Vigilate. Matth. 25. 13. Opus est vigilare, sive vesperi, id est, in juventute; sive mediâ nocte, id est, in medio vitæ humanæ tenebrôsæ; sive galli cantu, quando jam senior est; sive mane, quando jam senectute proveclâ est. Origenes tr. 30. in 24. Matth.

Vigilate ergo &c. Marci 13. 35. Serò Dominus venit, cum aliquem in senectute de hac vita exire præcipit. Mediâ nocte advenit; cum aliquem in juventute inopinatâ morte vocaverit. Galli cantu adventat; cum aliquem in adolescentia obire imperat. Manè supervenit; cum quempiam in pueritia subtraxerit. S. Honorius f. de adv. Dom.

Nescitis, quando tempus sit. Marci 13. 33. utiliter abscondit Deus consummationem vitæ; sive omnium in communi, sive uniuscujusque in singulari: ut, dum incertus est finis, semper solliciti simus, ac anxii; expectantes illum, & timentes; nè impræparatis superveniat. Theophylactus hic.

Permitte mihi primùm renuntiare his, quæ domi sunt. Luc. 9. 59. Summa vitæ humanæ incertitudo nec minimam morulam admittit, quò tardes ad Deum venire. Quid agis homo? Deum sequi vis; & priùs domum abis? unde scis, an revertendi tempus aderit? vis domesticas res disponere: habesne diem crastinum? Ezechias lf. 38. 1. jubetur domum disponere propter instantem mortem; ille autem domum oblitus hoc agit, ut Deum oret. v. 2. Bæza t. 2. l. 6. c. 4. §. 7.

Hac nocte animam tuam repetunt. Luc. 12. 20. Rectè dicitur anima impij evulsa: quia in vitiorum suorum obscuritate est deprehensa; & lucem saluberrimæ considerationis abjicit; per quam mortis suæ horam præcogitare, parareque debuit. Dionys. Carth. hic.

Ex Patribus, & aliis.

Sancti viri, quia brevitate vitæ indefinenter aspiciunt, quotidie morientes vivunt; & tantò se mansuris solidius præparant; quantò & nulla esse transitoria semper ex sine pensant. S. Gregor. l. 7. mor. c. 14.

Quid mutabilitas, nisi mors quædam est? quæ dum rem quamlibet in aliud immutat, quasi occidit, quod fuerat; ut incipiat esse, quod non erat. Id. l. 12. c. 17.

Ad hoc conditor noster latere nos voluit finem nostrum; ut, dum incerti sumus, quando moriemur, semper ad mortem parati inveniamur. Id. l. 12. c. 20.

Si præcivisset homo diem obitus sui, totam vitam suam sine timore in peccatis peregisset; & solum ante duos, vel quandoque tres dies, ante mortem suam dedisset se ad poenitentiam. S. Athanasius lib. Quæst. quæst. 36.

Quotidie diem exitus tui expecta, & ad ingrediendum illud iter te para: quæ enim horâ minimè putas, veniet mandatum horribile. Et vae tunc imparatis! S. Ephrem Consil. de vita spir. ad Monachum Novit. c. 51.

§. IV.

Mortem, non ut remotam, sed proximam, & præsentem, cogita.

Ex Veteri.

In quocunque die comederis, morte morieris. Gen. 2. 17. Non quòd mortuus sit illò die, ut dicit Augustinus super Gen. sed sententiam mortis incurrit, & mori cœpit. Mori, est ire ad mortem. 2. Reg. 14. 14. *omnes morimur, & quasi aqua dilabimur.* S. Vinc. Ferr. serm. de quadruplici morte.

Apparuit ei Dominus sedenti in ostio tabernaculi sui. Gen. 18. 1. Abraham in ostio tabernaculi sedebat; Elias in speluncæ suæ ostio stabat: uterque ad egressum paratus; uterque in Domini adventum semper suspensus. Richard à S. Vict. de Benjam. c. 10.

Cumque concidisset ligna in holocaustum. Gen. 22. 3. Cur ligna fert in montem? an non ibi, vel in vicinia, reperturus? quia fortè in loco immolationis ligna non reperiret. Salubre consilium est, ut quisque Christianus imitetur Abrahamum; suæque omnia componat, ligna jam concisa deportans; & quæcunque supremum illud vitæ tam periculosum tempus requirere potest. Didacus Nils. vit. Abrahæ c. 11.

Ne fortè in itinere quidquam patiatur mali. Gen. 42. 4. Cajet. ex Hebr. *nè fortè occurrat ei mors.* Juniori magis timet: quia juniores præsertim mors insequitur. Senes ad mortem currunt; mors currit ad pueros.

Ad sepulchrum Joannes præcurrit Petro; quia erat junior. Alvarez Illustr. 187.

Vectes semper erunt in circulis; nec unquam extrahentur ab eis. Ex. 25. 15. Petrus Dam. l. 14. ad hoc vectes in circulis semper esse jubentur; ut, cum portari arcam oportunitas exigit, de intromittendis vectibus nulla portandi tarditas generetur. Sic quisque Christianus debet fecisse confessionem, testamentum, & omnia, quæ ad bonam mortem pertinent. Didacus Nifs. vit. Abr. l. 11. c. 5.

Omnes morimur, & quasi aquæ dilabimur super terram. 2. Reg. 14. 14. Non ait moriemur, sed *morimur*: sicut flumen jugi fluxu currit, & nunquam aquæ jam elapsæ retro redeunt; ita dies nostri incessanter ad mortem fluunt; nec lapsæ ætatis flumen ad nos redit. Stella in Luc. 16. 3.

Gladium suum vibrabit, arcum suum tendent &c. Pl. 7. 13. Mors quasi gladiò suo senes; & quasi sagittis juvenes, occidit: quia qui occiditur gladiò, de propinquo occiditur; sagittis verò distans. Broymard. Mors.

Tempus nascendi, & tempus moriendi. Eccle. 3. 2. Sapienter Ecclesiastes à nativitate cœpit, & morte; temporariæ hujus vitæ nos admonens. Propterea & Moyses primum suum volumen Genesim inscripsit; Exodum verò secundum nominavit: ut in historia figuratè nobis hanc vitam temporariam describeret. Olympiodorus in Eccle. 3. hic.

Et nos nati continuò deservimus esse. Sap. 5. 13. Quomodo ille tam longam vitam sibi pollicebatur, hi verò tam brevem agnoscunt? Dives erat in vivis, & in tenebrosâ nocte peccati. At hi in Inferno positi; & in aternitate aperti oculi eorum: ut inter vitam, & mortem, vix spatium ullum putârent intercessisse. Sylveira in Apoc. 1.

EX NOVO.

Cum natus esset ecce magi. Matth. 2. 1. Ut cognoverunt hominem, ut viderunt natum; mox obtulerunt myrrham (quâ olim mortui ungebantur) ut indicarent, tantumdem esse nasci, ac mori. Didacus Nifs. p. 1. l. 2. c. 6.

Sint lumbi præcincti &c. Luc. 12. 35. Monet, semper debere esse paratos, tanquam servos Dominum expectantes; non quasi de longinquo, sed de proximo jam jam advenientem. Servi, qui noctu lucernas accensas habent, & eas in manibus tenent, jam dominum suum præsentem, ac pullantem, considerant; ut ipsò veniente nil restet faciendum, nisi ipsum dominum excipere. Sylveira hic.

Aufert à me villicationem. Luc. 16. 3. Non dixit, auferet, de futuro; sed aufert, de præsentem: quia mortem, tempusque reddenda rationis, non ut futurum, sed ut præsens, debemus considerare. Sylveira hic.

Mitte falcem tuam, & metet. Apoc. 14. 15. Falx coarctatim herbam, & spicas, metit, florésque novos, & veteres. Oliva l. 10. Strom. §. Domine, filia mea &c.

EX PATRIBUS, & ALIIS.

Longa nostra desideria increpat vita brevis: in cassum multa portantur, cum juxta est, quò pergitur. S. Gregor. hom. 32. in Evang.

Sentisne, obsecro, quando infans, quando puer, quando juvenis, quando robusta ætatis, quando senex, factus sis? Quotidie morimur, quotidie commutatur: & tamen æternos nos esse credimus. Hoc ipsum quod dicto, quod scribitur, quod relego, quod emendo; de vita mea tollitur: quot puncta Notarii, tot meorum damna sunt temporum. S. Hieronym. ep. 3. ad Heliodorum.

Vitæ hujus principium mortis exordium est; nec prius incipit augeri ætas nostra, quàm minui. S. Prosper l. 2. de vocat. Gent. c. 21.

Quotidie dies ultimus appropinquat, quotidie ad finem tendimus, ad mortem quotidie properamus. S. Isidorus l. 1. soliloq.

Quid agimus? ex quo primum incipimus vivere; nisi morti appropinquare, & incipere mori? S. Bernardus in Pl. qui habitat f. 17.

Vale; mortemque non pluribus stadiis ab aula, quàm à tugurio distare memineris. Hildebertus ep. 3. amico.

Festina mors velò, & remigiò, accelerat, quantum potest. S. Thom. Vill. conc. de S. Doctrothea.

Sicut qui è carcere ducitur ad patibulum; et si longiore ducatur viâ, non tamen ideo patibulum metuit minus, quia eò perventurus est tardius. Et licet sit firmis pedibus, vegetis oculis, validò pectore; cibus, potusque bene sapiat: hoc tamen illum extremè angit, jam in via esse. Et nos omnes ducimur ad mortem; in via jam sumus, exiguis intervallis disjungimur. At dicas, sanctissimus sum; sed in via es. At, annum trigésimum nondum excessi: in via jam eras anno vigésimò; imò & primò anno, primæque horâ. Thomas Morus dicebat. Joannes Nider l. 2. form. c. 3.

§. V.

MORTIS OBLIVIO &c.

Reges Pharaò, & Nabuchodonosor, ambo somniarunt. Pharaò somnii probè recordatus. Gen. 41. 17. &c. At de Nabuchodonosor Dan. 2. 1. *somnium ejus fugit ab eo.* Hinc minus laboravit Joseph in aperiendo, quàm Daniel: Daniel enim somnium, & solutionem, divinare debuit. Differentiam dat Lyranus: quia visio Nabuchodonosor erat respectu futurorum de longè, quæ impleta sunt post ejus mortem; visio autem Pharaonis de futuris in proximo, quorum impletio statim debebat incipere. Didacus Nifs. D. 4. Quadr. §. 1.

Electa triginta milla virorum sortium misit nocte, præcepitque eis dicens: ponite insidias post civitatem. Jos. 8. 3. 4. Copiosus adeò exercitus, licet lentè incederet, iter sine ingenti strepitu peragere nequibat. Verùm Hæenenses sic immerfi jacebant somno, sic exoculati dormiebant; ut nec strepitum audierint, nec mor-

mortem sibi imminentem conspexerint. Naxera hic. Ante oculos etiam mortem obversantem non videmus.

Verbum iniquum constituerunt adversum me: nunquid qui dormit non adjiciet ut resurgat? Pl. 40. 9. Hugo Card. legit: verbum diaboli constituerunt adversum me. Cur id vocatur verbum diaboli? Hugo: verbum diaboli fuit, *nequaquam moriemini*. Et modo per adulatorum, qui sunt organa ejus, dicit, nequaquam adhuc moriemini: bene potestis modo bibere, & comedere; vos estis adhuc juvenes: quando senueritis, tunc facietis poenitentiam. Dominus vero in clamat Pl. 94. 8. *hodie si vocem ejus audieritis &c.* Did. Nifs. Pol. ccl. p. 2. l. 3. c. 5. *

Non videbit interitum, cum viderit sapientes morientes. Pl. 48. 11. Hæc est cæcitas humana; ut, cum quotidie videamus morientes homines, nobis etiam meliores, & juveniores; tamen vix adduci possimus, ut serio cogitemus, nos morituros esse. Bellarminus hic.

Abscissus est lapis de monte sine manibus. Dan. 2. 34. *Conterritus est spiritus ejus.* v. 1. *Somnium ejus fugit ab eo.* v. 1. excidium intuens illius oblitus est. Casus illius invasit horror; & horrorem comitata est horrores oblivio. Cyrillus Jerof. Catech. 16. Daniel illi indicavit visionem imaginis, ipse viderat eam, & nesciebat. Dic, inquit mihi visionem, quam ego vidi, & quæ sit, nescio. Simulacrum in favillam levi lapidis ictu conversum, regnorum cælestium finem, gloria, pompæque, civitatis fore portendebat excidium; aut ea Nabuchodonosoris est cæcitas, ut mortem intueatur, & nesciat. Naxera in Jos. 8. §. 10.

Hi novissimi una hora fecerunt, & patres illi s. nobis fecerunt. Matth. 20. 12. Quarit S. Chrysol. cur tantum mercedis dederit postremis, quantum primis? Si dicas, quod postremi labore parvi temporis æquarunt primos; tantumque unâ horâ præstiterunt, quantum illi totâ die; quæro, qui id factum? Respondet S. Chrysol. primos operarios fuisse ex primorum sæculorum jussu; quorum erat vita diuturnior: postremis autem designatos sanctos, & servos legis gratiæ, quorum vita brevior. Primos operarios, ait Chrysol. quodammodo negligentes faciebat circa justitiam, & refrigerare faciebat animas eorum, expectatio sæculi longioris; & illis infrigidatio erat, cognoscere, Mundi spatia esse longinqua. Hæc ille in Imper. Postremi seipsos incitarunt vitæ brevitate. Vide, quam tepesciat corda fragilitatis propria neglecta memoria; quam verò fervorem accendat vitæ brevioris recordatio. Did. Nifs. f. 5. D. 4. Quadr. §. 3.

Anima mea habes multa bona posita in annos plurimos &c. Luc. 12. 19. Remotiora visui apparent minora, quam in se sint; sicut apparet in sole, lunâ & stellis. Sic etiam mortis pericula parva nobis videntur: quia ea consideramus velut nimis remota. Diez. f. 6. D. 4. Quadr. Immortalem animam, non caducum corpus, alloquitur; quasi sit immortalis, mortis non obnoxius. Verum quid inter pro-

missa longissimæ vitæ audit spatia? *Stulto! hæc nocte &c.* Naxera in Jos. 8. §. 10.

Ea quidem, quorum nulla opinio, ut eveniant; nulla spes, ut contingant; singulis horis, quasi per somnum, conjicimus, & speramus: quod verò omnino, prorsusque futurum est, ac sæpe jam imminet (de morte loquitur) nec cogitare in animum inducimus. Sed mortales, corpore, eoque fragili, cum sumus; tanquam immortales cogitationibus ludimus; ac animæ quidem, quæ sit immortalis, nullâ curâ tangimur. S. Ildorus Pelus. l. 5. ep. 329.

Quid istud, quæso, quid istud est? nihil ita quotidie homines ut mortem, vident; nihil ita, ut mortem, obliviscuntur. S. Eucherius ep. parænet. ad Valerianum cognatum suum.

Quasi non morituros, quasi evasurus mortem; sic de vita disponis. S. Chrysol. f. 118.

§. VI.

Motiva preparationis pro bona morte.

Num. 1.

Christi D. Exemplum.

Scitis, quia post biduum Pascha fiet. Matth. 26. 2. Quid Christus egit illò biduo ante eum agni Paschalis? Quod illò biduo non docuerit in templo, aliquis est conjectura: quia quæ docuit tam ipsa die Palmaram, quam feriâ secundâ, & tertiâ, scribunt S. Matth. a c. 21. usque ad c. 25. & Marc. c. 11. 12. & 13. S. Lucas c. 29. 20. 21. Quid autem docuerit hœc biduo, tacent. Conjectura ergo est, quod tunc non docuerit; sed pro more suo, in monte Oliveti oraverit, & meditatus: docens nos, sibi soli vacare ante mortem. Ille innocens, nos nocentes; ille sciens horam mortis, nos ignari. Sylveira hic q. 2.

Ipse ostendet vobis cænaculum magnum stratum; & ibi parate. Luc. 22. 12. *Et paraverunt Pascha.* Matth. 26. 19. *Tollite lapidem.* Joan. 11. 39. Quod magis morti appropinquabat Dominus, eò majora edebat signa; ne aliquis ejus mortem humanæ infirmitati tribueret. S. August. tr. 49. in Joan. Ut etiam exemplo omnes doceret; quod viciniore sunt morti, eò excellentiora virtutum opera ederent. Sylveira hic q. 23.

Us transeat ex hoc Mundo ad Patrem. Joan. 13. 1. Ad Patrem irurus omnia prius in tempore preparat. Disce te preparare pro transitu ad Judicem, cujus præcepta violasti. Sylveira hic.

Sciens, quia venit hora ejus. Ib. Christianum non agit, qui mortis venientis conspectu ad ferventiora opera se non erigit. Ecce ipse Filius jam meditatus mortem, amoris erga suos opera excitavit & auxit. Bæza l. 3. c. 7. §. 4.

Inclinatò capite. Joan. 19. 30. mortem vocavit, ut tradunt Patres. Recens natus Dominus, quæ illi à Patre injuncta, non absolverat negotia: in cruce jam omnia ritè peregerat; consummatum est. Docat, rebus omnibus expe-

expeditum mortem non timere; sed audenter invitare. Naxera in Jos. 24. §. 41.

Unus militum lancea latius ejus aperuit. Joan. 19. 34. S. Bernardus l. 5. in vigilia Nat. in parafceve passus est, id est, in die preparationis. Merito omnibus dicitur. *Sanctifica illos hodie & sint parati.* Ex. 19. 10. 11. iisdem siquidem maxime prodest Christi passio & mors, qui mortem propriam prævenientes, & prævidentes, ad illam præparantur; nè imparatos interficiat mors. Sylveira hic c. 20.

Num. 2.

Quàm malè imparato.

Factum est autem in noctu medio percussit Dominus omne primogenitum in terra Egypti. Ex. 12. 29. Sequitur paulò post v. 30. *Surrexitque Pharaò nocte, & omnes servi ejus, cunctaque Egyptus, & ortus est clamor magnus.* Mors peccatores adeò obsecratos tenebris invenit; ut, quid remedii capiant in illo articulo, penitus ignorent. Egyptios ait sacer textus, proclamasse quidem; sed non obsecrassè Dominum. Ità peccatores &c. Diez conc. 2. D. 4. Pasch.

Cùmque venisset dies prælii, non est inventus ensis &c. 1. Reg. 13. 22. Jam ante diem prælii armis carebant; sed ipsum defectum in ipso die prælii observabant. Unde videtur hic non solum ostendi armorum incuria; sed etiam reprehendi Hebræorum incuria: qui proclium instare sentientes, suorum defectum armorum, aut non videbant, aut non curabant. Quos ij imitantur, qui diem mortis, diem prælii periculosissimi certissime sibi affuturum scientes, nulla sibi comparant arma spiritalia; quæ serò querentur sibi deesse. Sic olim, cùm Judam Machabæorum Gorgias bello invaderet, 1. Mach. 4. 6. *Apparuit Judas in campo cum tribus millibus virorum tantum, qui tegumenta, & gladios non habebant.* Mendoza hic.

Illo (Absolone) suspensio inter caelum, & terram, mulus, cui insidebat, pertransivit. 2. Reg. 18. 9. Abulens. hic q. 12. notat: multa acciderunt Absoloni hic, à quibus posse liberari videbatur. Nam potuisset tenere equum, nè introisset subter quercum ramosam; & etiam postquam introivit, & alligati sunt capilli ejus, poterat ipse tenens mulum, solvere illos, & fugere: poterat, abscedente nullo, capillos amputare: vel, si non habebat gladium, poterat, manibus tenens arborem, illos solvere, vel rumpere. Sed nihil horum fecit. Cur non fecit? quia inopinatò in vite periculum deducens est; & trepidans non potuit in illa improvisa perturbatione deliberare de remedio. Nunc si Absoloni tam præsens, ut facile poterat, non occurrit remedium: quomodo, tu, ó cæce, miser peccator! vitam, & conscientiam tuam, tam longis annis, ac multis modis, intricatam, implicatamque, evolves? cùm te in illa hora suprema tam justis timoribus undique videbis impugnari? Didacus Nils. f. 5. D. 5. Quadr. §. 2.

Nihil æquè terret, quàm inopina moriendi

necessitas. Aspice, quomodo, qui alieno imperio parent, subito justis longum iter agere, solliciti, ac tristes, complicandis raptim sarcinulis inhiant. Vide, quàm queruli, & indignantes, abeant; quòd non maturius moniti: dum discedunt, nunc hoc, nunc illud, oblitum murmurant. Nulla via est longior, quàm mori: nulla obscurior, incertior, certè irremediabilis. Tantò igitur attentius providendum, nè quid obliviscamur; quia reverti non licet. Drexelius in Prodomo aternit. c. 2. §. 8.

Num. 3.

Bene preparato.

In nidulo meo moriar. Job. 29. 18. S. Hieron. hic: cùm Job etiamnum felicissimus ageret, mortis tamen nunquam oblitus, nidum sibi struxerat quotidianà meditatione. Nam sicut aves nidulos sibi edificant frequentè ramulorum, aut glebularum, congestu; ità Job quotidie prævidit mortem: & sic, velut sedula hirundo, glebas comportavit ad struendum nidulum, in quo defungeretur. Drexelius Tribunal Chr. l. 2. c. 6.

Mortuus est (Job) senex, & plenus dierum. Job. 42. 16. In eo, quòd *senex, & plenus dierum.* Job mortuus est, notandum; quòd quidam moriantur dierum vacui, quidam pleni. Vacuus dierum moritur; qui in vita sua vanitatibus hujus Mundi inserviens, vitæ aeternæ merita moriendo secum non detulit. Plenus verò dierum migravit à sæculo; qui operam virtutibus dedit. Bonum siquidem est, bene vivere; sed longè melius, bene mori. Petrus Blef. tr. seu compendio in Job.

N. n. visurum se mortem &c. Luc. 2. 26. Mors ab iis videtur, à quibus prævidetur: reliquos enim imparatos opprimit. Porro mors potius videri dicitur hic, quàm gustari; quòd morientibus lucem quandam invehat; quæ & ipsa videtur, & reliqua ab oculis evanescent. Si enim mortem nobis proponamus ob oculos, mox corona, infula, opes, dignitates, nobilitas, & imperia, velut stella fulgore solis, hebetantur, & nusquam lucent. Oliva l. 12. Strom. hic. Non dixit illum non esse moriturum, nisi videret Christum Domini; sed quòd non esset visurus mortem. Aliud enim est videre mortem, aliud à morte videri. Ille mortem videt, qui illam in vita considerat; ille videtur à morte, qui sine ejus consideratione ab ea invaditur. Stella hic.

Si sciret paterfamilias, quâ horâ sur &c. Luc. 12. 39. Mors latroni comparatur; qui domum spoliaturus, si dominum invenit vigilantem, eum salutatur, & humaniter alloquitur; dormienti verò fauces comprimit, & aedem spoliatur. Sic &c. Stella de cont. van. p. 2. c. 82.

Et nunc alligatus ego spiritu. Act. 20. 22. Prævidebat, quòd in Jerusalem, ad quam ibat, sibi imminerent vincula. Et qualiter ibat? *alligatus spiritu*, in quo ipse se prius ligaverat; sibi catenas, & mortem, injecerat; & idèò omnia spernebat: qui enim spiritu, & imaginatione,

natione, ad mortem se parat, venientem latus excipit. Sylveira hic.

Si basiliscus videt te, antequam tu illum videas, occidet te visu; si autem tu prius videris illum, occides. Sic, si tu mortem videris in hac vita, illam praevidendo; feres de ea victoriam: si illa te viderit prius; antequam illam confideres, dominabitur tui. Stella in Luc. 12. v. 39.

§. VII.

*Alia motiva preparationis ad mortem.**Ex Veteri.*

Estote parati in diem tertium-jamque advenerat tertius dies &c. Ex. 19. 15. 16. Tres illi dies vitae nostrae sunt, principium, medium, & finis. Die ultimò audientur tonitrua; conscientia, & daemonum accusationes: peccata praeterita velut fulmina terrebunt: nubes, & caligo, totum montem, hominem totum involvent: oculi, intellectus, ratio, obtenebrabuntur; aurium, ceterorumque sensuum usus deficiet &c. Drexelius Tribun. Chr. l. 1. c. 4. §. 5.

Tolle Aaron, & filium ejus cum eo-cumque nudaveris patrem veste sua-Aaron colugetur, & morietur ibi. Num. 20. 25. 26. ut mortem exarimet, Aaronem nudari jubet: omnibus eum vult ante mortem expediri, ut mortem imperturbatis oculis spectet. Naxera in Jos. 24. §. 41.

Sanctificamini. Jos. 3. 5. Hebraei legunt: *estote parati.* Et cum nesciamus, quando futura sit hora nostra; semper sanctissimus; ne forte firmus ex illis de quibus S. Apost. Judas v. 12. quod sint quasi arbores autumnales, instructi vasa, bis mortuae. Sic vocat peccatores pigros, & lentos; qui de salute sua nullam curam habent. Sicut enim arbores, quae in autumno florere incipiunt, cum coetera jam maturos fructus ferant, serò veniunt, & rarissime maturescunt, propter frigus superveniens; sic sera poenitentia raro vera. Diez f. 5. in Coena Dom.

Prepara foris opus tuum. Prov. 24. 27. Author Catenae Graecae sic ex Sept. vertit, & explicat: *para ad exitum opera tua, & excole agrum, & sequere me.* Id est, operare omnia tanquam moriturus. Sive ergo agrum colueris; tanquam mortalis cole illum: sive latus fueris; tanquam mortalis ineundus esto. Cornelius hic.

Dispone domui tuae. II. 38. 1. Familiaris fuit haec admonitio, & semel facta per Spiritum Sanctum ad Ezechiam. Generalis est, & quotidiana, ad quamlibet fidelem animam. Petrus Blef. f. 16. in hebdomada poenolae.

Ex Novo.

Vigilate, quia nescitis &c. Matth. 24. 42. S. August. ep. 80. in quo quemque statu suus invenerit novissimus dies, in hoc eum comprehendet Mundi novissimus dies: quoniam
Polyant h. Sacr. Tom. II.

qualis in die isto quisque moritur, talis in die illo judicabitur. Ac per hoc vigilare debet omnis Christianus, ne imparatum eum inveniat adventus Domini. Imparatum autem inveniet ille dies, quem imparatum inveniet ille dies, quem imparatum invenerit suae vitae hujus ultimus dies.

Ad sepeliendum me fecit. Matth. 26. 12. hoc est, nunc fecit, quod faceret mihi in sepulchro, si posset. Marci 14. 8. *praevenit ungere corpus meum in sepulturam.* Dionys. Carth. hic.

Sint lumbi vestri praecincti Luc. 12. 35. hoc est; omnibus modis parati estote ad opera Domini vestri. Theophylactus hic.

Beati servi illi, quos invenerit vigilantes. Luc. 12. 37. Bene vivere in Scriptura dicitur vigilare; peccare, dormire. 1. Cor. 15. 34. *Vigilate justis, & nolite peccare.* Qui vigiliam protendunt in mortis horam, similes longius navigaturis; qui nihil secum sumunt; sed a porta discedentes recordantur necessariorum rerum, cum jam non licet redire. Cum ergo incertus sis, qua hora navis tua a littore debeat discedere; para in tempore necessaria, Stella hic.

Ex Patribus, & aliis.

Non subitaneam morte moriuntur, qui sese semper cogitaverunt morituros. S. Anselmus in Elucidario.

Ars bellandi, si non praeluditur, cum necessaria fuerit, non habetur. Discat ergo miles in otio, quò proficere possit in bello. Cassiodorus l. 1. ep. 40.

Haec est maxima sapientia, & maximum donum; scilicet sapientia moriendi, quae non datur non bene viventibus. Hugo Card. in Ps. 71.

§. VIII.

Praxes bonae dispositionis remotae.

Præcipe domui tuae; morieris enim tu, & non vives. 4. Reg. 20. 1. Si Sancti cor principis, denuntiatione solum mortis, colliquescit in lacrymas; qui manabunt è fonte fletus, cui mors non nuptias parat, sed securim? Vide autem, quomodo a nobis dissentiat Ezechias: nam ille factus de morte certior, suaeque domui consulere jussus; neglectam domum, nec curatum ulcere; non tabelliones accersit, & scribas; non acciri medicos imperat: sed expiando animo totus incumbit, orat, & lacrymatur. Nos verò justis, abducta tantisper à domo corporeque mente, curare pestes animi, coeli que rationes subducere; condimus testamenta, signamus codicillos, antidota ligurimus, salutationibus vitae supremum halitum impendimus. Ideoque rex revaluit; nos verò tabescimus & perimus. Oliva f. 6. D. 4. Quadr.

Surrexi, ut aperiam Dilecto meo: manus mea stillaverunt myrrham. Cant. 5. 5. Surgit sponsa, ut aperiat, quando Dominus in obitus instantia advenit. Ad illum obitum pra-

R

para-

paratur; dum manus operum myrrhâ mortis inungit. S. Gregor. Nifs. hom. 11. myrrham mortis esse symbolum, nemo est, qui ambigat. Pulchrè ergo ait sponsa, quia manus ipsius myrrham, id est, mortem stillant, cum aperuit ostium Deo. Efcobar t. 3. Coll. Chr. l. 3. f. 1. obf. 5.

Populus meus pendebis ad reditum meum.
Ol. 11. 7. Pendebit tanquam inter cœlum, & terram; id est, veluti mortuus expectabit sponsum, quando revertatur à nuptiis. Id. ib.

Bona mors, si peccato moriaris, & justitiæ vivas. Hæc mors, necesse est, ut præcurrat; ut sequatur illa securus. In hac vita, quamdiu durat, compara tibi illam, quæ semper durat. S. Bernardus ep. 105.

§. IX.

Mortem facilem faciunt ærumnæ.

*P*etivit anima sua, ut moreretur. 3. Reg. 19. 4. Unde ei tam optabilis, & facilis mors? ex fuga. S. Chrysologus f. 147. Elias ille, ubi sensit totò se timore aspergi, repetebat, quam fugerat, mortem. Bæza t. 3. l. 4. c. 15. §. 3.

Cum autem persequerentur vos fugite.
Matth. 10. 23. Metus, & fuga mortis, mortem ipsam reddit amabilem. Sapienter Christus, quos pro se mortem subire volebat, prius in fugam movet: noluit enim, ut primâ statim persecutione mortem oppetant; sed, ut fugiant, suadet: nè post fugam jam haberent in morte, quod timeant; sed quod ament. Qui enim in fuga vivit; tot ærumnis, tot mortis timoribus, agitur; ut inde nequeat jam mortem non amare. Id. ib.

Alligatus ego spiritu vado in Jerusalem.
Act. 20. 22. Vincula imminetia sibi Jerosolymis prævidebat: & ad illa ibat. Sed qualis? *alligatus spiritu.* Nimirum, quæ vera ventura erant, vincula ipse in spiritu jam antea iniecerat; jam velut vincetus catenis agebat: ut vincula sperneret, & ipsam mortem. Bæza t. 2. l. 8. c. 3. §. 42.

Per fenestram in spora dimissus sum per murum; & sic effugi manus ejus. 2. Cor. 11. 33. Non præ timore operam fugæ præbuit; absit: quin potius fugam habuit pro palæstra, & meditatione, adversus mortem. S. Athanasius in Apol.

§. X.

*Qualis vita, mors est ita.**Ex Veteri.*

Abraham mortuus est in senectute bona.
Gen. 25. 8. Mortuus est in senectute bona, eò quòd in bonitate propositi sic permansit. Mors igitur vitæ est testimonium. S. Ambros. l. de bono mortis c. 8. Quem conscientia non pungit, mors non terret: quia mortem cupere, vel horrere; non tam hominis est, quam conscientia, asserente Paulò Philipp. 1. 23. *coarctor, desiderium habens dissolvi, & ef-*

se cum Christo: & timente Cainò Gen. 4. 14. omnis, qui invenerit me, occidet me. Eadem verique natura; sed de morte diversa opinio; quia & actus diversi. S. Ambros. cit. non mors ipsa terribilis est; sed opinio de morte, quam unusquisque pro suo interpretatur affectu; aut pro sua conscientia perhorrescit. Suae igitur unusquisque conscientiaæ vulnus ac-cuset, non mortis acerbiter. Denique justis mors quietis est portus, nocentibus naufragium putatur. Naxera in Jos. 1. 24.

Viri pastores sumus servi tui ab infantia nostra usque in presens: hæc autem dicetis; ut habitare possitis in terra Gesien.
Gen. 46. 34. Abulens hoc dicebat Joseph, nè Rex eos faceret bellatores, & dispungeret; sciendo totâ vitâ hoc officium gessisse: quia illos judicaret inhabiles ad aliquid aliud. Nemo senex facile discit artem, cui non studuit puer. Nimirum præsumit, qui inter brachia Domini tanquam alter quidam Moyses, cupit suaviter obdormire; cum per omnem vitam suam Dominum enormibus sceleribus oppugnârit. Didacus Nifs. p. 2. l. 4. c. 8.

Moriatur anima mea morte justorum.
Num. 23. 10. Prudentius dixisset Balaam: vivat anima mea vitâ justorum; etiam moriatur morte justorum. Cornelius hic.

Mors servus meus mortuus est. Jos. 1. 2. Mors vitæ fuit index: sicut fuit servus Dei vivens, ita & moriens. Cajetanus hic: mortuus est in statu servitutis meæ. Mortuus est sic: quia, quidquid erat, quidquid operabatur, meum erat. Naxera hic §. 24.

Ecce currus igneus &c. 4. Reg. 2. 11. Cur Elias curru igneo, & igneis equis, vectus? Eccl. 48. 1. *Surrexit Elias quasi ignis; & verbum ipsius quasi facula ardebat.* Raptus Eliæ quædam illius politica mors fuit. Et nè hæc dissimilis ante actæ vitæ esset; qui ut ignis vixit, è vita in igne avehi debuit. Didacus Nifs. D. Septuag.

Iustum deduxit per vias rectas. Sap. 10. 10. Via recta est, cujus media conformia sunt principio & fini. Vita nostra iter. Principium à fletu. Sap. 7. 3. *Primam vocem omnibus similem emisi plorans de utero matris egressus. Unus introitus est omnibus ad vitam, & similis exitus.* v. 6. *Nudus egressus sum &c.* Job. 1. 21. Natus es plorans, & morieris plorans. Si vis vivere ridens, non incedis via justorum. Nè adifices superba palatia; cum in nativitate ingressus parva incunabula; & post mortem habebis strictum loculum. Stella de cont. &c. p. 1. c. 56.

Ex Novo.

Dico autem vobis, quòd multi ab oriente, & occidente, venient. Matth. 8. 11. Cur meridionales, & septentrionales, ab ea excludere videtur facilitate? S. Paschasius l. 5. in Matth. prima, & ultima, ideo ponuntur: nam & illi soli in regno recumbent; quos nimirum initium rectæ fidei, & consummatio boni operis, probaverit idoneos. Didac. Nifs. Pol. cœl. p. 2. l. 4. c. 8.

Do-

Domine, situes, jube me ad te venire super aquas. Matth. 14. 28. Ire cepit, sed mergi quoque. Noli prodigiis inniti: si lapis vixeris, lapis morieris. Oliva l. 5. Strom. §. Si Filius Dei es.

Alii tentantes signum de celo querebant ab eo. Luc. 11. 16. Inter Fideles multi petunt signa. Sunt in peccatis jacentes totâ vitâ; & hiâ Deo misericordiam, assecuturos in morte sperant. Hi perunt signum à Deo in fine vitæ. Communis est lex; ut, qui malè vixit, malè pereat. Nonne est hoc tentare Deum. Stella hic. Sicut monstrum est, quòd lupus habeat caudam ovis; sic monstrum est, quòd vita rapacis usurarii habeat bonum finem. Stella in Luc. 23.

Mortuus est autem & dives. Luc. 16. 22. Aqua saporem contrahit terræ, quâ transit: nam si venam falis, aut sulphuris, offendit; salsâ, sulphureaque fluit: si terram bonam; dulcis manat. *Omnes morimur, & quasi aque dilabimur.* 2. Reg. 14. 14. Mors saporem vitæ contrahit: si vita bona, mors suavis. Stella hic.

Ut intingat extremum digiti sui in aquam. Luc. 16. 24. Glossa ordinaria: ab extremo digiti se tangi desiderat, qui optat justorum ultima participare. Manus, & digiti, justorum significant opera pœnalia, & laboriosa; quibus, dum hic vivunt, insudant; ut æternam quietem, quæ sunt digitorum extrema, assequantur. Vellet quisque à deliciis transire ad voluptates: ab honore ad gloriam, à divitiis ad regnum, de quiete ad quietem, sinè labore. Optat justorum ultima participare; sed labores pro Deo, arumnas pro virtute, opera pœnalia pro commissis peccatis, non vult habere communia. Didacus Nis. f. 2. D. 5. Quadr. §. 1.

Beati mortui, qui in Domino moriuntur. Apoc. 14. 13. Nihil in homine moritur, quod in eo antè non vixit. Unde manus mea, pes meus, & alia membra, quæ in me non vivunt, in morte in me mori non possunt. Sic in Domino moritur, quicumque est membrum Domini per fidem, & amorem; & nullus in eo moritur, qui in eo non vivit. S. Bonaventura f. 2. D. 15. Pent.

Ex Patribus, & aliis.

Vivite bene, nè moriamini malè. S. August. f. 24. de verb. Dom.

Mori malè times; & vivere malè non times? Corrige malè vivere, time malè mori. Sed noli timere: non potest malè mori, qui bene vixerit. Id. l. 1. de discipl. Christi c. 12.

Mala mors putanda non est, quam bona vita præcesserit: neque enim facit malam mortem, nisi quod sequitur mortem. Non itaque multam curandum est, qui necessariò morituri sunt quid accidat, ut moriantur; sed moriendo quòd ire cogantur. Cum igitur Christiani noverint, longè meliorem fuisse religiosi pauperis mortem, inter lingentium canum linguas; quam impii divitis in purpura, & bysso;

Polyanth. Sacr. Tom. II.

horrenda illa mortium genera quid mortuis obfuerunt, qui bene vixerunt? Id. de Civ. l. 1. c. 11.

Utinam omnes tam affectarent justorum primordia, quam optant extrema. Richardus de gemino Paschate.

§. XI.

Dispositio proxima pro morte in morbo gravi.

Num. 1.

In morte major fervor; tibi soli vaca.

Vocavit Jacob filios suos, & ait eis &c. Gen. 49. 1. &c. Licet Jacob semper piè vixerit; sub finem tamen vitæ magna vaticinatus filiis, & nepotibus. Cur? quia se tunc maximè Deo univit, ferventiorè amorem elicit; hinc magis meruit illustrari. Sylveira in Apoc. 3.

Astitit regina in vestitu deaurato in fimbriis aureis. Pl. 44. 10. 14. Regina vestitus dicitur deauratus, fimbriæ autem aureæ. S. Paschalius hic: per fimbriam vita hominum significatur extrema; quam non deauratam, ut vestis fuisse monstratur; sed auream esse totam debere, dicitur: quia in fine vitæ tota perfectio amoris quæritur. Sylveira in Apoc. 3. Fimbriæ sunt finitima vestium, per quas hominum vita significatur extrema. Hæc non deaurata, ut supra, sed nunc illi esse aurea profitetur: quia in fine tota perfectio est; ubi charitas, non tanquam deaurata, conspicitur; sed jam plenissima, tanquam aurea, reperitur. Cassiodorus hic.

Sciens quia venit hora ejus. Joan. 13. 1. Horam suam mortem dicit: hora mortis verè hominis est: tempus enim vitæ nostræ multis aliis impendimus, amicis, corpori, negotiis, deliciis; ut ferè nobis nihil remaneat. Hora mortis nostra; quia in ea, reliquorum omnium oblitus, nos, nostraque, curamus. Olorius in Cœna Dom.

Cum serò esset die illò, una Sabbathorum venit Jesus. Joan. 20. 19. Cur serò, non Sabbathi manè? quia cum mors, & vesper, ætatis, instat; salutis negotia gravius aguntur. Gilbertus f. 44. istud ostium maximè aperitur Jesu, quod aliis negotiis omnibus clauditur. Esobar tr. 3. Coll. Chr. l. 6. obf. 2.

Num. 2.

In morte mitte curas terrenorum.

Levavit pallium Elie. 4. Reg. 2. 13. Currum conscendens, Propheta pallium à se abiecit: indicans terrena hæc ad vitæ discessum impedimento esse; ac proinde ex animo ea projici oportere. Incert. Auth.

Populus meus pendebit ad reditum meum. Of. 11. 7. Pendere, est à terra elevari: monet Dominus, à terrenis curis expeditos esse debere ad præparationem mortis. Incert. Auth.

Dum irent emere, venit sponsus. Matth. R 2 25.

25. 10. ò meritò fatua virgo! quæ, inclinâtâ jam vitæ die, instante Domini adventu, pergit ad vendentes; adhuc apud Sæculum negotiatur. Vidi plurimos, & planxi; quos animam agentes urgent negotia sæcularia. Tunc maximè illis res est cum vendentibus, cum mercatoribus; tunc pecuniarum rationes, tunc æris alieni compositio, totam hominis cogitationem pervadunt. Bæza l. 5. c. 3. §. 12.

In senili corpore aliquatenus imbecillitas sustineri, & fulciri potest; cum tamen in putri ædificio omnis junctura dilabitur; & dum alia excipitur, alia discinditur; circumspiciendum est, quomodo exeat. S. Fulgentius ep. 30. ad Gallam filiam Symmachi Consulis. q. d. dum vetusta domus dissolvitur; & modò in uno, modò in altero, latere rimas agit; ut peritò architectò sarciente unam novæ aperiantur, & à fundamentis ruinam minentur. Quis tunc pictores convocat, sculptores, inaurandi peritos, ad ornandas concamerationes? Nemo non perterritus ruinâ imminente, peristromata à parietibus detrahit; è conclavibus supellectilem defert; contendens egredi è domo ruinosa, minimò rerum suarum, & vitæ, quantum fieri potest, detrimentò. Idem dico senescenti, & mori incipienti: laboretur, ut ex vita educamus omnes divitias, quæ educi possunt. Oliva t. 3. conc. 21. de Pafs. Chr. ego sum pastor bonus.

Num. 3.

In morte fit oratio, pia suspiria.

Jesus emisâ voce magnâ expiravit. Marci 15. 37. In hoc, quid faciendum sit nobis in ipso articulo mortis, edocuit bonus Magister. Tunc enim Pater vocandus est; tunc ei filiali amore medullitus adhaerendum est; tunc potissimum ei spiritus commendandus est: quia tunc maximè demones circa nos, tanquam rugientes leones, circumeunt preparati ad escam. Hugo Card. hic.

Manè nobis, um. Luc. 24. 29. dicat nunc aliquis non beatum Jacob, cum in ipsis mortis diebus esset; qui plura cum Deo, quam cum hominibus, alloquia miscebat. S. Ambros. de Jacob. apud Bæza t. 1. l. 5. c. 3. §. 12.

Domine Jesu suscipe spiritum meum. Act. 7. 58. In articulo mortis sanctissimum nomen Jesu dicit; ut nos in eodem moriamur. Sylveira hic.

Num. 4.

Pœnitentia, mortificatio.

Ibimus viam trium dierum in solitudine. Ex. 3. 18. Deus Hebræorum, id est, transeuntium, ab hac vita migrantium, vocavit; scilicet ad gloriam: ut eamus viam trium dierum in solitudine, id est, morte. Tres dies sunt confiteri, communicare: & ungi: quia in his homo se sacrificat Deo. S. Vincent. Ferr. l. 2. de as, B. V.

S. Laurentius Justinianus cum ageret annum quartum supra septuagesimum, lethali febri afflicto lectum parabant domestici. At ille: non in pluma Dominus meus; sed in durissimo ligno cubavit. Boll. 8. Jan.

B. Mathildis, regina conjux Henrici Aucupis regis Germaniæ, morti proxima jussit cilicium humi poni, & se supra poni; propriis manibus imponens cinerem capiti: non decet, inquit, Christianum, nisi in cilicio, & cinere, mori. Boll. 14. Martii.

§. XII

Quæ homini in morte accidunt.

Num. 1.

Tentationes.

Abigebat eas Abram-cumque sol occumberet. Gen. 15. 11. 12. Cur volucres vesperi infestant victimas Abrahæ? Hugo Vict. Miscell. 2. tit. 2. Abraham, cum ad occasum solis sacrificium offerret, instantes aves perculit: quia sacrificium vitæ, quod in ara crucis offerimus, immundi spiritus conantur magis maculare ad occasum solis, seu vitæ. Sylveira in Apoc. 9.

Recessit ab illo usque ad tempus. Luc. 4. 13. mortis scilicet. S. Athanasius or. de Pafs. & Cruc. in pudore rejectus, observandum sibi persuadebat tempus mortis.

Fratres sobrii estote &c. 1. Petr. 5. 8. Ecclesia, licet ea Petri verba ad quamvis aliam horam canonicam dici aut cantari præcipere potuisset; ad solum tamen Completorium, quæ est horarum ultima, dici voluit: ut doceret; quod hostis noster, licet semper nos dolose impugnet; nunquam tamen enixus hoc agat, quam in agone. Didac. Nifs. Pol. cœl. p. 2. l. 4. c. 5.

Dum in tota vita diabolus hominem pravariari cupiat; amplius tamen in fine molitur decipere. S. Ildorus l. 3. c. 5. sentent.

Num. 2.

In morte aperiuntur primùm oculi.

Tu nosti, quæ fecerit mihi Joab-Abner- & Amasa &c. quos occidit. 3. Reg. 2. 5. Horret animus severitatem præscripti à rege id loci, temporisque, supplicii, Moriturus mortem imperat; & lacrymarum negligens, cruorem sibi Ducis sui? Et cujus Ducis? cui vitam, regnum, referebat. In suo scilicet lumine morientis homicidium spectatum est. Oliva f. 2. D. 3. Quadr.

Cum dormierit, aperiet oculos suos, & nihil inveniet. Job. 27. 19. S. Gregor. l. 18. mor. c. 12. & dormit ergo dives, & oculos aperit: quia, cum carne moritur, ejus anima videre cogitur, quod prævidere contempsit. Tunc profectò in vera cognitione evigilat; tunc nihil esse conspicit, quod tenebat. Tunc

fe

se vacuum invenit, quæ plenam rebus præ cœteris se omnibus esse latatur.

In tempore vesperi erit lux. Zachar. 14. 7. Cum advesperascet, nox aderit; quæ opes evanescent: sed lux aderit; quæ scelera noscantur. Defungetur sacerdotis munere supremus vitæ agon: is sibi in mentem revocabit, quorum te meminisse piguit non inquinari. Oliva f. 6. D. 4. Pals. Quadr. Si Jacob filiorum, quæ dissimulabat, scelera moriturus severissimè arguit. Gen. 49. 4. quàm feedia tibi tua morientis flagitia videbuntur; si aliena crimina ita tristitia apparere Patriarchæ morituro: torqueris prodeuntium in lucem monstrorum insultu. *Ad vesperum demorabitur stetus.* Pf. 29. 6. Crepusculò vitæ occidentis illustrabuntur, quæ sub vitæ meridiem delituere facinorâ. Gen. 15. 12. *cùmquesse occumberet, sopor irruit super Abram, & horror magnus, & tenebrosus invasit eum.* Id. hic.

Pœna oculos aperit, quos culpa claudit. Talpa, omni tempore, quò vivit, oculos non aperit, nisi in morte. S. Bonavent. f. 116.

Num. 3.

In morte omnia evanescent.

Nolite declinare post vana, quæ non proderunt vobis. 1. Reg. 12. 21. S. Gregor. 1. 4. c. 2. in 1. Reg. notandum, quia de furore dicitur, *non proderunt vobis*: quia nimirum nunc prodesse cernuntur. Sed cum in furore pro iis puniri cœperint, nequaquam profunt. Quidquid enim in hoc sæculo latum, delectabile, sublime prosperum, cernitur; vanum profectò est: quia difficile habetur & citò amittitur. O quàm tibi erit acerba ultimà vitæ horâ, rerum omnium fuga, tunc quando jacebis in lecto doloris: tunc, quando eris in extrema necessitate: tunc, quando sudabit frons, pallefcet vultus, frangentur oculi, silebit lingua, frigeſcet manus, rigebunt pedes, anhelabit pectus, stupebit animus, formidabit spiritus, affligetur corpus. Tunc, quando maximè indigebis solatiò, auxiliò, ope, & operâ Mundi. Tunc, in illo articulo temporis, in postremo vitæ momento, quando exhalabis spiritum, fugiet Mundus. Tunc fugiet ab ambitioso honor, à superbo gloria, ab avaro opes, à lascivo voluptas. Utinam non & Angeli fugiant, cœlites, mater misericordiæ Maria, misericordiarum Pater Jesus. Tunc anima exclamabit cum illis Sap. 5. 9. *transierunt omnia illa, tanquam umbra.* Transierunt omnia illa, propter quæ exhausti omnes vires corporis, animi, industriæ, ingenii: propter quæ tot subivi pericula, tot devoravi tædia, tot pertuli incommoda, tot exantlavi labores. Transierunt omnia illa tanquam umbra; tam citò, cum tanto meo dispendio, in icu oculi, in momento, in puncto.

Num. 4.

Quid morientem soletur.

Obsecro Domine, memento, quæso, quomodo ambulaverim coram te. 4. Reg. 20. 3.

Ezechias, cum ægrotaret, non mensæ deliciarum plenæ recordabatur; nec eximie gloriæ, nec regni, aut imperii; sed justitiæ, ac rectæ conscientie. S. Chrysoſt. hom. 54. in Matth. Hæc est consolatio regis morientis; quem cum non jvarent natalium claritas, copia famulorum, deliciarum; delectavit sola impleti officii recordatio. Oliva conc. 30. de Ven. 5. in Quadr.

Tempus resolutionis mee instat. 2. Tim. 4. 6. Vide Paulum, exultantem, atque dicentem: *bonum certamen certavi, v. 7.* At quid aliud, inquires, Paulus potuit dicere? Hominos certè, gloriam, cæteraque hujusmodi, nec parva, nec pauca. Nihil autem horum omnium: sed labores, pericula, & repositas pro his coronas, in medium attulit. Neque id injuriâ: illa enim cum hac vita finiuntur; hæc verò nobiscum egrediuntur: & illorum quidem rationes exigantur; pro his autem nobis præmia tribuuntur. S. Chrysoſt. hom. 54. in Matth.

§. XIII.

Post mortem quæ homini eveniant.

Num. 1.

Oblivio hominum.

Infodit ea subter terebinthum. Gen. 35. 4. Revertens Jacob à Laban, in Bethel sacra Deo facturis, jussit suos idola abjicere; quæ ille infodit. S. Bruno apud Godefridum quærit, cur ea sepelire potius, quàm comburere, voluit? & respondet: quia sepulta faciliè abeunt è memoria. Castillo Illat. 203.

Periit memoria eorum cum sonitu. Pf. 9. 7. ad literam, campanarum. Hugo Card. hic.

In imagine pertransit homo. Pf. 38. 7. Id est, perfecte, & ex toto transit: quia nec ipse videtur, nec de eo etiã vestigium aliquod in memoria habetur. Id. hic.

Qui videbant me, foras sugerunt à me; oblivioni datus sum tanquam mortuus à corde. Pf. 30. 12. 13. Non dicit, oblivioni datus sum ab ore; quia nec orant pro me: vel ab opere; quia nihil faciunt pro me: sed à corde; quia nec cogitant de me; quod facillimum esset: quomodo ergo facient pro mortuis difficiliora? Brogmard. Mortis memoria.

Num. 2.

Quis eum comitetur; quid secum deferat.

Lazarus amicus noster dormit. Joan. 11. 11. Ergo viro nobilissimo è prima stirpe oriundo, tot pagorum domino, tam diviti, charo tot magnatibus; post alteram diem sepulturae, à proluxa illa honorum serie, nihil aliud superest, quàm amici Dei titulus? *Lazarus amicus noster dormit.* Neque honorum illa inanitas mortui funere primùm spectata est: nam morbi gravitas ubi spem vitæ labefactavit, ægroti sorores scribentes ad Messiam, nullò aliò, quàm amici, nomine eum commendant: *Domine, quem amas, infirmatur.* Attamen verum est in tanta inopia titularum, & nominum illustrium, sufficere cuilibet dominanti in terra; habere, in

R 3

pa-

patrimonium eternitatis, diploma, & honorificum testimonium, quò amicus Dei nuncupatur. Hoc unum deferetis ad tribunal, reddituri administrationis vestrae rationem. S. August. de Civ. l. 10. c. 4. bonum postum nullum est aliud; quàm illi coherere, cuius unius anima incorporèd, si dici potest, implexu, veris impletur, fecundaturque virtutibus. Ad hoc bonum debemus, & à quibus diligimur, duci; & quos diligimus, ducere. Oliva conc. 30. die Ven. 5. Quadr.

Quare ab impio in morte regna, & opes: *quæ parasti, cuius erunt?* respondebit: heu! non mea amplius erunt, sed aliorum. Quare à justo; *quæ parasti, cuius erunt?* respondebit: mea erunt in æternum. S. Ambros. in Luc. 12. Remanent in sæculo cuncta, quæ sæculi sunt: sola virtus, comes est defunctorum. Cornelius in Ex. 14.

Quidam rex moribundus dixit: heu! quot præcursores habere solebam ad parandum mihi hospitium! hodie recedo solus ad patriam ignotam; & nullum invenio, qui me velit præcedere, vel comitari. Brogmard. Mors.

Num. 3.

Varia.

Bonum est nos hic esse. Matth. 17. 4. Cùm Moyses, & Elias, excessum loquitur; Petrus ait: *bonum est &c.* Quàm diversa cogitationes vivorum, & mortuorum. Moyses, & Elias, qui aliud sæculum viderunt, dicunt, moriatur Christus: Petrus autem, *bonum est hic esse.* Defuncti dicunt Sap. 5. 8. *quid nobis profuit superbia?* illi delicias abominantur: dicis tu: *non pratum sit &c.* Sap. 2. 8. Oforius D. 2. Quadr.

S. Hieronymus Comment. in Is. adfert Apologum: porcellus parentis sui mortem acerbò grunnitu flevit. At cùm, lectis testamenti tabulis, glandis acervum, & aliquot farinae modios sibi legatos audisset, obtulit. Rogatus, cur tam subito fletum omnem comprimeret? farina, & glandes, ait, mihi os obstruunt.

Focus extinctus. Lem. *Cinix est, quod ante micabat.* Picinelli.

§. XIV.

Mortis memoria.

Num. 1.

Symbola.

Fecit Dominus Deus Ade, & uxori ejus, tunicas pelliceas &c. Gen. 3. 21. Cur Deus tales iis vestes dederit? causam refert Origenes hom. 6. in Levit. talibus oportebat indui peccatorem; quæ essent mortalitatis, quam primò peccatò acceperat; & fragilitatis ejus; quæ ex carnis corruptione veniebat, indicium.

Ambulavit Enoch cum Deo, & non apparuit: quia tulit eum Deus. Gen. 5. 24. Sed cur à Deo occultatus? Chaldaeus: *quia non mori fecit eum Deus.* Quasi timeret Deus, nè homines metum, & memoriam mor-

tis emitterent, videntes non mori Enochum; & idè eum occultavit. Baeza t. 2. l. 8. c. 2. §. 2.

Asportate ossa mea vobiscum &c. Gen. 50. 24. Joseph, in utilitatem fratrum, iussit ab eis ossa sua ex Ægypto asportari: ut scilicet mortis memores essent; & quoties ossa ejus aspicerent, dicerent: hæc sunt ossa potentis illius ac sapientis viri Joseph; & tandem mortua est. Quid de nobis erit? nunquid & nos moriemur? Diez conc. 1. D. 15. Pent.

Colligat unusquisque &c. Ex. 16. 16. *Nalus relinquat ex eo in mane.* v. 19. Cur prohibet lex cibum in crastinum servari? S. Paschasius l. 4. in Matth. gradienti per desertum populo præcipitur; ut singuli non amplius ad victum quotidianum, quàm gomor unum, colligerent: sic vivant quotidie, quasi morituri.

Cinerem tanquam panem manducabam. Pf. 101. 10. Balduinus hic: id est, memoriam infirmitatis, & conditionis meæ; quæ memini me pulverem esse, & cinerem; panis mihi est, refectio mea est.

Sol cognovit occasum suum. Pf. 103. 19. Itane? tantis stipatus radiis, tantà ornatus luce, noctis recordatur; sequæ occasui destinari sol intelligit? & homo, vallatus ærumnis, & mortem secum in carne vehens; obliviscatur occasus? qui fumus sænum agri, quod hodie est, & cras in clibanum mittitur. Matth. 6. 30. Cedrorum nobis incorruptionem pollicemur? nisi cineres comparaveris tibi, ignis tuus citò extinguetur. Tunc fulgebis ut sol, si te umbris sepias. Oliva t. 2. Strom. hic.

Flores apparuerunt in terra nostra tempus putationis advenit. Cant. 2. 12. Convenienter Salomon hæc duo conjunxit q. d. mox, ut flores apparent, & initia vitæ florescunt; jam ferè adest tempus secandi per mortem: idè surge, propera, & veni, ad studiosè operandum. Id. hic.

Vox turturis audita est in terra nostra. Cant. 2. 12. Per turturem S. Nyssenus hom. 5. in Cant. Epiphanius hæresi 59. intelligunt Præcursores Domini; cujus præcipua vox fuit, *penitentiam agite &c.* *Vox turturis*, id est, sacerdotis dicentis: *memento homo, quia pulvis es.* Ecce subito veniet dies mortis, in quo dicatur tibi: tempus putationis, vel sectionis, advenit. Velis, nolis; putandus es, & secandus in morte. Auferenda à te sunt non solum superflua, sed cuncta, quæ possidebas: auferentur dignitates, opes, vita, & corpus ipsum; ut nihil remaneat, nisi minutissimus pulvis. Reducin memoriam virides, & pulchros, ramos olivarum, & palmarum, quos in manu gestabas annò præteritò; qui jam sunt in cineres conversi: ut intelligas, omnem hanc terrenam pulchritudinem, & viridantem gloriam, quæ poteris, convertendam in cinerem. Licet sis hodie formosus sicut lilium, cui nec gloria Salomonis potuit comparari; hodie es, & cras in clibanum mittaris; ut in cineres convertaris de Ponte hic.

Cibi -

Cibavit me cinere. Thren. 3. 16. Moraliter cibavit se cinere, qui saepe de morte cogitat. Cinis es, & in cinerem revertetur. Gen. 3. 19. Cornelius hic.

Ita ad exitus viarum; & quoscunque inveneritis, vocate ad nuptias. Matth. 22. 9. Albertus M. f. 74. illi, qui sunt in exitibus viarum, mortem suam jugiter prospiciunt; & qui se credunt quotidie morituros. Et certe tales dignos se efficiunt, ut ad Christi nuptias introire mereantur: quicunque enim mortis suae efficaciter recordantur, student esse patientes, continentis &c. Didacus Niss. f. 1. in die Cin.

Præcepit turba; discumbere super terram. Marci. 8. 6. Super terram discumbunt, quicunque terram, & pulverem, se esse cognoscunt. S. Eusebius Emis. D. 6. Pent.

Sicut ex cineribus fit vitrum, & speculum; ita ex incineratis nobis speculum faciamus. Broymard. Mortis memoria.

Num. 2.

Mortis memoria sit continua.

In omni opere suo dicat sibi ipsi: si modo moriturus esses, faceres istud? S. Bernardus in speculo Monachorum.

In omnibus operibus tuis memento te esse hominem; & timor ejus, qui aufert spiritum principum, semper sit ante oculos tuos. Jugi meditatione inter hujus transeuntis gloriae blandimenta, memorare novissima tua: quia quibus successisti in sedem, ipsos sine dubio sequeris ad mortem. S. Bernardus ep. 237. ad Eugenium P.

Sociam tibi, & uxorem, quare; quæ nunquam à te separatur, memoriam mortis. Porro filii tibi amantissimi sine gemitu cordis. Servum posside corpus tuum; amicas verò sanctas virtutes angelicas, quæ tibi exitui tui tempore auxiliari poterunt, si eas tibi amicas familiaris feceris. Hæc est sanè generatio quærentium Dominum. Affectus Dei parentum exaudit affectum. Joan. Climacus gr. 3. de peregrinat. & somniis.

Memoria mortis est quotidiana mors. Sicut cibus omnibus panis vilior est; & magis necessarius; ita præstat omnibus mortis operibus mortis cogitatio. Id. gr. 6. de memor. mort.

Diu, noctuque, ad ultimam horam respice. S. Nilus Cap. Parænet.

Cum volueris incipere opus Dei, prius conde testamentum; tanquam non habeas vivere in hac vita. S. Isaacus l. 1. de contemptu Mundi c. 17.

Num. 3.

Mortis memoria semper, & ubique, occurrit.

Sedens in sterquilino. Job. 2. 8. In sterquilino sedebat; ut, quæ esset substantia suæ carnis, perperderet; & ex factore loci caperet, quod felinè corpus ad factorem rediret. Hugo Card. hic.

Ecce defunctus. Luc. 7. 12. Triplex mortis admonitio: defunctus filius; vidua, cujus

maritus fuerat defunctus; & populus defunctum pullatis vestibus lugens. Si quæres, quis hanc vel illam ædem extruxerit? paucas novas invenies: veterum autem ferè omnium aedificatores dicentur esse mortui. Stengelius t. 4. Jud. div. c. 44.

Monimentum dicitur, quod monet mentem cujuslibet inspicientis: ut recordetur, quod cinis est, & in cinerem revertetur. Durandus l. 1. c. 5. de coemeterio.

Abassinus Imp. Preteianus dictus, inter edendum solitus fuit ante oculos habere vitreum vas cinere plenum; cujus aspectus diem extremum objiceret comedenti. Nicolaus Godinus l. 1. de Abassinor. reb. c. 6.

Cardinalis Baronius in annulo calvariam sculptam gerebat; insinuans, à morte pendere æternitatem. S. Damascenus in historia Barlaam, & Josaphat, priscos ait, Sanctorum reliquias religiose in theca ex collo gestasse; non tantum venerationis, sed & memoriæ mortis causâ.

Quæ mensis apponuntur, quid aliud, quam memoria mortis? vitrum manu tenes? vita tua fragilior vitro est. Quidquid comedimus, vixit; herbæ, frumentum, bubula &c. Stengelius t. 4. div. jud. c. 44.

§. XV.

Mortis memoria utilis contra peccata; convertit &c.

Ex Veteri.

IN quocunque die comederis ex eo, morte morieris. Gen. 2. 17. Pererius quærit; cur Deus primo homini, ut illum intra limites cohiberet, pœnam mortis statuerit? Videtur enim, ad incutiendum timorem, satis fuisse, si gehennam intentasset. Respondet: licet pœna Inferni reipis gravior sit, quam mors corporis; comminatio tamen corporalis mortis acrior, & vehementior est, ad commovendum hominem.

Num sanguinem hominum istorum. & animarum periculum, bibam? noluit ergo bibere. 2. Reg. 23. 17. Suavitatem bibendi habere non poterat, quæ proposita mortis horrore constabat. S. Ambros. q. d. quomodo bibat aquam, cui horrenda mors ob oculos versatur? ob oculos mortis nulla est sine multo felle voluptas, nulla sine amarore dulcedo, nulla sine anxiiis curis delicia. Didacus Niss. f. 5. D. 4. Quadr. §. 3.

Mansit juxta fluvium Tigris. Et exivit, ut lavaret pedes suos. Tob. 6. 1. 2. Sicut Tobias sedens in littore Tigridis fluminis, considera, quam velociter transeant dies. Tigris à velocitate nomen habet. In hac consideratione levabis pedes affectuum animæ tuæ. Stella de cont. van. p. 1. c. 91.

Dies mei breviabuntur; & solum mihi superest sepulchrum. Non peccavi. Job. 17. 1.

Putredini dixi: pater meus es, mater mea, & soror mea, vermibus. Job. 17. 14. Tam dulcis ei mors; ut eam se venerari, colere, & amare, velut parentes, & sorores, dicat. Omnia mihi charissima in morte habeo; domum, paren-

parentum complexus, fororum blanditias. Mors mihi unicum solatium; u i puero parentes, & sorores. Origenes: ut pueri parentes consolatores habent; sic ego mortem, & putredinem. Fortè amplius accipitur hic locus de passionibus animi; quæ non modò finiuntur in morte, verùm & mortis memoriâ domantur. Quiritatur infans, ingemiscit, flet, vel levi de causâ: parens flentem in brachia suscipit; soror ludicrò, aut crepitaculò, adblauditur. mox subdidit ploratus; fletus in risum vertitur. Et quispiam delicatior sui studiò infans, puerilibus desideriis huc illuc distrahitur. si ille in terram, in pulverem, in sepulchrum, memoriâ fixerit, illicò conquiescet. Fernandus in c. 3. Gen. Sect. 9.

Notum fac mihi Domine finem meum Pl. 38. Non ignorabat se moriturum; nec petebat, ut illi Deus diem obitus sui revelaret: sed ut ita metu mortis cor ejus tangeret; ut sic correctus vitam rectè institueret; paratùsque semper esset, ut cum venit Dominus, & pulsaverit januam; confestim aperiret. Diez. auxilium Dei.

Abiecit vestimentum suum à se, & induit saccò, & sedit in cinere. Jon. 3. 6. Nihil prodest, quòd homo per memoriâ mortis in cinere humiliatur; nisi vestimentum veteris conversationis abjiciatur; & saccus pœnitentiæ assumatur, S. Bonavent. l. 1. tit. Cin.

Ex Novo.

Potens est Deus, de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Luc. 3. 8. Et unde vis tanta? Sequitur: *jam enim securis ad radicem arboris posita est.* Oliva l. 11. Strom. §. Erunt signa in sole &c.

Hæc cum dixisset exiit in terram &c. Joan. 9. 6. solò verbò poterat eum curare; cur lutum, rem humanò judiciò adedò contrariam, oculis imponit? Nota mysterium: nonne vestis rudis, si lacera est, rudi etiam commissurâ refarcitur? si verò purpurea; pannò purpureò? sic fecit hic Dominus: terreum hominem terrâ curat. Tu ô peccator, qui confisus es, vis refarciri? volo. Quia erga terra, & lutum es; lutò, & terrâ, te refarci. reminiscere, te lutum esse; & hodie, vel crâs, in pulverem convertendum. Diez. f. 4: D. 4. Quadr.

Solvite eum, & finite abire. Joan. 11. 44. Meditatio mortis fidissimus dux ad vitam. Non ad sui sequelam invitat redivivum hominem Salvator, ut Matthæum &c. sed liberam abeundi dat facultatem: *finite abire.* Sciebat enim, hominem memoriâ mortis septum non perditum iri. Bæza t. 2. l. 8. c. 3. §. 44.

Non regnet peccatum in vestro mortali corpore. D. 6. 12. Satis erat dicere, in vestro corpore; addidit *mortali*: quia difficilè regnat peccatum, in quibus mortis memoria. Incert. Auth.

Ex Patribus, & aliis.

Facilè contemnet omnia, qui se semper cogitat esse moriturum. S. Hieron. ep. 103. singulare contra omnia mala remedium est, mortis memoria, S. Bernardus de modo vivendi.

Nihil tam revocat à peccato, quàm frequens mortis cogitatio. Idiota l. 5. contempl. c. 4.

Ita vive, ut si diem quotidie agas ultimum; & non peccabis. B. Iſaias Abb. or. 9.

Albertus M. docet lib. de vegetabilibus: corvum non redire ad nidum, si in eo ponatur cinis, aut pulvis vitri. Sic dæmon fugit à nido cordis nostri, si in eo posita sit memoria cineris, & pulveris, in quem convertendum est vitrum, id est, homo fragilior vitrò. Cornelius in Thren. 1. 9.

Sicut latrones timent, & fugiunt, faciem judicis, sic vitia memoriâ mortis. S. Bonavent. diata sal. sept. c. 36.

De peccatore dicitur Thr. 1. 9. *sordes ejus in pedibus*, id est, in affectionibus; quia non est recordatus finis sui. Id. ib.

Confessarius scelerato pœnitentiâ injunxit, ut comicaretur mortuos ad sepulturam: quod cum sæpius faceret, compunctus est, & conversus. Broymard. Mortis memoria.

§. XVI.

Mortis oblitio.

Nè forte moriamur. Gen. 3. 3. Dubitavit mulier de comminatione mortis; atque ideo, metu omni positò, ad peccandum profiliit. Sed licet illa insanierit; eò nos tamen incusabit nomine; quòd nondum experta fuerit mortem. At nos, qui nihil tam quotidianum, & tam ceruum, & contestatum oculis, usurpamus, quàm mori, quàm mortuos: & nihilominus sic vivimus, sic ædificamus, sic lucris inhiamus, sic peccamus; quasi nunquam morituri. Fernandus hic.

Paucitatem dierum meorum nuntia mihi. Pl. 101. 24. Juxta S. Gregor. in Pl. pœnit. sensus est iste: fac, meminerim brevitatis vitæ meæ. Nihil notum magis, quàm brevem esse vitam, cur ergo id doceri petit, ut rem difficilem? quia amore vitæ avertit homo eam memoriâ. Longa nostra desideria increpat vita brevis: in cassum multa portantur, cum juxta est, quòd pergitur. S. Gregor. hom. 32. in Evang. Pinna. Ethol. 118.

Quid clamabo? omnis caro fœnum. Il. 40. 6. Quid certius? quid magis clamat quotidiana experientia? & tamen obsurdescunt ad hanc vocem homines. ideo id iis inclamandum. Id. ibid.

§. XVII.

Mortis memoria frænum superbiæ.

Ex Veteri.

Leviici 1. 16. Jubebat Dominus plumas avis, quæ illi offerebatur, in cineris locum conjici ad partem orientalem. Elevant in altum divitiæ, honores, nobilitas, velut avis plumas suas. Vult Dominus, ut hæc omnia conjicias incineris locum, qui sepultura est: ubi mox videas ortum tuum; nihil aliud, quàm cinerem, & à cinere, esse. Stella in Luc. 7. 11.

Moses servus meus mortuus est; surge, & transi Jordanem istum. Jos. 1. 2. In quid mortis

mortis memoria, cum Josue ad culmen imperii evehitur? mortis recordatione deprimendus est tumor dignitati cognatus. Naxera hic.

Hoc tibi signum, quia unxit te Deus in principem: cum abieris hodie à me, inventies duos viros juxta sepulchrum Rachel. 1. Reg. 10. 1. 2. ad sepulchrum misit regimen auspicatorum: & post sepulchri aspectum adhuc labitur Saul: ergo reprobis morietur. Alvarez. Illustr. 77.

Et egressus est Goliath. &c. 1. Reg. 17. 4. Lapis unus tantam evertit molem. Sed lapis esse debet de torrente. v. 40. *elegit sibi quinque impidissimos lapides de torrente.* Obijce exprobranti tibi felicitati, & fallui, humanarum rerum defluxum: dicitur; torrens obarmavit me. Nonne vermiculus opacam prophetæ haderam, virentemque, morsu unò erofit? Jon. 4. 7. Sola memoria mortis florentem voluptatem arefacit. Præsertim autem arroditur hedera vermiculo diluculi: id est, si cogitemus rerum fragilitatem tantam; ut in exortu non procul sint ab occasu. Olival. 3. Strom. hic.

Spiritus meus attenuabitur. Job. 17. 1. Juxta Gregor. l. 13. mor. c. 15. Spiritus superbiam designat. id est, Spiritus superbos facile deponam. Quò mediò? *dies mei breviabuntur; & solum mihi superest sepulchrum.* id est, mente volvam, quam proximè mihi inflet dies mortis; & spiritus altus subfidet. Pinna Eth. 98.

Non est respectus morti eorum &c. ideo tenuit eos superbiâ, aperti sunt iniquitate &c. Pl. 72. 4. 6. S. Hieron. quòd non cogitaverint de morte sua, ideo tenuit eos superbiâ.

Auferes spiritum eorum, & deficient, & in pulverem suum revertentur. Pl. 103. 29. id est, si cogitent, quòd cinis sint; facile tumentes spiritus deponent. Pinna Eth. 98.

Sum quiaem & ego mortalis homo. Sap. 7. 1. Dicte, contra superbiam efficax esse remedium, memoriam mortis. Cornelius in Act. 14.

De excessu misit ignem in ossibus meis; & erudit me. Thren. 1. 13. Ignem utique lamentabilem; ignem non lucentem, sed conflagrantem; exsiccantem, devorantem. Ignis iste mortalis conditio est; quâ virilis juvenus paulatim desiccata in aridum contrahitur, atque arrugatur senium; tandemque, omni humore consumptò, solvitur, atque dissipatur, in favillam, & cinerem. Attamen hoc igne *erudit me;* ut discerem non superbiere; ut scirem incedere demissò capite, ut intelligerem, quòd Adam noluit intelligere; scilicet me non Deum, sed pulverem, esse. S. Rupertus hic.

Ex Novo, & Patribus.

Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra-ubi tinea demolitur. Matth. 6. 19. Tinea, purpureæ vestis mors, homines efficit à superbiâ cadere: flocci enim facit honores, qui cogitat se brevi moriturum. Escobar t. 3. Lign. vitæ l. 1. Sect. 2. Obs. 7.

Quam, cum impleta esset, educentes, & secus litus sedentes. Matth. 13. 47. Cur nullo *Polyanth. Sacr. Tom. II.*

la secus litus sedentibus in electione fallacia? quando homines sæpe cœcatis affectibus ita luduntur, ut pretiosis præferant vilia. Galfridus: litus, in quo pilces ab invicem separantur, est vitæ præsentis occasus: quia ibi omnis fluctus humanæ superbiæ frangitur; ibi detumescit, & deficit; quidquid aurâ transitorie prosperitatis inflatur. Naxera in Jos. 24. §. 3.

Occurrit de monumentis homo in spiritu immundo-clamans voce magnâ dixit: quid mihi, & tibi, Jesu? Marci 5. 2. 7. denique expetiit legio illa in gregem porcorum missi. v. 12. Qui Deificam sedem expetierat; jam humilis adorat; jam ad porcorum gregem immittit præcatur. Unde superbissimo hæc humilitas? domicilium habebant in monumentis. Escobar t. 3. Coll. Chr. l. 1. obs. 7.

Dicebant excessum. Luc. 9. 31. Quorsum in summa gloria, mortis, & excessus, memoria? Docet locus, reges, principes, divites, in media Mundi hujus gloria meminisse mortis. Excedent omnes è vita, è Mundo, è gloria; tollent secum nihil, *opera illorum sequuntur illos.* Apoc. 14. 13. deserunt cætera. Sicut aqua diluit vinum; sic mortis memoria diluit felicitatem; nè mentem à virtutis flatu deturbet. Barradius D. 2. Quadr. tom. 2. Luc. 10.

Qui terram, & cinerem, esse se novit, post paululum in pulverem dissolvendum; nunquam superbiâ elevabitur. S. Hieron. in ep. ad Ephes. c. 4.

Sufficit vel solus urnæ aspectus ad eum deprimendum, qui est valde insolens. S. Chrystost. in Pl. 123.

Mare. Lem. Franant arene. S. Petrus Dam. Opusc. 15. c. 23. superbiæ Spiritus inflat? sepulchrum ad mentem redeat: necessariò illic rigida cervicis tumorem premimus; ubi cinerem nos proculdubio, pulveremque pensamus. Picinelli.

§. XVIII.

Mortis memoria est motivum justitiæ, restitutionis.

Mors æqua est, & in morte æquitas observanda. Eam fortè ob causam Patriarchæ filiorum suorum benedictionem, non solum in senilem ætatem, sed etiam in horam mortis proximam differebant. Ità Is. Gen. 27. 1. Jacob. Gen. 49. 2. Moyse Deut. 33. 1. Tobias Sen. 14. 5. quia scilicet, de sua integritate in vita quodammodo diffidentes, se ad id tempus reservabant; in quo, morte urgente, ad æquitatem servandam etiam inviti traherentur. Mendoza in 1. Reg. 1.

Senuisti, & longævus es &c. Jos. 13. 1. *& nunc divide terram &c.* v. 7. q. d. mortis recordatione antehabita aggredere ad dividendum: ut, sicut mors æquissima est in omnes; ita tu ejus æquitatem in distributione imiteris. Id. ib.

Inventies duos viros juxta sepulchrum. 1. Reg. 10. 2. Prudenter monet de monumento muliebri, cum regnum pollicetur: ut princeps, mortis memor, curet magistrâ æquitate. Velloso in Judith 4. 16.

S

§. XIX.

§. XIX.

*Mortis memoria stimulus virtutis,
probe vitæ.**Ex Veteri.*

Immisit ergo Dominus Deus soporem in Adam. Gen. 2. 21. Cur Deus ex homine somnô consopito mulierem adificare voluit? cur non ex vigili? quia somnus mortis simulacrum. Hinc Epaminondas vigilem somnô opressum occidit, dicens: talem reliqui, qualem inveni. Ergo Adam dormiens mortis exprimit effigiem; & costa sepulchri spoliolum. Eva, id est, mater viventium, ex mortis simulachro fuit formata: quia nec unde melius, quam ex mortis imagine, vitæ mater resurgit. Tertull. l. de anima: proponit tibi corpus amica vi foporis elisum, blandâ quietis necessitate prostratum, immobile situ: quale ante vitam jacuit, & quale post vitam, jacebit; ut testationem plastica, & sepultura, expectans animam nondum colatam, & quasi jam exceptam. Utinam ipsa recordata fuisset suæ originis, sanè non mortem sibi, viro, & posteris, ministrasset. Castillo Ill. 107. Mortis meditatio vitæ auspiciolum.

Scissisque vestibus indutus est cilicio. Gen. 37. 34. Mors aliena nos docet vivere. Sepulchrum scholâ bene vivendi esto, ubi Jacob filii mortem animô volvit, cilicio sese induit. Proh quàm eloquens est alienæ mortis inspectio. Ante obitum uxoris Saræ frequenter Deus apparuit Abrahamo; & cum eo loquebatur; documenta præbens probæ vitæ. At post mortem ejus non legimus ei ultra apparuisse. Uxoris defunctæ conspectus vices supplevit: sepulchrum illud scholâ fuit; in qua discere posset, quid sibi salutare, & Deo placitum, esset. Alvarez Illustr. 77. Annotat Rupertus in Gen. 35. quod Abraham, à morte Saræ, omne studium converterit, ad emendum sibi, & illi sepulchrum. Notandum verò, quia Deus ulterius Abraham apparuisse non legitur. Cur post hæc non apparuit? quia studiosius, quam olim, de sepulchris agit. Bonam sui vicarium, mortis memoriam, Deus nactus; quæ illius locum in tutando homine substituit; ut sub illasecurus vivat Christianus. Diodorus Niss. f. 1. die Cin. §. 2.

Confer Hebræos ex Ægypto exeuntes, & Moysen. Illi sæpe Deum ostendunt, sæpe plestantur; hic autem ad Dei colloquium vocatur, fidelissimus stat. Quod discrimen? Hebræi cum vasis aureis egrediuntur. Ex. 12. 35. tulit Moyses ossa Joseph secum. Ex. 13. 19. & cum iis memoriam mortis. Baeza t. 2. l. 8. c. 3. §. 44.

Et viderunt Ægyptios mortuos super litus maris. Ex. 14. 31. Cur Deus fecit eos supernatâre in conspectu Hebræorum? Ut à tanto mortuorum conspectu gressus sic dirigant; nè aberrent. Hinc desperatam eorum conditionem sic exaggerat Origenes hom. 7. in Ex. O populus ingratus! desiderat Ægyptum, qui Ægyptios vidit extinctos. Carnes Ægypti requirit, qui Ægyptiorum carnes vidit maris

piscibus, & cœli alitibus, datas. Desperata conditio est eorum, qui nec visâ morte emendantur Id. ib.

Quocumque die sepelieritis matrem vestram circa me in uno sepulchro, ex eo dirigite gressus vestros, ut exeatis hinc. Tob. 14. 12. Ex eo, inquit, scilicet ex sepulchro, gressus dirigite, vitam instituite. Baeza t. 2. l. 8. c. 3. §. 44.

Testamentum hujus Mundi, morte morietur. Eccl. 14. 12. Ingens ad omnem virtutem est hic stimulus; quò olim se Ascetæ nonnulli sibi occurrentes consalutabant; ut jugem sibi mortis memoriam imprimerent: *mortendum est; nescimus quando.* Cornelius hic.

O Mors! bonum est judicium tuum. Eccl. 41. 3. Certè nemo consilium melius, certius, securius, & sapientius, suggereret. Segneri f. 26. die Jov. Dom. 4.

Ex Novo.

Venite, & videte locum, ubi positus erat Dominus. Matth. 28. 6. Ad sepulchrum videndum invitat: quia nihil utilius hominibus, quàm mortem mente, & oculis, versare. Pinna Ethol. 98.

Si venerit in secunda vigilia; & si in tertia vigilia venerit &c. Luc. 12. 38. Cur nec de prima, nec de quarta vigilia meminit? Drogo de Pass. quod nec prima ætas suam recipit vigilandi, nec ultima spem prolixius dormiendi. Pueris admonitione non est opus: quia adhuc incapaces doctrinæ, & culpæ sunt. Senes itèmonitis non videntur egere: quia senectus ipsa pro admonitione est, & velut quoddam: *memento homo.* Alvarez. Illustr. 290.

Sinite abire. Joan. 11. 44. Sanato paralytico concionatur Christus Joan. 5. 14. *ecce sanus factus es &c.* & postea largum sermonem habet ad populum. Similiter cæco nato. Joan. 9. 35. At resuscitato Lazaro, adolescente Luc. 7. puellâ Archifynagogi Marci 5. 43. nulum dat hortamen: quia ipsa experientia mortis, & ejus cognitio, in adalantibus sufficiens erat concio; & movebat animos ad morum reformationem. Sylveira in Luc. 7. q. 17.

Quidam adolescens disputante Paulô cecidit de tertio cænavulo deorsum, & sublatus est mortuus. Act. 20. 9. quò casu soluta est concio; licèt multa Paulo dicenda superessent; imò plura ex ipso casu emergerent inculcanda. Sed non immeritò: nam, ut bene S. Chrysol. hom. 43. in Acta: pro doctore casus fuit. q. d. repentina illa mors optimi doctoris partes explevit &c. Mendoza in 1. Reg. 4.

Collyriò inunge oculos tuos. Apoc. 3. 18. Collyrium est pulvis, ex quo cum oleo simul mixto fit unguentum, quò unguuntur oculi, & clarescit visus. Primum pulvis ejus verè cognitionis est. Memento homo, quia pulvis es. S. Bernardinus tom. 3. f. 3. Ex consilio Raphaelis junior Tobias c. 11. 13. *sumens de selle piscis limivis oculos patris sui.* Cur sel? non cor,

pars nobilior? fel notat, ob amaritudinem, mortem. 1. Reg. 15. 32. memoria mortis illuminat. Sylveira hic.

§. XX.

Morientium pia monita.

Congregamini, & audite. Gen. 49. 2. Nunquam proximius ad filios locutus fuit Jacob; quam morti proximus. Sic & Christus. Alvarez Illustr. 332.

Deuteronomium non est aliud, quam ardens, & contenta concio; quã Moyles moriturus Israelem ad studium legis, cultumque Dei, adhortatur. Similem eãdem de re concionem habuit successor Moylis Josue c. 24. 1. jam moriturus cap. ultimo. Job. 29. 7. Samuel 1. Reg. 12. 7. Cornelius in Ecclã 1. 1. David moriturus ad Salomonem 3. Reg. 2. 2. &c. *ego ingredior &c. Estote solliciti, ut custodiat cuncta, quæ scripta sunt in volumine legis Moyli-ego senui, & progressoris a-tatis sum.* Jos. 23. 2. 6. Abulen. q. 2. vocavit totum Israel, quoniam erat longævus: quia intendebat commovere totum populum ad Dei cultum: & hoc voluit facere ad mortem suam. Ea quippe, quæ quis agit in limine mortis, magis apud posteros in memoria tenentur; quam ea, quæ sunt, dum quis de morte spectus non est. Et hoc quia creditur quis facere ex majori affectione, quacunque agit morti conjunctus, quam quæ aliàs egit. Naxera hic.

Appropinquaverunt dies Mathathie moriendi, & dixit filius suis &c. 1. Mach. 2. 49. His verborum irriguis ager Israel rigatus, haltas undique, militesque, produxit; quos amor legis concitaret in sacrilegos. Oliva f. 3. D. 3. E lectulo itã tonabat Mathathias, quã ratione nemo nostrum è suggestu declamat. Frigebat corpus, & astuabat oratio; jacebat orator, sed sermo consurgebat. Acclinaverat in pulvillo caput; itã tamen, ut cervical docentis foret cathedra, non thronus expirantis. Caret Resp. Christiana Machabais: quia vix ullam habet in suis civibus Mathathiam; qui de lege agat, cum agit animam. Id. ib.

B. Bernardi de quinta valle, qui fuit primus S. Francisci socius, ultima morientis vox: Fratres, invenio in anima mea, quod pro mille Mundis isti æqualibus vellem non servisse D. Jesu Christo. Et mox in terram provolutus: de omnibus, inquit, offensis, quas feci Salvatori meo, & vobis, me accuso, & dico gravissimam culpam meam: quoniam non fui verus frater Minor, nisi in tentationibus, in quibus semper tenuit me Dominus. Et in uno alio solo extitisse fratrem minorem me invenio; videlicet, quod plus dilexi fratrem post offensam, quam antè. Rogo autem, ut pro me devotè orētis. Sed magis hoc oro, ut vos invicem diligatis; quemadmodum exemplum dedi vobis. Cornelius in Eccl. 28.

B. Amedeus Sabaudia Dux Volandæ uxori filiorum tutrici, ac proceribus regni, quasi ultimo testamento, illa verba inculcavit: diligite judicium & justiciam; & diligite pauperes: & Dominus dabit pacem in finibus vestris. Boll. 30. Martii.

Polyant. Sacr. Tom. II.

§. XXI.

Morientium ultime voces, & suspiria.

Domine! illa ego ovis amissa ad te Pastorem redco: vocem tuam novi, non alienorum. Peto Domine, ut ad ovile me reducas. S. Laurent. Just. Bolland. 8. Jan.

S. Raymundus de Pennaforti mortuus est in iis verbis, in manus tuas Domine commendo spiritum meum. Boll. 7. Jan.

B. Andreas Ord. Erem. S. Augustini concionator per 50. annos, mortuus est in iis verbis: in pace in idipsum dormiam, & requiescam. Boll. 18. April.

S. Andreas de Corsino expiravit in iis verbis: nunc dimittis &c. Boll. 30. Jan.

S. Petri Nolasei insupremo morbo fuerunt ultima ejus verba: redemptionem misit populo suo, mandavit in æternum testamentum. Boll. 29. Jan.

S. Vodali Conf. ultima verba fuere: credo videre bona Domini in terra viventium. Boll. 7. Febr.

S. Francisci de Paula ultima verba: ó bone Jesu! Pastor bone! justos conserva, peccatores justifica, & omnibus Fidelibus miserere vivis, & defunctis: & propitius esto mihi peccatori. Amen. Boll. 2. April.

S. Juliana V. in ultimo morbo sæpe reperebat, beati mortui, qui in Domino moriuntur. Boll. 5. Apr.

S. Thomas Aqu. janctis manibus, & elevatis in cœlum oculis, pronuntians magno cum fervore verba Cantici, quæ erant ultima, quæ explicarat: Veni dilecte mi, egrediamur in agrum. S. Franciscus Sales. tr. de div. am. l. 7. c. 9.

Joannes Gerson Cancell. Paris. lætus corde, facie hilari, expiravit, hæc verba pronuntians: ó Deus! fortis est ut mors dilectio tua. Id.

Quidam frater, dum extremum spiritum traheret, fratresque multi morienti aditarent; repente manum clausam protulit, cum magno jubilo dicens: bene mihi! bene mihi! denarium accepi. S. Honorius f. in Septuag.

Vox ultima S. Mariæ Agniacensis morientis: quam pulcher es rex noster Domine! Alleluja! Cornelius in Prov. 14.

§. XXII.

Mors prænuntiata variis signis.

Campanula in Monasterio Camorensi PP. Dominicanorum triduo ante obitum alicujus Religiosi sponte sua solita pulsari. Similis campanula in Monasterio S. Dominici Cordubensi: & Monialium in Germania. Joan. Nieremberg. l. 1. de mir. nat. in Europa c. 12.

In quodam monasterio Gallicæ S. Mauritii tot sunt in quodam stagno pisces, quot Monachi: quorum aliquo ægrotante supernata aliquis piscis infirmus, morituro præmoritur piscis. Id. l. 2. c. 53.

Quando quispiam ex cœtu S. Victoriani Abb. in Hispania moriturus est, arca, in qua sacrum ejus corpus (nunquam aperitur) triplici citu quatitur Boll. 12. Jan.

S 2

§. XXIII.

§. XXIII.

Mors non timenda ob sequentes rationes.

Prima.

*Mors Christi reddit suavem mortem.
Ex Veteri, & Novo.**Afferte mihi vas novum, & mittite in illud Sal. 4. Reg. 2. 20. 21. Elifaus sale aquas Jericho sanavit, & potabiles fecit: sic Christus ipsam mortem dulcem fecit. Diez. Conc. 1. in Com. Doct.**Tristis est anima mea usque ad mortem. Matth. 26. 38. S. Ambros. l. 10. in Luc. homo in plaga, & sciens ferre infirmitates, nos vult erudire: ut quia in Joseph didicimus carcerem non timere; mortem vincere disceremus in Christo, & quod est amplius, futuræ mortis molestiam vinceremus.**Sinite hos abire. Joan. 18. 8. Apostoli destinati erant carceri, vinculis, morti; cur iis nunc tradi vetat Christus? Nondum erat passus, nec Passionis exemplum positum ante oculos; & tunc ruina eis timeri potuit in tormentis. At post hanc securè omnibus cruciatibus traduntur. Quis enim, visâ morte Christi, mortem timeat? Philippus Abb. ep. 14. pro salvandis illis prior ipse elegit mori; ut postmodum facti fortes idem referant Salvatori. Sylveira in Apoc. 2.**Regeneravit nos per resurrectionem Jesu Christi ex mortuis. 1. Petri. 1. 3. Mortuus est, nè nos mori timeremus: resurrexit ex mortuis, ut & nos per eum resurrecturos esse speremus. V. Beda hic.**Iris erat in circuitu sedis, similis visioni smaragdine. Apoc. 4. 3. Per eam multi Patres Passionem Christi D. agnoscent, quod eò plus aridet; cum constet res horribiles à smaragdo reddi pulchras, aspectuque delectabiles. Unde, ut facillimè gladiatorum strages, vulnera tabe, pulvereque, deturpata aspici possent ab Imperatoribus Romanis; hæc illi horrenda festa spectabant smaragdini speculis interpositis. O utinam Christiani ob oculos sibi ponerent smaragdinum speculum, Passionem Christi! equidem amarent mortem, & gratissimè aspicerent quamvis mortificationem, & abjectionem. Baezal. 4. c. 5. §. 35.**Ex Patribus, & aliis.**Contemnenda tibi mors est, cui Christus occisus est. S. Cyprianus l. de laude martyrii.**O divinum mysterium! ò evidens sacramentum! evalimus interemptorem, potentem vicinus: ibi nunc cibus vitæ est, ubi erant antea miseriæ, fames, mortes. In salutem pericula, in suavitatem amaritudo, convertitur. Gratia ex offensione processit, potentia ex infirmitate, vita de morte. S. Ambros. in Præf. ad l. 2. de Spir. S. agens de melle in ore leonis à Samphone invento.**Sed jam levi circumcisionis dolore non est opus Christiano; qui mortem Domini circumferens per momenta singula fronti propriæ mortis contemptum inscribit. Quis enim acuat utatur ad præliandum, cum telis instructus sit validioribus? Id. ep. 77.**Molestia quantacunque sit mortis; debet eam vincere vis amoris, quò amatur ille; qui, cum sit vita nostra, etiam mortem voluit ferre pro nobis. S. August. tr. 123. in Joan.**Ubi suum Salvator excitavit corpus, non jam pavenda mors est: nam & parvuli adhuc per ætatem festinant mori; seque adversus eam parant exercitatione jugi, non modò viri, sed & femina. Adeò enim infirma facta est; ut & muliebris ab ea seductus sexus eam modò perinde acsi mortuum, remissamque deludat. Nam sicut cum tyrannus à vero rege debellatus, manus ac pedes, nexibus dederit; omnes eum transeunt, illudunt, cadentes illum, ac pertrahentes; nec jam ipsius vesaniam timent ac feritatem, victoris regis viribus freti: ita & morte superatâ, atque à Salvatore in cruce suffixâ; & pedes, manusque, revinctâ; omnes Christi Fideles ipsam transeundo contemnunt. S. Athanasius lib. de Incarn. Verbi.**Ubi est mors victoria tua? ubi est mors stimulus tuus? jam non stimulus, sed jubilus. Jam cantando moritur homo, & moriendo cantat. S. Bernardus l. 26. in Cant.*

Secunda.

*Mors à morte Christi somnus est.**Dormite jam, & requiescite, Matth. 26. 45. S. Hilarius super Matth. ait: divinum Magistrum discipulos his verbis docuisse, quam meritò jam possent securè, & tranquille, requiescere: siquidem hora accesserat, in qua ipse morte suâ omnes metus, pavores & timores nostros, suscepturus erat. Tam piò ergo remedio, quale est, Dei Filium pro hominibus mortuum, quid pertimescere potero? Diez. Amor Dei erga hom.**Tolle lectum tuum, & vade in domum tuam. Luc. 5. 24. Jam non lectus doloris, sed quietis: miseratione etenim Domini cepit esse, quod mors erat; qui nobis soporem mortis vertit in mensam voluptatis. S. Ambros. hic.**Lazarus amicus noster dormit. Joan. 11. 11. Postquam Christus venit, & pro Mundi vita mortem subit, non amplius vocatur mors mors; sed somnus, & dormitio. Quâ de causa & locus cœmeterii, (quasi dicas dormitorii) nomen invenit. S. Chrysost. tom. 6. or. in cruce Domini.**Nolumus vos ignorare de dormientibus. Si enim credimus, quòd Jesus mortuus est &c. 1. Thes. 4. 12. 13. Quid est hoc S. Apostole? Christum, qui est vera vita, mortuum appellas; hominem verò, qui nihil aliud est, nisi mortis imago, dormientem vocas? Christum mortuum vocat; hominem autem dicit dormire: nos enim idèò dormimus, quia Jesus Christus mortuus est; & effecit, ut mors nostra somnus esset. Diez f. 6. D. 4. Quadr.**Supervenienti Dominus hæc omnia sustulit, ad nomina usque tantum, si volumus. Neque enim mors mors ultra est; sed nomen tantum habet mortis: imò & ipsum nomen sublatum est: nam neque mortem ultra dicimus; sed soporem, & somnum. S. Chrysost. hom. 29. in Gen. de miseriis per Adamum inductis.**Dormire morti simile est; evigilare resurrectioni simile est. S. August. l. 120. de diversis.*

Tertia.

Tertia.

*Mors est solum iter, peregrinatio &c.**Ex Veteri.*

TI autem ibis ad Patres tuos. Gen. 15. 15. Non dicit morieris, sed abibis: quasi peregrinaturus, & migraturus à patria in patriam. S. Chrysost. hom. 37. in Gen. hic.

En ego hodie ingredior viam universa terra. Jos. 23. 14. S. August. legit ex Sept. *ego autem recurro viam.* Recurrere, est, idem spatium semel, & iterum, conficere, & jam dimensum repetere. Si ergo Josue antea mortuus non fuerat, quomodo potuit recurrere, quod constabat ignorare? Quia expertus fuerat utili consideratione, quod non didicerat experientia. Naxera hic.

Ego vadam magis ad eum; ille verò non revertetur ad me. 2. Reg. 12. 23. S. Paulinus ep. ad Pamachium: docuit rex propheta, quam post nostros sollicitudinem debemus induere: videlicet, ut de nostro itinere laboremus. Sic se gessit Abraham in uxoris funere. Gen. 23. 9. in quo eadem curam parat uxori sepulchrum, & sibi: *ut det mihi speluncam duplicem.* Baeza t. 2. l. 10. c. 2. Hæc est via regia, via communis; per quam necesse est omnes ire; & reges, & servos; & bonos, & malos. Hugo Card. hic.

En dilectus meus loquitur mihi: surge, propera &c. Cant. 2. 10. In hora mortis dilecta anima sponsi præsentens adventum ita loquitur. *Surge à corpore mortali, quò vincita teneris: Surge à miseris, quibus fatigaris in hac lacrymarum valle: propera exire à carcere hujus mortalis corporis: & veni mecum, ut in æternum regnes &c.* de Ponte hic Exh. 17. §. 3.

Veni de Libano &c. Cant. 4. 8. Veni per optimam vitam, quam in corpore vivens exerceas. Veni absoluta corpore, ad percipiendam animæ vitam perennem. Veni tertio, recepto corpore, ad videnda resurrectionis gaudia perfecta. V. Bedal. 4. in Cant.

Surgite, & ite; quia non habetis hic requiem. Michæ 2. 10. Jubemur, in nullis Mundi rebus putare nobis requiem; sed ad sublime tendere. S. Hieron.

Ex Novo, Patribus, & aliis.

Filius hominis vadit. Matth. 26. 24. significat peregrinationem magis, quam mortem, occisionem suam. Theophylactus hic.

Nunc dimittis &c. Luc. 2. 29. Cur dicitur dimitti, non mori? Cùm Jesum contemplatur, & manibus tenet, mors siletur; & mutato verbo, vocatur dimissio, seu migratio: quia ad Jesu præsentiam nulla mors, nec illius sentitur angustia. S. Ambros. hic. qui vult dimitti, accipiat in manibus verbum Dei, contempletur velut quibusdam fidei brachiis. Tunc dimittetur; ut non videat mortem, quia viderit vitam. Sylveira hic.

Ante diem festum Pascha. Joan. 13. 1. Dies festus debet nobis esse, cùm transimus in morte. Hugo Card. hic.

Una est mors, quando copula corporis, & animæ, separatur; non formidabilis, non timenda: cùm discessio quædam nostri videatur esse, non pœna. Non metuenda fortibus, desideranda sapientibus, miseris exoptanda. S. Ambros. l. 7. in Luc.

Sanctorum virorum exitus in hac vita nequam plorandus est; sed magis genesis, & ad hanc vitam ingressus. Pretiosa mors, non pretiosa genesis hominum. S. Basilius in Ps. 115.

Quotidie diem exitus tui expecta, & ad ingrediendum illud iter te para: quæ enim hora minimè putas, veniet mandatum horribile, & vè tunc imparatis! S. Ephrem. Consilio de vita spir. &c. c. 51.

Mortem nominamus Gallicè Trespas, id est, transitum; & mortuos trespasler; quasi diceret: qui transierunt. S. Franc. Salef. tr. de div. am. l. 8. c. 13.

Quid tandem est mors? peregrinatio ad tempus; somnus consuetò longior. S. Chrysost. hom. 5. ad pop. Antioch.

Mors bonorum non est timenda, sed potius diligenda, propter multa: nam talis mors non est, nisi acceleratio glorificationis, distractio carceris, finis peregrinationis, portus navigationis, depositio vetustæ vestis, induitio novæ vestis, depositio, solutio debiti naturalis. Hugo Card. in Prov. c. 3.

Quarta.

*Mors est iter ad Patriam, Patrem, Christum &c.**Ex Veteri, & Novo.*

Dimitte me, ut revertar in patriam.

Gen. 30. 25. Cur Jacob, tot ex Lia liberis susceptis, non curat de reditu in patriam, quasi oblitus illius: & cùm primùm Rachel peperit Joseph, statim dimissiones petit? Stephanus Cantuar. quamdiu Lia fecunda fuit, Jacob non suspirat ad patriam; sed quamprimum de Rachele generat filium, tam citò suspirat ad reditum. Ita & vir justus, dum activæ vitæ laboribus exercetur, ad cœlestem patriam non anhelat? sed quam citò contulit se ad contemplationis requiem, & fruatur contemplatione divinâ; tunc totis mentis affectibus ad superna supirat. Castillo hic Illat. 50.

Per aliam viam reversi sunt. Matth. 2. 12. Revertamur & nos per aliam viam in regionem nostram: quia per illam, quæ exivimus, redire non possumus. Eusebius Emis. in Epiph. D. Gloria cœlestis, est terra propria, & regio, ad quam debemus ire finaliter: quæ nostra est triplici ratione, & jure; scilicet creationis, redemptionis, & legationis. S. Vincent. Ferr. f. 3. in Epiph. D.

Pater noster, qui es in cœlis. Matth. 6. 9. Si audieris *Pater noster*, arripe generosum, nobi-

nobilemque, contemptum omnis foedæ rusticitatis tuæ, qui tam regiõ Patrie gloriaris. Disfoliceat tibi, atque gemas exilium; cui cœlestis hæreditas filiationis titulõ, cujus Pater in cœlis est, reservatur. Joan. Gerson. de Myst. Theol. Confid. 5.

Transfretavit & venit in civitatem suam. Matth. 9. 1. Salsas maris undas Christus transmittit, ut in patriam suam perveniret. Docet, per amaritudines, scopulos ad veritatem, fluctus ærumnarum, contendendum nobis esse ad cœlestem patriam. Dicacus Nifs. D. 18. Pent. 5. 2.

Et misit illum in domum suam, dicens: vade in domum tuam. Marci 8. 26. Postquam sanavit, mittit in domum: nam domus uniuscujusque nostrum cœlum est; & mansiones, quæ sunt in eo. Theophylactus in Cat. S. Thomæ.

Transseamus usq; in Bethlehem. Luc. 2. 15. Moraliter, & anagogicè simul, per Bethlehem designatur cœlestis patria; quæ est domus panis, domus refectionis: quia ibi panis vitæ plenè comeditur usque ad satietatem. Luc. 14. 15. *beatus, qui manducabit panem in regno Dei.* Hugo Card. hic.

Pater in manus tuas commendo spiritum meum. Luc. 23. 46. Moribundus meminere Deum non tam Judicem, quàm Patrem suum, quò securè migret. Ecce Magister noster in ultimis constitutus, quem doceat à nobis invocandum; ut facilè, & securè, viam universæ carnis intremus. *Pater! in manus tuas.* Prodigio illo ad patrem revertenti, & intimis præcordiis dicenti: *ibo ad patrem meum,* occurrit festinus pater, ruit in amplexus, & oscula. S. Chrysol. l. 2. pater, visò filiò, cooperit mox reatum, dissimulat judicem; qui magis vult implere genitorem. Bæza l. 4. c. 5. §. 32.

Nunquid potest homo in ventrem matris sue iteratò introire? Joan. 3. 4. Mater nostra, Dei, & beatorum omnium Angelorum ejus, una concors, & dilecta, civitas est. S. Rupertus l. 3. in Joan. hic.

Ante diem festum Pasche, sciens Jesus quia venit hora ejus, ut transeat ex hoc Mundo ad Patrem. Joan. 13. 1. Mors justorum æterni Paschatis initium. Drexelius Opusc. Joseph Æg. Pror. c. 19. §. 3.

Ex Patribus.

Ejus est mortem timere, qui ad Christum non lit ire. S. Cyprianus l. de mortalitate.

Tot persecutiones animus quotidie patitur; & delectat hic inter diaboli gladios diu stare? cùm magis concupiscendum sit, & optandum; ad Christum, subveniente velocius morte, properare. Id. ib.

In præsentì vita quasi in via sumus, quâ ad patriam pergimus. S. Gregor. hom. 11. in Evang.

Eja fratres mei! ardentè desideremus propriam patriam: peregrinationem istam, quæ nos ab ea adhuc detinet, toleremus, non amemus; festinamus tamen. Ascendamus navem

fidei simul, & crucem; nec desit anchora spes nostræ salutis. Extendamus funes, diversas virtutes; vela charitatis colligamus; invoquemus ventum prosperum verbum Dei; exhauriamus sentinam à peccatis; per eleemosynam mundetur conscientia. S. August. l. 2. de discipul. Chr. c. 2.

Hoc distare in hac vita inter Electos, & reprobos, solet; quòd Electi, peregrini nunc, & exules, patriam expectant in futuro: tantoque minùs gaudiis in præsentì delectentur caducis, quòtò futura sinè fine, gaudia se sperant accipere. At verò reprobi hic habent patriam, cujus solùm vitæ desiderii nõrunt inhiare: ideoque post hanc vitam in exilium relegantur perpetuum; ubi, cunctis carentes voluptatibus, sola in tormentis patientur adversa. V. Beda in 1. Petri 2. 11.

Viam pro patria miramur; & somnia pro veritate complectimur: regnum disponimus in exilio, & portum collocamus in pelago. Eucherius l. 6. Exhort. S. Faustini Ep.

Exempla.

S. Adelardi Abb. Corbel. fuere ultima morientis voces: nunc dimittis servum tuum &c. nunc quid superest? nisi ut ad te veniam. Hinc ibo, & ad Deum meum veniam; lætus veniam, lætus moriar. Boll. 2. Jan.

B. Virgo Gertrudis ab Oosten in Belgio, in infirmitate, munita jam Sacramentis dicebat sororibus: Sorores; ego domum volo. Dicentibus, eam domi esse, dixit illa: nequaquam domi sum; sed esse volo, ubi sternuntur plateæ aurò mundo. Boll. 6. Jan.

S. Laurentius Justinianus prope mortem ajebar: hæcenas, filii, per jocum res acta est; seritò nunc agitur: prope est sponfus; eundem ei obviam. Et sublati in cœlum oculis: venio ad te bone Jesu. Boll. 8. Jan.

§. XXIV.

Alia motiva non timendi mortem.

Ex Veteri.

Tesset invoco-quòd proposuerim vobis vitam, & mortem. Deut. 30. 19.

Non comedit leo de cadavere &c. 3. Reg. 13. 28. Leo ille, quem prophetam paulò antè occiderat, nec devorare, nec discerpere ausus; sed custodis instar, ab aliarum ferarum incurfu defendit; donec honorificè sepeliretur. Jam quaro: Propheta hic impiusne fuit, an sanctus? si sanctus; cur à leone vivus occiditur? si peccator; cur mortuus à leone defenditur? solvit dubium S. Gregorius l. 4. Dial. c. 24. culpabilis in vita fuit; puniã inobedienciã erat jam justus ex morte. Leo ergo, qui priùs peccatoris vitam necaverat, custodivit postmodum cadaver justii. Nec id mirum videatur: si enim excelsæ virtutis est, in quavis adversitate se divinæ voluntati conformare; quòtò magis in morte, à qua sensus plus quàm ab alio abhorrent malo. Segneri l. 26. f. 5. D. 4. Quadr.

Cooperuit nos umbra mortis. Pl. 43. 20. id est,

est, mors temporalis, & corporalis; quæ non est, nisi umbra in respectu mortis spiritualis; & mortis æternæ: quæ vera mors dicitur; quia permanens est in æternum. Hugo Card. hic.

Et dies mortis (supple) melior est *die natiuitatis*. Ecclæ 7. 2. Etenim moritur ad quiescendum. *Amodò jam dicit spiritus, ut requiescant à laboribus suis*. Apoc. 14. 13. sed hic nascitur ad laborem. S. Bonaventura hic.

Ex Novo.

Et resplenduit facies ejus sicut sol. Matth. 17. 2. Ad mortales tenebras subeundas hanc sibi faciem prætulit Dominus. Sed cur instar solis se ad mortem parat? S. Zeno Veron. hom. de resurr. sol quotidie nascitur; eodemque die, quò nascitur, emoritur; nec tamen instantis finis forte terretur, ut suos retardet cursus. Sed fidelis semper intrepidus ad sepulchrum noctis contendit; sciens in ipso se habere, quòd vivat. Bæza l. 3. c. 4. §. 12.

Nunc dimittis Domine servum tuum in pace. Luc. 2. 29. Pax habetur per mortem; quia vita hominis militia est. Olive l. 1; Strom. hic.

Misericordiâ motus super eam. Luc. 7. 13. Tam miserum est nasci, tanta felicitas mori! ut nato de vita compati, denato autem de morte gratulari, possis. Matrem mœstam superstitem, non defunctum, Christus miseratus fertur ab Evangelista. Dicebat Seneca: Stratagemata est naturæ, homines sine ratione nasci. Nam si ratione inter vitæ primordia pollerent, quâ possent calamitates venturas prævidere; quis lacrymabilem vitam diligeret? Didacus Nils. f. 5. D. 4. Quadr.

Gravati erant somno. Luc. 9. 32. Somnus est vita præsens, quò gravantur oculi interiores. Ab hoc somno evigilat homo, cum moritur: & tunc potest videre majestatem Dei; ante non. Hugo Card. hic.

Et vos similes hominibus expectantibus &c. Luc. 12. 36. Observa: dies mortis dicitur dies nuptialis: hinc nulla timoris, sed spei, fit mentio. Non dicitur: vos similes hominibus timentibus Dominum suum; sed *expectantibus*. Licet enim tota vita hominis ordinata sit ad timorem; in morte tamen potius sperandus, quàm timendus est Deus; multumq; de ejus bonitate confidendum. S. Ambros. l. de bono mortis c. 8. mortis metus non ad mortem referendus est, sed ad vitam. Prov. 14. 32. *in malitia sua expelletur impius; sperat autem justus in morte sua*. Sylveira hic.

Et lacrymatus est Jesus. Joan. 11. 35. Vestræ non debent à Salvatoris lacrymis discrepare; si estis Salvatoris amici: qui non pro morte Lazari, sed pro ipsius revocatione ad miserias temporales, planxisse dicitur, & luxisse. Blesens. ep. 174. S. Chrysol. f. 65. certè ipse, qui dixerat. *Lazarus mortuus est, & gaudeo*: de quo gaudet mortuo, ipsum dum resuscitat, tunc lamentatur. Qui, cum amittit, non flet; cum recipit, tunc deplorat. Tunc fundit lacrymas mortales, vitæ spiritum cum refundit. Justorum enim mors non prosequenda lacry-

mis, sed gaudiò celebranda. Ideò gaudet, cum moritur; ideò flet, cum resurgit. Escob. t. 1. Mir. Chr. l. 10. obs. 7. sect. 2.

Vapor è face ardente sequens in altum flammam. Lem. *Quò vivens spiravit, eodem spirat adhuc moriens, speratque invisere cælum*. Colofs. 1. 5. *propter spem, quæ reposita est vobis in cælis*. Helius.

Ex Patribus, & aliis.

Quantis laboribus agitur, ut longiori tempore laboretur! & mors, cum impendere cœperit, ideò cavetur, ut diutius timeatur. S. August. ep. 45.

Mors invitis imperat, volentibus servit. S. Chrysol. f. 5. de proditore.

Mors quies viro est. S. Chrysol. hom. de nom. Abram.

Haud scio, an hæc vita nostra mors potius dicenda sit; an mors contra vitæ nomine appellanda. S. Greg. Naz. Carm. de hum. nat.

Mors est portus, ad quem continuò navigamus. Idiota l. 5. c. 8. de contempl.

Leo, quem, injectò in os frænò, sola moderatur manus. Lem: *Dies, & ingenium*. Mors quasi horribilis leo, inquit Idiota l. 5. c. 5. Sed quid facias, ut mitescat? Effice tibi mortem cogitatione familiarem; ut, si tua fors tulerit, possis ei obviam exire: est namque magna sapientia frequenter cogitare de morte. Did. Nils. f. in Cin. §. 6.

§. XXV.

Mors probis est somnus.

Ex Veteri.

Dormivit igitur David. 3. Reg. 2. 10. Scriptura mortem vocat somnum ob fidem, & spem, resurrectionis. Cornelius hic.

Nunc dormiens silerem. Job. 3. 13. Silentium mortem vocat, ut hoc tropò mortem commendet: nam in Scriptura idem est silere, quod cessare: quia in morte strepitus omnes, & tumultus hujus vitæ, cessant. Unde & Hebræi vocant sepulchrum *duma* id est, *silentium*. Diez. Mors.

Dulcis est somnus operanti, sive parum sive multum comedit. Ecclæ 5. 11. Qui Deo famulantur, æquò animò feruntur, atque lætantur; de temporarii hujus sæculi vita in æternam transferri; quam vitæ præsentis translationem pulchrè vocavit somnum. Olympiodorus hic. *Amodò jam dicit spiritus, ut requiescant à laboribus suis*. Apoc. 14. 13.

Ex Novo, & aliis.

Dormit. Matth. 9. 24. Fortè puella ista non fuit mortua morte culpæ, quamvis fuerit mortua morte naturæ: ut ideò quoque dictum sit, *non est mortua, sed dormit*. Dionys. Carth. hic.

Lazarus amicus noster dormit. Joan. 11. 11. id est, quia amicus, ideò dormit. Hugo Card. in Gen. 7.

Mors

Mors Sanctorum somnus potius est, quam mors. S. Joan. Damascenus orth. fid. l. 4. c. 16.

Sanctorum mors somnus est; peccatorum verò mors est: quia in Inferno pœnæ vivunt, vitæ pereunt. S. Chrysol. f. 96.

Venit quidem mors, sed somnus erit dilectis Domini. S. Bernardus f. 28.

§. XXVI.

Mors probis læta, plena solatiis, optata.

Ex Veteri.

ET sicut dies mercenarii dies ejus. Job. 7. 1. Mercenarius enim dies suos citò desiderat transire; ut ad præmium perveniat. Sic justus. Hugo Card. hic.

Expecto, donec veniat immutatio mea. Job. 14. 14. Symmachus: *donec veniat nativitas mea.*

Putredini dixi: pater meus es; mater mea, & soror mea vermicibus. Job. 17. 14. Origenes hic: ut pueri consolatores habent parentes; sic ego mortem, & putredinem.

Ridebit in die novissimo. Prov. 31. 25. Sept. gaudebit in diebus novissimis. Syrus: *exultabit in die extremo.* Per diem novissimum accipe mortem q. d. virago hæc probè, & strenuè operata est omnè bonum per totam vitam: quare in morte bene sibi conscia, & sperans præmia cœlestia, non tristabitur, sed ridebit, & exultabit. Cornelius hic.

Ex Novo, Patribus, & aliis.

Voca operarios. Matth. 20. 8. Non vocantur hic nobiles; non aurò, & purpurâ fulgentes; non sublimes Philosophi; sed soli operarii: de solis operibus hic sermo. Quamvis hodie, durante Mundi hujus die, non nisi de sola scientiâ, dignitatibus, & nobilitate, habeatur mentio; in mortis tamen hora non nisi de operibus agitur. Tunc magis proderit, injurias propter Deum remisisse, & cum inimico in gratiam rediisse; quam eximias illas Julii Casaris victorias obtinuisse. Tunc majori dignus laude censetur unicus humilitatis actus; quam omnis illa à Scriptoribus celebrata Alexandri M. majestas. Unica tunc in egenos erogata elemosyna majoris ponderis futura est; quam amplissima Croesi opes. Bessius D. Septuag.

Dicite filia Sion &c. Matth. 21. 5. Verbum propositum est verbum Dei ad sanctos Angelos ut loquatur amicabilem animam sanctæ, bonæ, & justæ, ab hac vita recedenti, tanquam concivi eorum, & cohæredi dicentis, dicite: *ecce rex tuus*, quem tam ardentè desiderasti; amasti; & cui tam fideliter servisti. S. Vincent. Ferr.

Nongustabunt mortem. Marci 8. 39. Decentissimo verbò sanctos mortem gustare testatur; à quibus nimirum mors corporis quasi libando gustatur; vita verò animæ veraciter possidendo tenetur. V. Beda hic.

Secundum verbum tuum in pace. Luc. 2. 29. Proprium justorum est, mori in pace. Abraham dicitur Gen. 15. 15. *Tu ibis autem ad patres tuos in pace*, Stella hic.

Misit servum suum horâ cœnæ. Luc. 14. 17. id est, in fine vitæ, ait Anselmus. An mors potest hora cœnæ vocari? quid mortis horribus cum epuli voluptatibus? sanè justorum mors convivium est, cœlestibus epulis præparatum. Escobar t. 6. par. Chr. l. 5. Sect. 1. obf. 2.

Non habemus, quod in morte metuamus; si nihil, quod timendum sit, vita nostra committit. S. Ambros. l. de bono mortis c. 8. O vita secunda, ubi pura conscientia! ô, inquam, vita secunda, ubi absque formidine mors expectatur; imò & expectatur; cum dulcedine, & excipitur cum devotione. S. Bernardus serm. exhortatorio ad milites templi c. 1.

Non sic vixi, ut pudeat me inter vos vivere. Sed nec mori timeo; quia bonum Dominum habemus. S. Ambros. dixit moriens. Cornelius in Gen. 50.

Mors Christianis ludus est. Prudentius hymno de S. Vincentio.

In morte triumphat, cui non dominatur iniquitas in vita. Guarricus Abb. f. 3. de adv. D.

Cygnus cum ad mortem appropinquat, dulcissime canit: nam ut Aristoteles in Problem: in morte accedit sanguis ad cor; sanguis autem cygni est valde generosus, qui illum canere facit. Sic virtutes faciunt justos hilariter mori. Diez conc. 3, in Purif. B. V.

§. XXVII.

Mors probis beata, honorifica, non defletur.

Ex Veteri.

MORITUR Josue, & nullò planctu sepelitur. Jos. 24. Moyses obit. Deut. 34. 7. 8. & cum planctu sepelitur. Cur? Moyses mors peccatorum mortem figurabat; Josue justorum. S. Hieron. ep. ad Paulam de obitu Bleisilæ: in Moysè, id est, in Lege veteri, sub peccato Adam omnes tenebamur; & ad inferos descendentes consequenter lacrymâ prosequerentur, secundum Apostolum, qui ait Rom. 5. 14. *regnavit mors ab Adam usque ad Moysen.* In Jesu verò (seu Josue) id est, in Evangelio, per quem justo paradus est apertus, mortem gaudia prosequuntur. Escobar t. 1. mir. Chr. l. 10. obf. 7.

Ad vesperum demorabitur fetus & ad matutinum lætitia. Pl. 29. 6. Ubi ex PP. sententia vespertinò tempore lex peccatoribus tradita designatur; matutinò autem gratia justorum. Ad vesperum fletus, cum peccatores obeunt; ad matutinum lætitia, cum justi decedunt. Id. ib.

Date ei de fructu manuum suarum. Prov. 31. 31. Anima sancta audiet in hora mortis à S. Angelis: *date ei &c.* scilicet, date ei mercedem, & gloriam, pro meritò heroicorum actuum, quos manibus operata est. ita Salonijs. Cornelius hic.

Tempus putationis advenit. Cant. 2. 12. Mors justis est sicut putatio arboris: sicut enim

arbor fructuosa putatur, ut novos fructus ferat; sic iustus Christo unitus tanquam palmes putatur in morte, ut novos, & dulcissimos, fructus ferat divinæ visionis, gaudii, & amoris. de Ponte hic.

Ut ascendam ad populum accinctum nostrum. Habac. 3. 16. Hebr. *unitum, collectum, colligatum, & congregatum.* Fideles, & Sancti, cum diem suum obirent, dicebantur congregari, & colligi, ad populum suum, Patribusque suis apponi: ut de Moyse Num. 31. 2. de Josia 2. Paral. 34. 28. Dicebantur autem colligi, seu colligari, in fasciculo viventium. 1. Reg. 25. 29. ut instar odoratorum florum fasciculi in æternum essent in manu Domini. Eccli 39. 17. Cornelius hic.

EX NOVO.

Orate, ut non fiat fuga vestra in hyeme. Matth. 24. 20. Iusti omnes moriuntur in vere; quodcumque anni tempore moriantur: nam Deus illos vernantes velut rosas colligit. Pharmacopolæ sub vernum tempus uno quandoque die aliquot rosarum millia carpunt: ita Deus quotidie veris opes, suas sibi decerpit rosas; quotidie beatorum numerus augetur morientium decessu. Sponsa gratulatur sibi Cant. 6. 1. *Dilectus meus descendit in hortum suum.* Quod Theodoretus explicat: de spinis colligit lilia, rosasque; scilicet animas de corporeis sollicitudinibus. Drexelius opusc. 7. Joseph c. 19. §. 2.

Posuit eum in monumento exciso. Luc. 23. 53. Gloriosam voluit habere sepulturam, juxta Is. 11. 10. ut doceret, à morte incipere iustorum gloriam, ubi superborum finitur. Stella hic.

Ubi est mors victoria tua? ubi est mors stimulus tuus. 1. Cor. 15. 55. *stimulus mortis peccatum est.* Nullus timor mortis, ubi non est peccatum. Apoc. 2. 11. *qui vicerit, non lædetur à morte secunda.* Cum dicat mortem secundam, sequitur, esse mortem primam. Hæc est peccatum. Jacob. 1. 15. *peccatum cum consummatum fuerit, generat mortem.* Altera mors est, quæ corpus occidit. Qui igitur primam mortem, id est, peccatum, vicerit, non lædetur à morte secunda: quia venit ad eos mors languida, imbecillis, sine peccati stimulo. Id. hic.

Tempus resolutionis mea instat. 2. Tim. 4. 6. S. Cyprianus ep. 9. ad MM. legit: tempus assumptionis.

EX VARIIS.

S. Thomas Aqu. à sorore interpellatus; quid maxime in hac vita desideraret? respondit: bene mori. Cornelius in Eccl. Prolegom. c. 5.

In morte S. Laurentii Justin. Patriarchæ Veneti auditus cantus Angelicus. Ex vita B. Angelæ de Fulgino 8. Jan.

Die qua B. Joetta reclusa obiit; pluvia, venti, nix, grando, omnia permiscebant: ad fenestram tamen cellulæ agonizantis multitudo incedit innumerabilis avium diversi generis; &

Polyant h. Sacr. Tom. II.

quasi congaudentes decedentis gloriæ modulabantur suavissimè: perseveravitque concentus avium ille, donec campanarum cessaret sonitus; quæ pro ejus obitu pulsabantur. 13. Jan.

§. XXVIII.

Ex morte necessaria fac virtutem.

Ascende in montem isum Abarim. &c. Num. 27. 12. ex quibus constat; Moysen, propter offensam Deo illatam ad aquas contradictionis, exclusum terrâ promissionis. Et tamen Deut. 34. 5. de eo dicitur: *mortuus est Moyses servus Domini jubente Domino.* Cum in pœnam sui peccati mortuus sit; dicitur tamen jubente Domino; seu, ut Hebr. legit: *ad os Domini*; seu, ut alii: *in osculo Domini*: quod significat mortem quandam jucundissimam. Si imposta in pœnam peccati, quomodo tam suavis? novit pœnam convertere in obedientiæ, & virtutum, facinus; conformans se divinæ voluntati. Sylveira lib. 8. in Joan. 16. cap. 16. q. 8.

Moriuntur, & non in sapientia. Job. 4. 21. S. Gregor. l. 5. mor. c. 30. mortem quidem, & sapientiam, pariter fugiunt; sed sapientiam penitus deserunt; mortis autem laqueos non evadunt. Et qui quandoque morituri, vivere, moriendo potuerant, dum mortem, quæ procul dubio ventura est, meruunt; & vitam simul, & sapientiam, perdunt. At contra iusti in sapientia moriuntur: quia mortem, quam devitare funditus nequeunt, cum pro veritate imminet, differre contemnunt; eamque, dum æquanimiter ferunt, pœnam propaginis vertunt in instrumentum virtutis.

Domine memento mei &c. Luc. 23. 42. S. Hieron. ep. 13 ad Paulin. latro crucem mutat paradiso, & facit homicidii pœnam martyrium. O beatissimum latronem! imò non latronem, sed martyrem, & Confessorem: necessitatem enim vertit in voluntatem; & pœnam commutavit in gloriam; & crucem in triumphum. In te beatissime Confessor Martyr, de totius mundi sterilitate, fidei reliquias colligit Christus: tu fugientibus Discipulis, & Petro negante; socius, & comes, Passionis ejus fieri gavifus es. Tu Petrus in cruce fuisti; & Petrus in domo Caiphæ latro. Drogo Ost. de Pals. Fuit illi crux, quam pertulit, non tam supplicii damnatio, quam salutis occasio. S. Ambros. de latrone l. 44.

Si post modicum morituri sumus, nullâ Dei causâ propositâ; quomodo non ante modicum in causâ Dei cum gloria morimur: ut fiat voluntarium, quod futurum est necessarium: utque offeramus Deo pro munere, quod reddendum est pro debito. Auth. Imp. hom. 26. in Matth.

Vides sapientiam Dei, quò pacto maximum illud malorum, caputque nostræ calamitatis, quod invexit diabolus; mortem, inquam, in honorem, gloriamque nostram, convertit; ac per hanc ipsam athletas ad martyrii bravia deduxit. S. Chrysost. t. 6. Laudatio OO. SS. MM.

T

Apis

Apis in thymo. Lem: *Dulcescit amaror.*
Mortis meditatio. Bzovius.

§. XXIX.

Mors impiorum misera, infelix &c.

Ex Veteri.

Agag pinguis 1. Reg. 15. 32. Chaldaus, & alii: *Agag deliciosus-siccine separat amaror* lib. q. d. ô quam amara est mihi delicato, & deliciis enutrito, ista mors imminens! & quam statû meo regali, opibus, honoribus, & deliciis abundanti, indigna: sperabam enim in iisdem, quibus assueveram, vitam concludere. Cornelius hic.

Sta super me, & interfice me, quoniam tenent me angustia. 2. Reg. 1. 9. Corporisne, an animæ? an ab hominibus, an à demonibus, excitata? Hebraeus apud Abulensem in 1. 2. Reg. c. 1. sic habet: *tenent me ora vestimenti sacerdotalis.* Animo ejus, & oculis, objiciebantur omnes illi sacerdotes Domini, accusantes eum in judicio coram Domino. Quòd Sauli infelici accidit, peccatori evenit; cum in ferali agone derelictus jacet. Horrendâ aliquibus specie objicient fraudati mercede mercenarii, pauperes in extrema necessitate deferti. Aliis obverfabuntur juvenes sceleratè seducti &c. Tunc clamabunt: *tenent me angustia.* S. Chrysoft. conc. 2. de Lazaro: cum semper nos stimulet peccatorum conscientia; tum verò maximè illâ horâ; cum hinc sumus abducendi: tunc enim sive quis rapuit, sive fraudavit, sive contumeliâ affectit, universus illic peccatorum cumulus renovatur. Segneri f. 24. f. 3. D. 4. Quad. O quam levius tunc premeretur angustia; si tota simul non esset vita auferenda; si pars aliqua jam antè foret sponte dimissa. Naxera in Jos. 23. §. 30.

Quis mihi tribuat, ut ego moriar pro te. 2. Reg. 18. 33. Aelredus spec. char. l. 1. c. 34. dicebat de filio parricidâ sanctus David. Nunquid hoc dixit de Jonatha amico suo? de parricida dici debuit: quia *mors peccatorum pessima.* Pium erat, velle mori pro impio; ut esset, quem poeniteret; esset, cui miseretur Deus; nè in æternum periret. At Jonathas translatus ad requiem, non erat ulterius in hanc miseriam revocandus. Ekobar t. 1. mir. Chr. l. 10. f. 2. obf. 2.

Dominus opem ferat illi super lectum doloris ejus. Pl. 40. 4. Lectum doloris diem mortis intelligamus: ille enim gravis est, & molestus peccatoribus propter metum judicii: sed in eo fert opem ei, qui est amator pauperum. S. Chrysoft. hic.

Audite hæc omnes gentes &c. Pl. 48. 1. os meum loquetur sapientiam. Dic sancte Propheta sine ambage, quòd mente versas. Magnum quid dicturus est, cum tam prolixâ præfatione animos velit attentos; subdit enim statim: *cur timebo in die mala?* scilicet mortis. Num fortè quòd divitias deseram? aut uxorem? aut liberos? an quia ad loca profici-scar ignota? Non. cur ego? *iniquitas calcanei circumdabit me.* Calcaneum est humana

vita extremum; calcanei iniquitas peccata sunt morientis in impenitentia. Diez conc. 2. D. 1. adv.

Qui inique agunt, auferentur ex ea. Prov. 2. 22. Chald. *directores eradicabuntur ex ea.* Significat, impios invitos, & magnò dolore, à terra avelli; utpote illi toti corde affixos. Cornelius hic.

Nè moriaris in tempore non tuo. Ecclæ 7. 18. Importunò tempore, ac non suo, decedit è vita, qui consummatus non fuerit in virtutibus; sed qui in peccatis moritur, quibus convixit. Olympiodorus hic. Quam multi reprobi salvarentur, si morerentur in tempore suo, cum sunt in statu gratia: jam autem damnantur; quia moriuntur in tempore non suo; id est, quia degunt in peccato mortali. Cornelius hic.

Ego dixi in dimidio dierum meorum, vadam ad portas inferi. Il. 38. 10. Sancti implent dies suos; qualis fuit Abraham, qui *mortuus est plenus dierum in senectute bona.* Peccatores verò, & impii, in dimidio dierum suorum moriuntur. Non enim implent opera virtutum; nec student poenitentia comendare delicta. S. Hieron. hic.

Præcepit ergo jam temulentus, ut afferrentur vasa aurea &c. Dan. 5. 2. *Balthasar* interpretatur *turbatio*; & signat peccatorem ingratum; qui abutitur vasis templi, potentis animæ. Cum se putat securum, mors repentina irruit: convocat Chaldaeos, id est, medicos, remedium ut adhibeant contra mortem; sed frustra. Adest Daniel, divina sententia: numeratum est regnum tuum, quia completus terminus vitæ tuæ. Appensus es &c. valenta sine lucrò dissipasti. Divitus es; corpus detur vermibus, anima demonibus, de Rampelosis. Mors.

Nunc reminiscor malorum, quæ feci in Jerusalem. 1. Mach. 6. 12. Quin latoria cogites ô rex; victoriarum recordare, Egyptum cogita tibi tributariam, Palestinam, Syriam; Tua est Babylon, tua tot gentium spolia: cur horum non memor exultas? heu mihi! non possum! *reminiscor malorum! in quantam tribulationem deveni.* v. 11. Ecce omni in Deum fide carens rex insolentissimè superbus, morti vicinus, conscientia stimulos & latratum, dissimulare non potuit. Quid ergo accidet Christianis? heu non tantum sacrilegia, sed vel levissimæ fraudes, & quodvis exiguum delictum, horrendâ nobis specie occurret, & gelidum sudorem exprimet. Segneri f. 24. f. 3. D. 4. Quad.

Ex Novo.

Non fiat fuga vestra &c. Matth. 24. 20. Oportet precari, nè fiat fuga nostra ex hac vita, hoc est, mors in Sabbatho, otiosis nobis à bonis operibus: neque hyeme, in sterilitate bonorum; sed in serenitate animæ, quæ non turbetur. Theophylactus hic. *Tristis est anima mea usque ad mortem.* Matth. 26. 38. Domine, audivi auditum meum, & timui. Terruit me, cum appropin-

pinquaret traditor Judas, & immineret Passio-
nis hora, quod dixisti ad Patrem: *Pater! si
fieri potest &c.* & tristem te usque ad mor-
tem, præ nimia anxietate languens sudore per-
fusus, coram Apostolis es professus. Audiens
hæc ego expavi. Quis enim non timeat, si
timet ille, quem omnia timeant? si pavet ille,
cui omne genu curvatur? si ille, qui mors est
mortis, & morsus Inferi, morte propin-
quante pertimescit? S. Cyprianus de Pass. Chr.
Quid pro se ille, cum in agonia esset, peteret,
qui in terra positus coelestia cum potestate tri-
buebat? sed, appropinquante morte, nostræ
mentis in se certamen expressit; qui vim quan-
dam terroris, ac formidinis patitur cum per-
solutionem carnis aeterno propinquamus judi-
cio. S. Greg. l. 25. in Job c. 17. Unde tanta
anxietas dolorum plena? repræsentabatur inno-
centissimo agno, quod ad tot iudices, & tri-
bunalia trahendus esset &c. designans, quis fu-
turus sit timor, & anxietas hominum in mor-
te, cum ante tribunal severissimi iudicis sunt
sistendi. Sylveira in Luc. 22.

Animam tuam repetent à te. Luc. 12. 12.
Angeli, sicut cruceles tributorem exactores,
& terribiles, tuam repetent animam, te etiam
invitò; utpote propter presentis vitæ immo-
dicum amorem oblucente. Nam à iusto non
repetitur anima; sed ille gaudens, & exultans,
commendat eam Deo Patri Spirituum; neque
mortem agrè fert; corpore enim circumami-
ctus est, ut onere, quod leviter deponit. Pec-
cator verò, qui animam carni subdidit, corpo-
ri nimium affectus, etiam illam fecit carnem;
indivulsam eam habere vult. Idcirco dicitur
ab eo repetita; sicut ab inobediente quodam
debitore, qui traditur crudelibus exactori-
bus. Theophylactus hic. Semper stimulat
nos conscientia peccatorum; sed præcipuè, cum
debemus trahi ad terribile iudicium Dei: tunc
enim tota congeries criminum innovatur, &
præ oculis posita percutit mentem. Et sicut
incarcerati semper dolorosi sunt; tunc autem
præcipuè, dum debent iudici presentari: sic
& anima maximè in ipso tempore egressionis,
de peccato cruciatur, & dolet; multo que ma-
gis cum fuerit evulsa. Dion. Carthuf.
hic.

Non sineret perfodi domum. Luc. 12. 39.
Hoc de domo, non iusti, sed impii, intellige.
Non perfodiet Dominus domum iusti, cum
venerit: quia iam ipse aperuit Domino suæ vo-
luntatis januam; & volens, ac libens, de vita
decedit. Impius, quia januam aperire non
vult, patitur domum suffodi. Stella hic.

Va pregnantibus &c. Luc. 21. 23.

Ex Patribus, & aliis.

Non ita delinquentes peccata delectent, ut
illos in suis actibus vitæ hujus finis inveniat:
quoniam in Inferno nulla est correctio. S. Leo
l. 5. in Epiph. D.

S. Chrylost. tom. 6. tr. Panegyrico de SS.
M.M. Berenice, & Prosdoco VV. fusè offen-
dit, quomodo Abraham mortem timuerit
Gen. 20. 11. Jacob. Gen. 32. 11. Elias. 3.

Polyagth, Sacr, Tom, II,

Reg. 19. 3. & ait: formidabilem Deus tunc
temporis mortem volebat, ut gratiæ postea
magnitudo innotesceret.

S. Anselmus iter faciens incidit in venatores,
& canes, persequentes leporem: qui, cum jam
pene esset in ore canum, accurrit ad pedes San-
cti totustremens, ac sudans. Manu eum ex-
cepit S. Anselmus, dixitque sociis: talis est ani-
ma in extremo vitæ periculo, quam canes in-
fernales persequuntur, & devorare contendunt.
Cornelius in ep. S. Jacobi c. 2. v. 13.

Mors est crux horribilis; ad quam quoti-
die festinas; & non attendis. Vide, quomodo
mors te crucifigit: crura distenduntur; manus,
& brachia, decidunt; pectus anhelat; cervix
languescit; facies exsudat. Vultus horrescit.
Drogo Off. de sacr. Pass.

Pensandum est, cum jam peccatrix anima à
vinculis incipit carnis abfolvi, quam amarò ter-
rore concutitur; quantis mordacis conscientia
stimulis laceratur. Recolit vitæ, quæ com-
misit; videt mandata, quæ implere contem-
psit. Dolet, indulta penitentia tempora sese
inaniter perdidisse; plorat immobilem distri-
ctæ ultionis articulum inevitabiliter imminere.
Manere satagit, ire compellitur; recuperare
vult perditam, non auditur. Post terga respici-
ens totius transactæ vitæ cursum, velut unum
brevisimum deputat itineris passum; ante se
oculos dirigit, & infinitæ perennitatis spatia
deprehendit. B. Petr. Damiani l. 7. ep. 19.

Circumdederunt me dolores mortis. Pl.
17. 5. Primus est dolor afflictionis: dolet cor-
pus, caput &c. Secundus dolor est cogitatio-
nis: quatuor enim genera cogitationum infir-
mi quatunt mentem; videlicet doloris, amo-
ris, timoris, spei. Hi sunt quatuor venti, de
quibus Daniel 7. 2. *quatuor venti cæli pu-
gnabant in mari magno*, id est, in amari-
cata morte magni peccatoris. Dolor, quia,
ut ait Gregorius, illuc dirigitur tota intentio
mentis, ubi sentitur vis doloris. Conspicit
amor filiorum, uxoris, divitiarum, honoris;
& eorum omnium, quæ in vita vitiosè dilexit.
Timet mortem, pavet infernum, seculum al-
terum abhorret. Insurgunt cogitationes spei;
mera stultitia: quia, dum moritur, adhuc mor-
tem evadere arbitrat. De hac spe Pl. 54. 24.
non dimidiabunt dies suos, non dicit dies æ-
tatis suæ, sed *dies suos*, id est, quos inordi-
natâ affectione hujus vitæ ipsi sibi promise-
runt. Accedit dolor privationis mundanæ
gloriæ, superbiæ, deliciarum, divitiarum; de
quibus dicitur Il. 57. 13. *liberent te nunc con-
gregati tui, id est, denarii*. Exemplum de
illo divite, qui sibi portari fecit omnes dena-
rios & thesauros suos, quos dolorosè alloque-
batur: *ô denarii mei, ô thesauri mei! en morior!
juvate me, queso. Relinquamne vos dilecti
denarii mei? tangebatur eos, palpabat eos, oscu-
labatur, amplexabatur. Demum arreptò ar-
genteo vase in illud, quasi rabidis moribus
stringens, cum diabolo expiravit. S. Bern-
ardinus l. 14. qui est de duodecim dolo-
ribus, quos patitur in hora mortis pecca-
tor.*

§. XXX.

Planctus de morte aliena, charorum.

Mortuò Jacob in Ægypto filii ejus solos septem dies in lacrymis posuerunt. Gen. 50. 10. Ægyptii autem septuaginta dies v. 3. Cur minora doloris indicia dederunt filii, quàm externi? quia non putabant filii Jacob parentem sibi obiisse, qui ad Deum abiisset, & credebant resurrectionem. Mendoza in 1. Reg. 1. annot. 10. sect. 4.

Solvamus bono principi stipendiaris lacrymas; quia ille nobis solvit etiam mortis suæ stipendium. Omnes non tanquam Imperatorem sibi, sed tanquam parentem publicum, obiisse, domesticò fletu doloris illacrymant, suæque omnes funera dolent. Ast Ecclesia pignus suum; & lacrymæ ejus in maxillis ejus. Quid sit maxilla, audi: qui te percusserit in maxillam, præbe ei & alteram. Luc. 6. 29. eò quòd in dolore sit patiens, ut pœniteat verberantem. Percussa eras in maxilla tua Ecclesia, cum amitteres Gratianum: præbuiisti & alteram; quando tibi Valentinianus ereptus est. S. Ambros. orat. fun. de obitu Valentiniani Imp.

Quò dolore contenebratum est cor meum, & quidquid aspicebam, mors erat: & erat mihi patria supplicium; & paterna domus mera infelicitas; & quidquid cum illo communicavorem, sinè illò in cruciatum immanem vertebatur. Expectabant eum undique oculi mei, & non dabatur mihi; & oderam omnia; quia non haberent eum. S. August. Conf. 1. 4. c. 4. mortem amici cujusdam sibi charissimi deplorans.

Subtractò illò (Gerardo fratre suò) simul & cor meum dereliquit me. Scitis ò filii, quàm justus sit dolor meus; quàm dolenda plaga mea! quò mihi avulsus es? quò mihi raptus è manibus homo unanims, homo secundum cor meum? amavimus nos in vita; quomodo in morte sumus separati? amarissima separatio; & quam non posset omnino efficere, nisi mors. Tecum omnes pariter abière deliciae, & lætitiæ meæ. Quid effecerit mutuus amor in sibi præsentibus; horror indicat separationis, & dolor de invicem separatis. S. Bernardus l. 26.

Lugeat virginitas, lamentetur viduitas, ploret orbitas; cognoscant, quid habuerint, postquam habere desierunt. In tot millibus, qui simul aderant, nullus erat oculus, qui terram lacrymarum guttulis non irrigaret. S. Gregor. Nyls. orat. in funerè Placillæ Imp.

§. XXXI.

Solatia ob charorum mortem.

Si diligeres me, gauderes utiq; quia vado ad Patrem. Joan. 14. 28. Docens, & ostendens; eum chari, quos diligimus, de sæculo exeunt, gaudendum potius, quàm dolendum. S. Cyprianus de mortalitate.

Cur impatienter feras, subductum interim, quem credis reversurum? profectio est, quam putas mortem: non est lugendus, qui antecedit,

sed planè desiderandus. Christum lædimus, cum evocatos quosque ab illo, quasi miserandos, non æquanimitè accipimus. Si patientiæ incubabo, non dolebo. Tertull. 1. de patientiâ.

Desiderandus est tibi quasi absens, non quasi mortuus; ut illum expectare, non amisisse, videaris. S. Hieron. ep. 3. ad Heliodorum.

S. Melania, nostri temporis inter Christianos vera nobilitas, calente adhuc mariti corpusculò, & necdum humatò, duos simul perdidit filios. Rem sum dicturus incredibilem; sed, teste Christo, non falsam. Quis illam tunc non putaret more lymphaticò, sparfis crinibus, veste conscissâ, lacerum pectus invadere? lacrymæ gutta non fluxit; stetit immobilis, & ad pedes advoluta Christi, quasi ipsum teneret, arrisit: expeditiùs, inquit, tibi servitura sum Domine, quia tantò me onere liberasti. S. Hieron. ep. 25. ad Paulam super obitu Blasillæ filia.

Sursum sit cor, & sicci erunt oculi. S. August. ep. 248. consolans Sapidam virginem super morte fratris.

Quid de Matre Machabæorum loquar? quæ spectabat læta filiorum, quot funera, tot trophæa; & morientium vocibus, tanquam psallentium cantibus, delectabatur: pulcherrimam ventris sui cytharam in filiis cernens, & pietatis harmoniam, omni lyrae numero dulciorem. S. Ambros. offic. 1. 1. c. 41.

Deduximus, fratres dilectissimi, hostiam meam, hostiam incontaminatam, hostiam Deo placentem, Dominum, & fratrem meum, Satyrum-nihil quidem habui in rebus humanis tantò fratre pretiosius, nihil amabilius, nihil charius. Sed præstant privatis publica. Ipsi quoque si quis sententiam sciscitaretur; mallet occidi pro aliis, quàm sibi vivere. Lætantum est magis, quòd talem fratrem habuerim; quàm dolendum, quòd fratrem amiserim: illud enim munus, hoc debitum est. Nunquam totus in me fui; sed in altero nostri pars major amborum: uterque autem eramus in Christo. Larus meum tuò latere sepiebas; charitate ut frater, curâ ut pater, sollicitudine ut senior, reverentiâ ut junior. Ita in unius necessitudinis gradu complurium mihi necessitudinum officia impendebas; ut in te non unum, sed plures amissos requiram. Id. orat. de excessu fratris Satyri.

§. XXXII.

Mortuis resuscitatis non creditur.

Mitte Lazarum. Luc. 16. 24. Hoc dives de votis omnium loquitur mundanorum: omnes enim susurrare consuevimus: ò si quis veniret ex mortuis; & quòd ibi agitur, referret hîc; omnes crederent ei. Sed perfidiæ, non ignorantia est, quòd sic loquamur. S. Chrysol. l. 66. S. Chrysol. quæcunq; dicunt Scripturæ, dicit Dominus. Unde, etsi resurgat mortuus, etsi cœlit us descenderit Angelus, omnibus magis sunt dignæ fidei Scripturæ: nam Angelorum Dominus vivorum, & mortuorum, eas instituit. Si autè hoc sciret, quòd mortui resurgentes prodesse viventibus non hoc omisit;

fisset; qui pro utilitate nostra singula quoque tractat. Samuel Saulem, Lazarus resuscitatus Judæos, admonens nihil profecit.

Neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent. Luc. 16. 31. Unde Judæi, Lazarò fratre Marthæ resuscitatio, non crediderunt; sed mortem inferre voluerunt. Mortuis quoque, qui cum Christo resurrexerunt, & multis in sancta civitate apparuerunt, non crediderunt Judæi. Id. hic.

Si Moysen, & Prophetas non audiunt &c. Ib. Quis ex mortuis veniens melius posset dissuadere peccata, & homines ad meliora convertere; quam Mosæica lex, quam Scriptura Prophetarum, quam ipsa veritas, quæ humanis mentibus interlucet? Quis ex mortuis apertior alterius sæculi bona, vel mala, prædicere? quis ad penitentiam cautior imitator, quam ipse Christus factus inter mortuos liber. Pf. 87. 6. qui verè Infernum novit, & cælum. Porrò, si ad mortuum correctionem Evangelio Christi non creditur; desperandum est, cui alteri melius credatur. Quærere hominem ex mortuis, ut nobis, quid sit post hanc vitam, annuntiet; qui monest ad virtutes, qui retrahat à peccatis; subterfugia sunt, excusationes sunt: causatio est veritatis, dubium est in fide; nolle simpliciter servare promissa, nolle à criminibus explicari. Ac per hoc, si Christo, & Apostolis, non creditur; neque si surrexissent centum millia mortuorum. Nam si angelica virtutes evangelizarent, si Spiritus immundi in linguis humanis prædicarent, si omnes mortui revocarentur ad vitam, cum scientia, & potestate, loquendi: si ostenderentur

oculis humanis bona superna; si possemus, ut sunt, tormenta. & loca tartarea, mente, seu corporaliter intueri: etiam ad hæc omnia plus est Christus, cui præ omnibus est adhibenda fides. Simon Cass. l. 6. c. 12.

Lazarus erat unus ex discumbentibus. Joan. 12. 2. Secundùm Augustinum, in illa cœna interrogatus Lazarus à convivantibus, de statu animarum post mortem, de pœnis Inferni, de expectatione justorum; omnia per ordinem diligenter narravit. Dionys. Carthuf. hic.

Petrus triennalis mortuus, à S. Stanislao Ep. Cracoviensi suscitatus; ut testimonium coram Boleslao rege exhiberet, sibi ab eo venditum esse agrum: eò perhibito, cum multi eum interrogarent de rebus alterius sæculi; nihil, nisi hoc respondit: habetis Moysen, & Prophetas: non ad evangelizandum, sed ad testificandum, missus sum. Ità Breviarium Polon. 13. Maij.

Miscellanea.

Mittens occidit omnes pueros. Matth. 2. 16. Theophylactus in c. 9. Joan: quòd saepe vides pueros mori; scias, quòd Deus propter misericordiam præcipiat illorum vitam, ut ne, cum supervixerint, deteriores fiant; & in malum suarum animarum, & aliorum multorum, vivant.

Somnus est speculum mortis, finis omnium quæstionum. Tertull. l. de anima.

Mors est desperationis Domina, incredulitatis mater, germana corruptionis, Inferni patrens, diaboli conjunx, omnium malorum regina. S. Chrysol. f. 118.

TITULUS XXIII. MORS CHRISTI DOMINI.

§. I.

Figure, & imagines.

Immisit Dominus Deus sporem in Adam. Gen. 2. 21. Id est, Deus Pater somnum mortis in Christo. Et dicitur mors Christi sopor, propter celeritatem, & facilitatem, resurgendi; & voluntatem moriendi. Hugo Card. hic.

Requiescens accubuit in leo. Decumbens dormies ut leo. Gen. 49. 9. quemadmodum enim leo dormiens terribilis est, sic mors Domini formidabilis fuit & morti, & diabolo. B. Theodoretus q. 109.

Quo mortuo filii Israel creverunt. Ex. 1. 6. 7. Donec viveret Joseph, non refertur, quòd multiplicati fuerint filii Israel. Antequam moreretur noster Joseph; ille, qui distractus est triginta argenteis ab uno ex fratribus Juda, valde pauci erant filii Israel: cum verò pro omnibus gustavit mortem, multiplicatus est Fidei populus. Origen. hom. 1. hic. Quid est hoc? donec viveret Joseph, non referuntur crevisse filii Israel; sed, posteaquam mortuus est, sic germinasse dicuntur &c. Sed hæc in illo Joseph figurata sunt; in nostro autem Joseph, id est, Domino Christo, in veritate com-

pleta sunt. Prius enim, quàm morerentur, id est, quàm crucifigeretur, Joseph noster, pauci in eum crediderunt: posteaquam autem mortuus est, & resurrexit, in universo Mundo multiplicati sunt, & creverunt Israelitæ, id est, populi Christiani. Sic & ipse Dominus in Evangelio dixit. Joan. 12. 24. *nisi granum frumenti mortuum fuerit, ipsum solum manet &c.* Postea enim quàm in Passione pretiosum granum frumenti mortuum est, & sepulcrum, per univèrsam Mundum de uno illo grano messis Ecclesiæ pullulavit. S. August. s. 1. D. 3. Quadr.

Deorsum ad pedes ejusdem tunica per circuitum quasi mala Punica facies mixtis in medio tintinabulis. Ex. 28. 33. Qui sunt fines tunice Sacerdotalis, nisi extrema vitæ Domini nostri? quæ sunt mala Punica valde rubentia; nisi ejus, quæ majorem nemo habuit, charitatis opera. Hæc utique mala sinibus suæ tunice appendit: quia, cum dilexisset suos, qui erant in Mundo, in finem dilexit eos; scilicet suam pro amicis suis animam ponendo. Tintinabula autem clarissima sunt dilectionis ejus verba; quibus eos in prædicta cœna instituit, & deinceps pro iis Patrem rogavit. Rupertus l. 13. in Joan.

T 2

Oritur

Oritur sol, & ad locum suum revertitur.
Eccle 1. 5. Oritur sol unigenitum Dei Verbum
è Paterno sinu; occidit in novissimis diebus,
ad occasum vitæ hujus; carne assumptâ, suam
quodammodo divinitatem occultans. Oritur
insuper ex Deipara Maria secundum car-
nem; occidit autem ad Infernima descendens.
Olympiodorus hic.

Fasciculus myrrha &c. Cant. 1. 12. Myr-
ha sponsi mortem, & quæ inde ad sponsam
perveit, indicat suavitatem. In medio uberum
meorum commorabitur, hoc est, in præcipua
animæ meæ parte, nempe in corde, quod in-
ter ubera situm est. B. Theodoretus hic.

Jam enim hyems transit. Cant. 2. 11.
Hyemem salutarem Domini necem vocat; in
qua hyemantes Judæi miseram tulerunt perdi-
tionem. Philo Carpathius hic.

Vadam ad montem myrrha. Cant. 4. 6.
Ascendam Jerosolimam, & consummabuntur
omnia, quæ scripta sunt de me: tradar enim
Gentibus &c. Hoc erit ire ad montem myr-
ha; scilicet mortificari, vel occidi. Tertiâ die
resurgam à mortuis; & deinde ascendam in
Cælum: hoc erit ire ad collem thuris. 3. in
Cant. hic.

Veni in hortum meum &c. Cant. 5. 1.
Descendendo in uterum tuum, & assumendo
carnem; ut verus homo nascerer, qui verus
Deus eram, veni in hortum meum. Morien-
do, atque in Infernum descendendo, *messui
myrrham meam cum aromatibus meis*; re-
surgendo *comedi favum cum melle meo*; as-
cendendo in cælum *bibi vinum meum cum
lacte meo*. Id. hic.

§. II.

Mors Christi spontanea.

Ego dormivi &c. Pl. 3. 4. Id est, sponte ja-
cui in cruce, ut in ea morerer: quomodo se
in lectum componunt, qui dormire volunt.
Bellarminus hic.

*Factus sum sicut homo inter mortuos li-
ber.* Pl. 87. 6. Euthymius: liber, quia non ab
Angelis in Infernum deductus sum, sed solus
descendi. Liber accessi ad mortem, hoc est, in-
fons, atque innocens. Potissimum liber, quia
alii invitati moriuntur; & ideo mortis servi sunt:
At Christus sponte suâ, & liberè mortuus est:
potestatem enim, inquit, habeo ponendi ani-
mam meam. Arcones in Il. 2. Disc. 2.

Filia Jerusalem nolite flere super me. Luc.
23. 28. Perspicuum est illud; commiseratio-
nem ei, qui invitatus patitur, solatium: ei au-
tem, qui ultrâ & sponte contumeliam asserit.
Hidorus Pelus. l. 2. ep. 285. Istum planctum
Dominus JESUS dedignabatur impendi: quia
non decebat luctus triumphum, nec lamenta
victoriam. S. Leo l. 10. de Pass.

Ego vado, & queretis me. Joan. 8. 21.
Ego vado, ait, ut monstret, quod præsciat
suam mortem; & quod non illorum virtutis
opus crux sit; sed ejusdem voluntatis suæ.
Theophylactus.

Quem queritis? Joan. 18. 4. Magna cha-
ritas, quæ mortis excludit horrorem! miranda
securitas, quæ inimicis se sponte donat. Ad

hæc caput nostrum animavit & membra. Si-
mon. Cass. l. 13. c. 13.

§. III.

*Mors Christo chara, dulcis,
optata.*

Factum est vespere, & manè, dies unus.
Gen. 1. 5. Cur prius vesper. quàm manè?
Manè ortus solis, vesperi occasus. Rupercus
l. 1. in Gen. c. 20. ait: quod dies illa Christum
præfigurabat: Manè Incarnationem, & Nati-
vitatem; vesper mortem: pretiosior omnibus
ei mors.

*Quasi de somno suscitatus sum; & som-
nus meus dulcis mihi.* Jer. 31. 26. Dormire
Dei est, cum unigenitus Filius Patris in assum-
pta carne mori dignatus est; cujus mors certè
somaus prædictus est: *quasi de somno &c.* S.
Anselmus lib. de vestim. &c. Deo attribuit.

Gratias egit fracturus panem. Matth. 26.
27. ut ostendat, secum gratitudine fractionem
sui corporis, hoc est, occisionem, suscipere.
Theophylactus hic.

Sciens, quia venit hora ejus. Joan.
13. 1. *sciens quia omnia dedit ei Pa-
ter in manus.* v. 3. *sciens, quia à Deo exivit.*
v. 3. Inter objecta tam sublimia primò loco
ponit præscientiam de morte, tanti eam
æstimabat. Sylveira hic q. 3. Cum scientia
omnipotentia, & essentia divina, connecti-
tur mortis scientia: quia in tanto pretio ei fuit
mors; ut pro eximio amore in nos, ipsa di-
vinitatis, & omnipotentia, scientia non in-
deretur ei, nisi simul involveret cognitionem
crucis, & mortis. Id. hic. q. 19.

Processit, & dixit eis: quem queritis.
Joan. 18. 4. Cum procul adhuc absent hostes,
ad mortem usque tristabaris, & sangui-
nem sudabas: jam, quando in oculis sunt ini-
mici tui; illis procedis obviam? o bone JESU!
ô dulcis amator! quid hoc est? quis amor cor-
tuum absorbit, ut ad mortem, ceu ad nup-
tias, properes; hostibus, perinde ut amicis,
obviam procedas? Lud. Bloisus margar. spir.
p. 3. c. 3.

*Primogenitus mortuorum princeps regum
terra.* Apoc. 1. 5. Cur potius non dicitur pri-
mò princeps regum terræ, dein primogenitus
mortuorum? Rectum servavit ordinem juxta be-
neplacitum Christi; cui in majori pretio fuit mors
quam principatus omnium regum terræ. Syl-
veira in Joan. 13. q. 3.

Pedes ejus similes aurichalco. Apoc. 1.
15. Pannonius: quia Christi desideria sancta
erant, & fortissima; ut non cederent morti;
rectè ari comparantur. Frequentèr in Scriptu-
ra per pedes desideria, & affectus, significan-
tur. Pl. 9. 16. Pl. 17. 34. Prov. 3. 23. Meritè
ari fortissimo Christi affectus comparantur:
quia ejus desideria pro nobis moriendi; vali-
dissima, & constantissima, fuerunt. Sylveira
hic q. 58.

Occisus est ab origine Mundi. Apoc. 13.
8. Nihilominos inker sævus mortis dolores vi-
ventem pronuntiat Joannes 1. 4. *quod factum
est in ipso vita erat; & vita erat lux ho-
minum.* Mors facta est in ipso, eritine in eo
mors.

mors vita? verbera facta sunt, savissimi dolores; & vita erunt? throno eum appareat occisus, quomodo cruce vivit? o amoris flammam! o Zeli martyrium! ab origine Mundi agnus non patitur, ut homines à vitis revocet; ut Patris ulciscatur injuriam, occumbit occisus: quasi ejus mors sit, non mori; sed longò tempore otiari. Sed cum ascendit crucem, quia culpas delet, tunc vivit. S. Ambros. in Pl. 36. Mors facta est in ipso; vita est: remissio peccatorum facta est in ipso; vita est: vulnus factum est in ipso; vita est: sepultura facta est in ipso; vita est. Vide, quanta in ipso facta sunt, quibus vita nostra facta conversio est; ut, quæ perierant, redderentur. Naxera in Jos. 8. §. 15.

§. IV.

Mors Christi quanta nobis bona attulerit.

Num. 1.

Nostra vita.

In cubit super puerum. 4. Reg. 4. 34. In Elisæo figura Domini præcessit; qui projecit se, ut mortuum erigeret. In quo symbolum est, quòd nobis Christus commortuus sit; ut nobis resurgeret. Projecit itaque se usque ad nostram Christus fragilitatem, ut nos erigeret. Projecit se, non cecidit; sed erexit confortem. S. Ambros. ep. 17.

Emisit spiritum. Matth. 27. 50. Joan. 19. 30. *tradidit spiritum.* Evangelistæ non dicunt Christum mortuum. Simili phrasi utitur scriptura in creatione hominis. Gen. 2. 7. *inspiravit in faciem ejus spiraculum vitæ.* Vox Hebræa *Napach* propriè significat *insufflare*; seu *emittere, dare spiritum*: quia spiritus vitalis primo parenti concessus, conjunctus erat cum morte Filii Dei; & ab ipsa ejus morte vitalis spiritus in nos transfunditur. Sylveira in Joan. 13. q. 19. v. 3.

Se exaltatus fuerit. Joan. 12. 32. Novus triumphus de principe, de quo occumbens triumphavit, affixa cruci manu spolia, diu detenta detraxit: moriens occidit mortem; mortuus mortuos revocavit ad vitam: ligatus in cruce ferrò compedes ferreos confregit; captivus captivos eduxit de carcere. Simon Cass. l. 11. c. 49.

Pro nobis mortuus est Christus, ut nos in illius redivivo corpore viveremus. S. Ambros. l. 1. de Spir. S. c. 8.

Mors Christi mors meæ mortis: quia ille mortuus est, ut ego viverem. S. Bernardus s. exhort. ad mil. templi c. 11.

Num. 2.

Alia bona.

Vespere autem factò &c. Matth. 8. 16. Omnes, non manè, non meridiè, sed ad vespeream curantur; quando verus sol occubuit, ille, qui dixit: *quandiu in Mundo sum, lux sum Mundi.* V. Beda hic. *Vespere factò*, sole jam habente occasum, omnes malè habentes ad Dominum deferuntur: ut ex hoc agnoscamus; per ipsam Christi mortem Mundo fuisse redditam sanitatem. Simon Cass. l. 5. c. 10.

Tunc plena est cordis nostri compassio, cum

malum inopiæ pro proximo suscipere non metuimus; ut illum à passione liberemus. Quam videlicet pietatis formam mediator nobis Dei, & hominum, dedit. Qui, cum possit nobis, etiam non moriendo, concurrere, subvenire tamen moriendo hominibus voluit: quia videlicet nos minus amasset, nisi & vulnera nostra susciperet: nec vim nobis suæ dilectionis ostenderet; nisi hoc, quod à nobis tolleret, ad tempus ipse sustineret. S. Gregor. mor. l. 20. c. 26.

Tota spes mea est in morte Domini mei. S. August. Man. c. 23.

§. V.

Quomodo erga mortem Christi nos affici oporteat.

Ex Veteri.

Omnis multitudo videns occubuisse Aaron, flevit super eo triginta diebus per cunctas familias suas. Num. 20. 30. Quanto magis nos Christum, verum, & summum, totius Mundi Sacerdotem oportet, lamentari; qui in monte Calvariæ mortuus est. Aaron mortuus est, nè terram promissionis ingrederetur: Christus autem reparator noster obiit; ut nos in veram promissionis terram introiremus. Diez. in Pass. D. *Filio Israel super Saul flete &c.* 2. Reg. 1. 24. Si David imperavit, ut foemina Israel lamentari discerent ad Saulis, & Jonathæ, obitum deplorandum; & ipse collacrymatus dicebat: *Saul & Jonathas amabiles &c.* v. 23. Quanto magis ratio postulat; ut deploramus, & deplorare alios doceamus, mortem Christi. Id. ib.

Calicem salutaris accipiam. Pl. 115. 13. Quid nos pro his omnibus retribuimus, vel potius, quid retribuere debemus? Primum scilicet illud, quod beatissimus Propheta ei debere se, & redditurum esse testatur dicens: *quid retribuam &c.* prima ergo hæc retributio est, ut mortem pro morte reddamus. Secunda autem, ut, si debitum morte non solvimus, vel amore solvamus. S. Iulianus l. 4. de Provid. Dei.

Pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum. Pl. 115. 15. Si pretiosa in conspectu &c. qui patiuntur, & moriuntur, pro Christo, quanto magis debet esse pretiosa in conspectu nostro mors Domini nostri Jesu Christi. S. Laur. Just. de incendio am. c. 4.

Fasciculus myrrhæ &c. Cant. 1. 12. Mors dilecti mei; quam pro mea salute subiit, semper in mea memoria commorabitur. S. Isidorus hic.

Ex Novo. & Aliis.

Terra mota est. Matth. 27. 51. Tremuit terra, ferre non valens, quòd plebs Judaica sustinebat. Tremuit velut pavens ad insolitas actiones; in hoc transformans suò tremore omnium Fidelium mentes: ut credant, & contremiscant; quoniam pro injustis justus, pro impiis pius, pro peccatoribus sanctus, pro hominibus in carne passus est Deus. Sim. Cass. l. 13. Ubi homines in hac injustitiâ pro veritate tacent, saxa scissa loquuntur, & suo modò provocant dura corda hominum: ut scindantur, & recogitent eum, qui talem pro omnibus sustinuit passionem. Id. ib.

Noctæ

Nolite flere super me. Luc. 23. 28. Cur eas prohibuit à planctu tam aduato occasione? an quia mors iusti ploranda non erat, secus peccatoris? plane mors Jesu læticia: ipsius autem flentis aridi peccatoris mors luctu prosequenda. Titus Boltr. prohibuit: quia mœstæ, afflictæque, eum lugebant; quem æquius erat, plausu, lætæque acclamatione; excipere. Escobar t. 1. mir. Chr. l. 10. Sect. 2. Obs. 7.

Obscuratus est sol. Luc. 23. 45. passionis tempore forsân idcirco; qui soli crucis radii digni erant, qui & orbem, & oculos hominum, illustrarent. Ideo & ad finem Mundi *sol. obscurabitur: quia tunc apparebit signum Filii hominis.* Matth. 24. Alvarez Illustr. 322.

S. Brigitta reuelatum est: eò temporis puncto, quò Redemptor noster obiit, orbis uniuersi homines ingenti mœrore, & lethali propè cordis dolore, perculsos fuisse. Doultreman l. 2. c. 2. Sect. 6. Crucifixo.

Ego, ego, sum tui plaga doloris, tuæ culpa

occisionis: ego tuæ mortis meritum; tuæ vindictæ flagitium. S. August. Medit. c. 7.

Miscellanea.

Memor sit omnis sacrificii tui. Pf. 19. 4. Ideò dicit, *omnis Sacrificii*: quia singulæ passionis ejus singula fuere sacrificia; holocaustum autem ipsa mors. S. Rupertus hic.

Mitte te deorsum. Matth. 4. 6. Parum petis diabole à Filio Dei, ut se à pinna templi demittat. Etenim ille est, qui propter nos homines, & propter nostram salutem, descendit de cœlis, crucifixus, mortuus, & sepultus est. Aquilæ pulli maternis scapulis sublatus, an degeneres sint, probantur ad solis lucem. Verum Dei Filii à sinu Patris emissus in terram; tunc apparet manifestissimus, cum & ipse, & totus orbis, operitur mortis caligine. Bæza l. 3. c. 2. §. 16.

Latro Salvatorem tunc majestatis Dominum recognoscit, cum videt humilitatis patientiæ cruciari. S. Maxim. hom. 1. de Latr.

TITULUS XXIV. MORTIFICATIO.

§. I.

Symbola, & Allegoria.

Num. 1.

In genere.

Intrate per angustam portam. Matth. 7. 13. Quid est humanæ menti angustius, quam voluntates proprias abnegare, desideria carnis frangere; nullâ laudis gratiâ, vel deceptionis, à iusto, & recto, desistere: de cujus nimirum vitæ ingressu Dominus dicit: *intrate &c.* S. Paschalius in Thr. 3. 4.

Induebatur purpura, & bysso. Luc. 16. 19. Ob hoc arguitur epulo. Et tamen mulier illa fortis Prov. 31. 22. Ob id laudatur: *bysso, & purpura, indumentum ejus.* Discrimen: mulieris indumentum primum byssus, tum purpura. Byssus Symbolum mortificationis: quia ad illum candorem, & tenuitatem, multis tunctionibus perficitur; ut latè describit Plinius l. 19. c. 1. Sylveira hic.

Nisi granum frumenti mortuum fuerit. Joan. 12. 24. Frumenti abundantiam nullus habere potest, nisi ipsam frumentum prius mortificetur. Simon Cass. de just. Chr. l. 15. c. 2.

Venerunt ad portam ferream. Act. 12. 10. Ferrea porta, quæ ducit ad Jerusalem cœlestem, est crux, mortificatio, tribulatio, martyrium. V. Beda, apud Cornelium hic.

Num. 2.

Symbola mortificationis carnis.

Ex Veteri.

Egredere de terra tua. Gen. 12. 1. Exit de terra sua, qui passiones mortificat in carne sua. S. Eucherius de S. Honorato.

Erit pactum meum in carne vestra &c. Gen. 17. 13. Origenes hom. 13. in Gen. legit: erit testamentum meum in carne vestra. & addit: quomodo erit testamentum Christi super carnem meam, requiro: si mortificauero membra mea, quæ sunt super terram; testamentum Christi habeo super carnem meam: si semper mortem Christi in corpore meo circumferam, testamentum Christi in corpore meo.

Ejice ancillam hanc & filium ejus. Gen. 21. 10. Per Abraham noster spiritus; per ancillam nostra caro; per filium ejus carnalia opera designantur. Per liberam anima; per filium ejus spiritualia opera, figurantur! Sicut ergo Sara despicientem se Agar afflixit; & Ismael, ad mortis periculum Isaac impellentem, ejici iussit: sic anima, quæ est domina, carnem, ancillam suam, se contemnentem, jejuniis, & vigiliis, affligat; filium ejus persequentem filium suum, id est, carnale opus, impediens spirituale, ejiciat herilem filium; id est, bonum opus patriæ, qui gaudium hereditatis capiat. S. Honorius f. D. 4. Quadr.

Tulit de lapidibus & supponens capiti suo dormiuit. Gen. 28. 11. Jacob, durum sibi sternit lectum, scilicet lapidem: quia cœli aulicos durus lectus, durus victus, omnia dura decent. S. Ambros. l. 2. de Jacob: in somno bonus operarius; quoniam plus negotii cum Deo peragit dormiendo, quam vigilando. Cornelius hic.

Fratrem vestrum minimum ad me adducite. Gen. 42. 20. Quando Joseph voluit Benjamin in conspectu suo apparere, fratrem ejus natu majorem in carcerem detrusit. Duo fratres sunt corpus & anima: frater major est corpus; quia multis antè diebus incipit esse in utero matris, postea verò creatur anima. Et sicut in domo magnatis major ratio habetur de primogenito,

mogenito cui servantur redditus; sic major ratio multis de corpore; miseræ animæ nihil datur. Vis, ut frater minor, id est, anima videat Joseph, id est, Christum in cœlesti aula gloriosum; fratrem majorem in carcerem detrude, vinculis alliga; timore Domini, jejuniis, torque, & flagellis. Diez. D. 2. Quadr.

Decem cortinas de bysso retorta, & hyacintho, ac purpura &c. Ex. 26. 1. Purpura, quæ rubicunda, & sanguinea, est, denotat, in Ecclesia, ad sanguinis usque effusionem, nobis laborandum esse; linum verò, quod toties manus subit, toties tunditur, & laboratur, antequam ad perfectionem, & formam legitimam perveniat; mortificationem designat: hyacinthus verò, qui cæruleus color est, æternæ beatitudinis præmium. Beseus D. Septuag.

Hosies vos sentiant Madianita, & percutite eos, quia & ipsi hostiliter egerunt contra vos. Num. 25. 17. Item Num. 31. 2.

Cur ita? non lego, quòd ad ea usque tempora Madianitæ, contra Israel gladium strinxerint. Quomodo ergo hostiliter egerunt contra eos? mollitie muliebrium blanditiarum, epulis, lusibus, tripudiis, fornicationibus. Num. 25. 1. Caro, inimicus tuus sic tractandus. Hosies vos sentiant Madianitæ; & percutite eos flagris, jejuniis &c. Jonghen Nupt. Agni p. 1. t. 2.

Victoria Gedeonis. Judic. 7. 20. fractis lagenis obtenta, significat, fractò mortificationis corpore virtutem Salvatoris in nobis manifestari. de Ponte in Cant. 1. Exh. 25. §. 4.

Percussit Philistheum in fronte. 1. Reg. 17. 49. Duellum Davidis cum Goliath representat luctam spiritus cum carne: qui scilicet carnem suam lapide austeritatis dejecit, & gladiò mortificationis caput Dei abscedit; nè præsit, sed subit. Cornelius hic.

Homo, quem rex desiderat honorare cupit debet indui vestibus regis. Eph. 6. 7. Vestes regis, quibus rex noster indutus fuit, fuerunt opera afflictionis, & pœnalitatis. Ille ergo induitur vestibus regis, qui carnem cum vitis, & concupiscentiis crucifigit. S. Bonavent. l. 122.

Confitebor tibi in cithara. Pl. 42. 4. Carnem affligam; & laudabo te in maceratione carnis. Hugo à S. Vict. in Pl. 41. Cum velis, te ipsum efficies citharam; cum carnis membra morte affeceris, & animæ cum corpore pulchrum concentum effeceris. S. Chrysost. hic.

Psallete Domino in cithara. Pl. 97. 5. Duo ligna sunt duæ cruce: interius ligam crux carnis; superius crux mentis. Corda siccatur, & tenditur, ut sonum reddat: caro hominis à malo mundatur, pòst in bono excitatur. Siccatur per abstinentiam; tenditur per patientiam. S. Bonavent. hic.

Quæsit lanam, & linum. Prov. 31. 13. Possunt mysticè in lana, quæ est ovium habitus, omnia simplicitatis, & pietatis opera, quæ proximis impendimus, intelligi. Potest in lino, quod ex terra virens oritur; sed longò, ac multiplici, exercitiò amittit humorem nativum, atque ad gratiam novi candoris per venit; castigatio nostræ carnis intimari. V. Beda hic.

Fasciculus myrrha. Cant. 1. 12. Myrrha, teste Plinio l. 12. c. 15. arbutula est in Arabia, minor, quam arbor thuris; altitudine quinque

cubitum. Convenit autem inter auctores, qui hac de re scripserunt; eam esse scabram, spinosam, foliis aculeatis; caule durò, & intorto; è cujus vulnere defluit lacryma, gustu acris cum amarore; quæ glutinandi, siccandi, & abstergendi, vim habet egregiam: quæ omnia aptissima sunt ad præsentis vitæ austeritatem. Cornelius hic.

Ferculum fecit sibi rex Salomon. Cant. 3. 9. Mens pia præsertim mortificationi studens, & crucem Christi ferens, est ferculum Christi, juxta illud 2. Cor. 4. 10. *Semper mortificationem Jesu in corpore nostro circumferentes, ut & vita Jesu manifestetur in corporibus nostris.* Et Gal. 6. 17. *ego stigmata Domini Jesu in corpore meo porto.* Et. 1. Cor. 6. 20. *glorificate, & portate, Deum in corpore vestro.* Hinc S. Ignatius M. vocatus est Deifer, & Christifer. Cornelius hic.

Vadam ad montem myrrhæ. Cant. 4. 6. Mons myrrhæ est anima, quæ mortificat membra sua, quæ sunt super terram. Rich. à S. Vict. hic c. 24.

Ex Novo, Patribus, & aliis.

Obtulerunt ei munera, aurum, thus, & myrrham. Matth. 2. 11. Quid in his non sonat mortificationem? Myrrha quidem primaria est imago pœnitentiæ: autem verò de supplicii transit ad delicias: thus, cum flagrat, flagrat; si torques illud, tunc tibi suavitatem suam inhalat. Oliva l. 9. Strom. hic.

Cum jussisset turbam discumbere super fœnum. Matth. 14. 19. Opinor, quòd turbas jussit discumbere in fœno, propter id, quod dicitur in Is. *omnis caro fœnum.* hoc est, subicere carnem, ac subditum reddere carnis affectum: ut sic possit aliquis particeps esse panum, quibus benedixit Jesus. Origenes hic.

Et calceamenta in pedes ejus. Luc. 15. 22. Cur filio prodigo data calceamenta? S. Chrysost. de patre, & duob. fil. propter mortificationem membrorum. Vitæ enim nostræ cursus in Scripturis per appellatur; & mortificationis species in calceamentis, ponitur; quia de animalium mortuorum pellibus conficiuntur.

Anima quæque in hoc corpore, tanquam in fidibus musicis, quæ sobria est, cum summis, ut ita dicam, digitis, velut nervorum sonos, ita pulsat carnis passiones; ut consonum reddat mortuum, atque virtutum, consentientemque concentum: ut in omnibus cogitationibus suis, in omnibus operibus, id custodiat; ut omnia consilia, & facta, sibi concinant. S. Ambrosius l. de bono mortis c. 7.

Cum carnem aliquis perfecte afflixerit; tunc suavissimum Deo in dulcedine melos reddit. S. Gregor. in Pl. 7. pœnit. Procem.

Pia vita Sanctorum nunquam aliena est crucis Christi; dum continentia clavis desideria carnis configit; & corporeas cupiditates virtute spiritus in se habitantis interficit. S. Leo l. 7. de Quadr.

Spinæ, quæ pedibus infixæ, non solum retinent, retardantque; verum etiam enecant; peccata sunt: à quibus durities calceorum defendit; continentissima videlicet, tenuis, ac dura, vita. S. Gregor. Niss. l. de vita. Moyf.

Confueverunt pueri rumpere vestes antiquas, ut citius habeant novas. S. Bonavent. diat. Sal. D. 6. Pent.

Terra. Lem: *Vulnere virescit*. Vel: *Sauciata seractor*. S. Leo f. 4. de jejun. Pent. terra carnis nostræ, nisi assiduus fuerit fauciata culturis, citò de segni otio spinas, tribulosque, producit; & partu degeneri dabit fructum; non horreis inferendum, sed ignibus concremandum. Picinelli.

Crystallus. Lem: *Rigora nitescit*. Id.

Echinus. Lem: *Asperitate tuus*. Id.

Rosa. Lem: *Et neglecta viresco*. Id. vel: *Et rubent & pungunt*.

Phoenix in flammis. Lem: *se necat, ut vivat*. Malen. Vide Caro.

Num. 3.

Symbola mortificationis animi.

Maledictus, qui prohibet gladium suum à sanguine. Jer. 48. 10. Maledictus est, qui suos hostes, id est, affectus pravos, mortificationis gladio non cœdit, sed vivere patitur, & dominari. Illi enim sunt hostes Dei, æquæ ac animæ; quam, nisi occidantur, occident. Cornelius hic.

Crux est mortificatio affectionum; ita ut moveri nequeant, & operari. Theophylactus in Luc. 23.

§. II.

Motiva varia mortificationis

Carnis, & animi.

Respexit Dominus ad Abel, & ad munera ejus; ad Cain vero, & ad munera illius, non respexit. Gen. 4. 4. Cur? Mendoza in 1. Reg. 1. quia Abel obrulit sacrificium cruentum de gregibus; Cain autem incruentum de frugibus. Cruor enim Sacrificio suffusus, sive in typum Dominicæ Passionis, sive propriæ mortificationis, victimam Deo reddit gratiorè.

Sponsus sanguinum tu mihi es. Ex. 4. 25. Hoc dicat Christo verus Christianus, præsertim Religiosus: tum quia tuò sanguine animam meam tibi coëmisti, & desponsasti, tum quia à me vicissim, ut sim sponsa, te digna, sanguinem meum, imò carnem, & vitam meam, exigis: dum doces mortificandas concupiscentias carnis, & sanguinis. Cornelius hic.

Est martyrii genus, & quadam effusio sanguinis! in quotidiana corporis afflictione, S. Bernardus f. 1. in octava Paschæ.

Sepulturam præparat Christo, qui secundum Apostolum mortificat membra sua, quæ sunt super terram. S. Zeno f. de jejun.

Sicut pater curam gerit filii sui; ita Deus curam gerit corporis, quod pro ipso affligitur. S. Isaacus l. 1. de coetempu mundi c. 14.

Insigne martyrii genus est, vitiorum cohibere motus, atque cupiditatum recesare pruritus. S. Laurent. Just. f. in festo S. Laurentii M.

§. III.

Mortificationis utilitas, & subsequens delectatio.

Mirra, & gutta - à domibus eburneis, ex quibus delectaverunt se filii regum. Pl. 44. 9. 10. Vis domos eburneas spirituali ter accipere? Magnæ domus, & magna taberna-

cula Dei, corda sunt sanctorum. Ipsosque reges, regentes carnem, subjugantes sibi turbas humanarum affectionum, castigantes corpus, & servituti subjicientes, accipe: quia inde delectaverunt eum filia regum. S. August. hic.

Qui delicatè à pueritia nutrit servum suum, postea sentiet eum contumacem. Prov. 29. 21. Servus animæ est corpus: qui ergo illud delicatè nutrit, sentiet sibi illud rebelles; ut suis deliciis addictum, nolit animæ obsequi ad orandum, meditandum; cæteraque opera poenitentia, & arduarum virtutum. Cornelius hic.

Ego vivo, & vos vivetis. Joan. 14. 19. Cur non dixit, & vos vivitis? Non ita; sed omnimodo mortificatio convenit homini, qui velit gloriosam postmodum ingredi vitam. Baza. t. 3. l. 14. c. 17. 8. 22.

Mibi Mundus crucifixus. Gal. 6. 14. Non solum, inquit, mortuus Mundo, sed & crucifixus. Omnia, quæ Mundus amat, crux mihi sunt: delectatio carnis, honores, divitiæ, vanæ hominum laudes. Quæ verò Mundus reputat crucem, illis affixus sum; illis adhareo; illa torè amplector affectu. S. Bernardus f. 7. in cap. jejun.

Mortui estis. Coloss. 3. 3. Adferne cadaveri omnes regum coronas, & Monarcharum diademata; appone omnes Mundi delicias; nihil moveretur. Immerge illud cœno; exonera in illud injurias, & opprobria; discinde, disseca, feris devorandum objice; nec moveretur, nec sentit. Ex libello, cui titulus solus Deus, Auth. Henrico Boudon. p. 1. Reg. 4. 4.

Audivi vocem de celo, tanquam vocem aquarum multarum - & vocem, quam audivi, sicut citharæ dorum citharizantium in citharis suis. Apoc. 14. 2. Eandem vocem & tonitruum, & citharæ, similem vocat. Rupert. hic. in tonitruo terroris asperitas; in citharis verò sonantibus delectationis est suavitas. Citharizabant, & cantabant: id est, semetipsos affligebant, & gloriam Dei resonabant. Primum vox tonitruum; deinde citharæ melos: quia de dolore oritur gaudium. Naxera in Jos. 1. §. 26.

Lectus quidam noster communis, est terræ hujus amplissimum solum, in quo corpora nostra deposita, tutissimâ sede requiescunt. In hoc autem lectulo ille molliùs dormit, quisquis durius in vita se gesserit. S. Ambrosius f. 28. de duob. in lecto uno.

Quisquis foris sensus suos per timorem Dei à delectatione carnis non restringit, quæ sit interni boni dulcedo, gustare non poterit. Hugo à S. Vict. in Pl. 13.

Quanto magis caro foris atteritur, tanto magis mens interiori spirituali gaudiò consolatur. Id. in Pl. 42.

§. IV.

Mortificationum corporalium exempla. Flagella.

S. Henricus Suso Ord. Prædic. iussit clam sibi confici subligaculum; in quo erant infixæ arcus aspera 150. quarum acumina erant semper ad carnem veris: in ipso noctibus dormiebat. Sedecim annis se ita afflixit. Boll. 25. Jan.

B. Sibyllina soror de poenit. S. Dominici, corpus

corpus suum flagellis crudeliter macerabat. In hyeme cum surgeret à disciplina, genua, mediante sanguine, præ frigore congelata, violenter avellere cogebatur. Boll. 19. Martii.

V. Ida asperimis spinarum virgulis totum corpus dirisimè lacerabat. Id. 13. April.

S. Catharina Sen. ter quotidie, exemplò S. Dominici, catenà ferreà se cadebat: in singulis flagellationibus horam, & dimidiam, impendebat. Id. 30. Apr.

S. Brigitta sextis feriis de careis stillas candentes eliquabat super nudam carnem; & amarissimam radicem tinebat in ore. In Bulla Canoniz. Bonifacii IX.

Leo Monachus, cum jam, ut fert opinio, 14. atatis annos excedat, postquam se constanter inclusit, hac etiam lege constrinxit, ut quotidie se scopis gravioribus atterat; nullò etiam die, nisi celebrioribus festis, circa vespere tantum comedendi consuetudine solvat. B. Petrus Dam. l. 6. ep. 30.

Carolus V. moribundus Philippo II. Hispaniarum regi filio suo cilicium asperum, & flagellum cruentum, in manus tradidit. Idem fecit Philippus II. moriens Philippo III. filio hoc ipsum à patre acceptum munus offerens. Drexelius opus. 13. Salomon. c. 17. §. 3.

S. Elisabeth regis Ungariæ Andree filia sextò quoque hebdomadis die virgarum flagellis in tenerum corpus animadvertēbat. Surius ex Jacobo Montano Spirensi.

Philippus tertius Hisp. rex flagellò, quod Carolus V. suo sanguine tinctum ei transcripserat, ita usus est, ut non nisi affusò cruore proprio illud poneret. P. Rho exempl. virtut.

Extrat in hanc diem flagellum multò conspersum sanguine, quò fluebat, cum se cederet. Vitæ Ferdinandi secundi c. 14.

Cilicia.

S. Carolus M. senilem carnem cilicid attrivit. Spondanus A. 814. n. 5.

S. Jonnaes Anachoreta 25. annos sub dio transegit; vestis ei cilicium, ferramentis magni ponderis totum corpus configebat. Boll. 23. Febr.

A morte B. Petri Hieremie Ord. Præd. ferrea zona lumbis adeò inhaerens inventa, ut neque evelli, neque lima discindi potuerit; itaque cum ea sepultus. Boll. 3. Martii.

Philippus tertius Hisp. rex cilicium purpurâ palliare nôrat. P. Rho exempl. virtutum.

In cubando.

S. Eustrathius Thaumaturgus, Monachus factus fertur, nunquam supinus jacuisse, neque totis 75. annis, quibus cursum vitæ peregit, dormiturus in sinistram latus deposuisse. Boll. 9. Jan.

S. Paula vidua Romana super durissimam humum stratis ciliciosis quiescebat. S. Hieron. in vita ejusd.

V. P. Marcellus nunquam persuaderi potuit, ut unquam dormiret in lecto, vel cum stragulo; sed in storea, vel stramento, ipsi quies erat; pro pulvino capitis Breviarium involutum palliò. In vita.

Mortificatio gustus.

B. Antonius à Stronecone Ord. Min. Laciùs in summis æstatis caloribus calidam bibebat à *Polyantb. Sacr. Tom. II.*

synthiò temperatam. Deinde absynthium quatuordecim annis jam usò velat dulcissimum erat cibus. Boll. 7. Febr.

B. Christina de V. Comitibus ferià quavis sexta bibit acetum cum felle mixtum. Boll. 14. Febr.

S. Aubertus Presb. Ord. S. Benedicti viginti duobus annis abstinuit ab omni potu. Boll. 7. April.

B. Helena vidua tertii Ord. Erem. S. Aug. octodecim annis jejunavit quotidie in aqua, & pane; quibus aliquando addebat herbarum radices. Immiscebat aquæ potui terram, & cinerem; vesperi illum felle, & acetò miscebat: diebus autem veneris ad prandium aliud non adhibebat, quàm panem; & solum fellis, atque acetì, porum. Boll. 23. April.

In frigore.

S. Laurentius Just. dum Monachus esset, rigente hyemè ad ignem accedere nunquam visus est. Pater quidam ad ignem invitabat; recusantis palpavit manum: cumque obrigentem frigore sentiret, admirans inquit: ò fili! magnus calor est, quo intus ardes, si frigora ista non sentis, quibus obriguisti. Boll. 8. Jan.

B. Oringa, sive Christiana V. etiam hyemè nudis pedibus incedebat, signans sæpe vestigia sanguine; plerumque, quamvis fatigata, in nuda humo jacebat. Boll. 10. Jan.

Varie alia mortificationes.

S. Simeon Stylita, postquàm tredecennis factus Monachus, invenit ad puteum funem è fetis textum, eod; totum corpus circumcinxit; perduravit ita circiter annò uno: qui funis depastus est carnes, & penetravit usque ad ossa; & carne putrefacta regi cœpit, ut præ graveolentia nemo prope eum consistere posset; sed & stratum ejus vermibus repletum est. Cum jussu Archimandrita tentarent eum exuere, non potuerunt; ita erant indumenta putrefacta carni agglutinata: tribus diebus tepidâ aquâ, & oleò, eum maceraverunt, & vix sic exuere potuerunt, funis autem propemodum cerni non poterat. Clamabat autem B. Simeon: finite me canem foetidum sic mori, finite scelera mea sic puniri. Per medicos avulsò fune intrâ quinquaginta dies curatus, dimissus est. Inde ingressus puteum sinè aquâ; ubi magna vis spirituum habitabat, & aspidum, viperarum, ac serpentium, ut multum transire timerent; in hunc se dimisit, septemque diebus in eo latuit. Boll. 5. Jan.

B. Margareta Ungarica V. filia Belæ regis Ung. cilicid frequentèr usò asperimò de crinibus equorum, & pilis porcorum; circulo inclusa ferreo pectus stringebat. nocte quavis se crudelissimè flagellavit. faciebat se per alias verberari usque ad sanguinem, & aliarum fatigationem. à carnibus abstinuit toto vitæ tempore. Boll. 28. Jan.

S. Francisca Romana duplici quotidiano cilicid, & aculeis ferreis, assidue carnem macerabat ardentis carei stillas super nudam, vulneratamque, carnem faciebat decedere. Boll. 9. Martii.

TITULUS XXV. MUNDUS.

§. I.

De materiali.

Num. 1.

Tempus creationis.

Factum est vespere, & mane, dies unus. Gen. 1. 5. fuit hæc prima dies mundi Dominica: nam septima ab ea fuit Sabbathum. Cornelius hic.

Protulit terra &c. Gen. 1. 12. Hinc sequitur, hęc die tertiõ paradysum plantatum. Concilium Palæstinum habitum sub Victore P. A. 198. definit, mundi diem primum fuisse 25. Martii, quõ B. Virgini annuntiatum, & incarnatus est Christus, & quõ post 34. annos passus. Cornelius hic.

Vernõ tempore est perfectus Mundi ornatus. V. Beda in hexam. S. Thom. in c. 1. Gen.

Veris tempore Deus condidit Mundum. S. Gaudentius tr. 1. in Ex.

Aprili mense instante jam ver est reliquum. hoc tempus est creationis Mundi. S. Cyrill. Jerof. Catech. 14.

Multi autumant Mundum factum esse in autumno; sed in vere creditur creatus, & re-creatus. Hugo Card. in Gen. 1.

Duratio. Finis.

Complevitque Deus die septimõ opus suum. Gen. 2. 2. Symbolicè sex dies significant sex millia annorum, quibus durabit Mundus (mille enim anni sunt coram Deo sicut dies unus Ps. 89. 4.) ut docet S. Hieron. in Ps. 89. Irenæus. 5. c. ult. Justinus q. 71. ad Gentiles. S. August. de Civ. l. 2. c. 7. Hinc & sex primi parentes, Adam, Seth, Enos, Cainan, Malalael Jared, mortui sunt; septimus Enoch vivus in cælum translatus: quia post sex millenarios annorum labores, & mortis, sequetur vita æterna, ait Isidorus in glossa c. 5. Cornelius hic.

Appropinquavit regnum celorum. Matth. 4. 17. Hoc jam, fratres Charissimi, etiam Evangelium taceat, Mundus clamat: ruinae namque illius voces ejus sunt. Qui enim tot atritus percussioneibus, à gloria sua cecidit, quasi jam nobis è proximo regnum aliud, quod sequitur, ostendit. Ipsi jam, & à quibus amatur, amarus est. Ipsæ ruinae eis prædicant, quõd amandus non est. Si Mundus cadit, & nos eum amando amplectimur; opprimi potius volumus, quàm habitare. S. Gregor. moral. hom. 4. hic.

Non longè à fine absumus; sed jam Mundus properat: hoc bella, hoc afflictiones, hoc terræ motus, hoc extincta Charitas, significat. Quemadmodum enim corpus, jam adventante morte, innumeris malis afficitur, & domus prope casum in rimas fatiscit, & prius à tecto, & parietibus, multa decidunt: ita & orbis terrarum ad finem properans tantis undique malis conteritur. S. Chrysof. hom. 33. in Joan.

Creatus hic Mundus rursus renovabitur: pertransibit hic Mundus, ut pulchrior restitatur. S. Cyrill. Jerof. Catech. 15.

Mundi Conservatio.

Appendit, tribus digitis molem terræ. Il. 40. 12. Tribus scilicet præcipuis, quæ à Patris omnipotentia, Filii Sapientia, & Spiritus S. bonitate, & charitate, continuè procedunt, operibus, creatione, conservatione, providentia; de Ponte in Procem. tom. 1. de perfect. hom. Christ.

Dei sapientia hoc totum, acsi lyram tenens, & terrenis aëria, aëriisque cœlestia copulans, & singulis universa connectens; nutuque; ac voluntate, circumagens Mundum unum; & unum ejus ordinem, pulchrè, atque aptissimè, conficit. S. Athanasius lib. contra Gentiles.

Actum est de Mundo, Mundi que tota substantiã; si vel unõ momentõ Divinitatis cesset imperium. S. Zeno Ver. f. de 1. Corinth.

Num. 2.

Mundi laudes, varia nomina, & comparationes.

Faciamus hominem. Gen. 1. 26. Denique, ubi omnia sub ornatu excoluit, & convenienti ordine omnia disposuit; & mensam largam instruxit, variis & omnimodis, refectam edulii; copiamque, & opes habentem; & quasi quis dicat Regiam &c. tunc tandem fruiturum his omnibus format; cui visibilibus omnium potestatem tradat. S. Chrysof. hom. 7. in Gen.

Ornatus Pontifex. Ex. 28. 5. creaturatum omnium typum portabat in vestibus Sanctis; in quarum coloribus totius Mundi similitudinem proferebat. Byssus enim terræ deputatur, de qua gignitur purpura mari, quia ex ejus cochleis gignitur. Hyacinthus aeri, cujus speciem habet. Coccus, propter ruborem, igni, vel atheri. Arnoldus Carnot. tr. de 6. & 7. Verb.

Factum est autem in Sabbatho secundo. Luc. 6. 1. Quid sibi Sabbathum velit? quid seges? quid spicæ? non mediocriter mysterium est. Ager enim est omnis hic Mundus. Agri seges, in fatiõne humani generis, fecunditas numerosa Sanctorum. Spicæ agri, fructus Ecclesiæ, quos operibus decutentes suis Apostoli pascebantur, nostro se alentes profectu. S. Ambros. l. 5. hic.

Mundus divinæ Majestatis insigne est; ut per ipsum Dei sapientia manifestetur. S. Ambros. l. 1. hexam. c. 5.

Est velut communis quidam liber, & catena alligatus (ut assolent) sensibilis Mundus iste; ut in eo sapientiam Dei legat, quicumque voluerit. S. Bernardus f. de verb. Pf. audiam quid loquatur. Mundus iste domus Dei est; & ordinatissima est; qualem decet esse tanti principis domum. Quõd si quæ inordinate fieri permittuntur; ad maximum ordinem per Dei justitiam, & pœnam debitam, rediguntur. S. Thom. Vill. conc. 1. D. 1. Advent.

Mundus iste non solum in usum, & in ministerium; sed & in doctrinam, & magisterium, datus est. Id. conc. 1. de Nat. B. V.

Potest

Potest non incongruè Mundus iste visibilis puerorum chartis comparari: in quibus prima literarum rudimenta discimus; & in quibus ex literis Syllabas, ex Syllabis dictiones mufitantes cum labore componimus. Ità omnino, ita fumus in hoc Mundo, veluti parvuli in schola; ubi quisque, quamvis doctissimus, parvulus est. Id. conc. 1. de S. Augustin.

Terra exercitium est hominis, cœlum corona. S. Ambros. l. 6. ep. 38. Quid est Mundus? nisi quidam agon plenus certaminum. ib.

Est Mundus iste quasi quidam hortus, cujus Deus est quasi hortulanus. Petrus Blesens. f. 22. de SSS. Trinit.

Univerfus iste Mundus veluti quidam liber est, digito Dei scriptus; in quo singula creaturæ, tanquam singula literarum figuræ sunt. Blofius parad. an. c. 28.

§. II.

De Mundo morali.

Mundus fallax, deserit, spoliat, &c.

Rapit uni, ut det alteri.

Filia eorum composita, circumornata, ut similitudo templi. Pl. 143. 12. Quidquid possunt, furantur; ut filias suas ornent, tanquam templi imagines. Mundus est tanquam sacrista pauper; vix aliquem vestire potest, quin nudet alterum. Diez. conc. 3. D. 3. Adv.

Omnis vallis implebitur. Luc. 3. 5. O mortalium conditio planè mortalis! en rerum vicissitudinem! mons deprimitur, collis attollitur; hic impleretur, ille evacuetur. Sanè, vallis impleta est, quando Lazarus, qui implere non poterat de micis ventrem, Abrahæ finum occupavit; depressusque mons jacuit, cum epulo elevare saltèm oculos nitetur è tormentis. Oliva l. 13. Strom. hic.

Percussit triginta viros, quorum ablatas vestes dedit eis, qui problema solverant. Jud. 14. 19. Samson triginta fociis vestes promisit; easque exsolvere non valens his technis usus est: triginta nimirum Philisthæos obruncans, eos vestibus spoliavit, quas deinde fociis ænigma solventibus tradidit. Ità & Mundus: hos enim denudat, ut illos vestiat. Besseus D. 3. Adv.

§. III.

Aliæ fraudes.

Ex Veteri.

Cumq; consumpta esset aqua in utro, abiecit puerum subter unam arborum & abiit. Gen. 21. 15. Sic Mundus miserè aporiatum, & fatigatum, abiecit. Hugo Card. hic.

Non es passus, ut oscularer filios meos. Gen. 31. 28. Mundus recedentes à se cum gaudio magno vult prosequi; ut vel sic saltèm illis, quos retinere non potest, memoriam sui imprimat. Et hoc est, quod Laban in recessu vult filios osculari; unde sicut Judas dixit: *Quemcumque osculatus fuero, ipse est, tene eum.* Matth. 26. 48. Sic dicit Mundus:

cuicumque claustrali memoriam mei impressero; ipse est, & tenendus est: quia talis sæpe fugit in Mundum; etiam dum cantat in Ecclesia. Hugo Card. hic.

Aperuit utrem lactis, & dedit ei biberere. Judic. 4. 19. Post lac clavum. v. 21.

Dereliquit me Dominus meus, quia agrotare cepi. 1. Reg. 30. 15. Tunc agrotat homo, quando vires deficiunt dando, & serviendi Mundo. Hugo Card. hic.

Mulus Absolonis. 2. Reg. 18.

Salve mi frater: & tenuit manu dexterâ mentum amasæ, quasi osculans, eum. 2. Reg. 20. 9. Amicus Mundi est amicus proditoris; & ejusdem osculum est fraudulentum. *quemcumque osculatus fuero.* Sic facit Mundus illi, quem amare se simulat; sicut fecit Joab Amasæ, quem quasi osculatus occidit. S. Thom. Aqu. opusc. 38. de erudit. princip. c. 11.

Quare apud me indiges, ut queras ire in terram tuam? nullâ, respondet Adad; nihilominus *dimittas me.* 3. Reg. 11. 22. Ut Pharao ad Adad, idem nobis sæpe Mundus: quare apud me egres? nomen geris, & decus; in pretio es; omnia tibi feliciter succedunt. Qui autem patriam cœli amat; respondet, *dimitte me; vadam in patriam meam.* Drexelius Ros. sel. p. 2. c. 4.

Fallax equus ad salutem. Pl. 32. 17. Hic equus est Mundus; qui propriè dicitur *fallax*: quia in necessitate deficere comprobatur. S. Bernardinus f. de desiderabili veritate.

Fallax gratia. Prov. 31. 30. quâ Mundo gratiosi sumus: non enim est, nisi perditio quædam; sicut osculum Judæ. *osculo Filium hominis tradis.* Hugo Card. hic. Sic & Mundus, quemcumque osculatur osculo collatæ dignitatis, vel prosperitatis; tradit in mortem. Id. Salve mi frater.

Ecce in pace amaritudo mea amarissima. Il. 38. 17. Acsi confiteatur: postquam ad pacem mentis, te largiente, redii, magis mihi gravis esse incipit fallax status Mundi. Thom. Kemp. Soliloq. c. 20.

Ex Novo.

Ostendit ei omnia regna Mundi. Matth. 4. 8. Idè vaser hostis in præaltum montem Jesum transtulit; ut, eminus intuens regna terrarum, illiceretur eorum fucò: quem certè ridendum sciebat cominus intuenti. Quàm liberalis est Mundus in suarum exhibenda pompa dignitatum! at solos oculos fallaci spectaculo detinet: semper ostendit; semper clamitat, se daturum; raro confert. In momento temporis omnem ambitionis supellestem expromit. Haud igitur grandis pompa hujus Mundi, quæ tam brevi temporis puncto exponi potest. Oliva l. 13. Strom. Luc. 4.

Assumpsit eum diabolus in montem excelsum valde. &c. lb. Miser! malus vis esse; sed non potes: cupis tentare; sed nescis. S. Chrysol. f. 11. Cur? quia in montem celissimum ducit; & à mundialibus rebus longissimè

simè separat. Debuisset terrenis rebus inferere Naxera in Jos. 18. §. 29.

Osculatus est eum. Matth. 26. c. 9. Velut Judas osculo tradit Christum; sic Mundus suo suaviò demonibus tradit Christianum, in tantum dicens: quemcumque sauciavero, ipse est vester, tenete eum. Simon. Cas. l. 8. c. 40.

Villam emi; & necesse habeo exire, & videre illam. Luc. 14. 18. Imprudentiam hic adverte in mundanis nundinis sat vulgarem. Nempe mortales prius emere, quam explorare. En ille epularum repudiator villam spectatum it; quam jam emerat. Stultum mercatorem villæ mulier arguit Prov. 31. 16. *consideravit agrum, & emit eum. Juga bovum emi quinque, & eo probare illa.* v. 19. Laborat secundus infitor infaniã primit: juga emit; tum probat. Oliva l. 13. Strom. hic.

Pax vobis; & cum hoc dixisset, ostendit eis manus, & latus. Joan. 20. 19. 20. Magnò mysteriò dans pacem ore, simul latus, & manus, præbet: ut denotet, pacem, quam ore debat, se etiam corde, & manibus, seu operibus, conferre. Luc. 24. 39. dicit: *videte manus meas, & pedes meos: quia ego ipse sum.* Non alius verbis, alius corde, alius rebus. Nec pacem, quomodo Mundus dat, ego do vobis: Mundus quippe ad instar Judæ pacem oris osculo dat: corde, & manibus insidiosè tradit. Sylveira hic. q. 5.

Mulier habens poculum aureum in manu sua plenum abominatione. Apoc. 17. 4. Calicem, seu populum, Babylonis, dulcem intelligimus deceptionem &c. ubi ad illiciendos populos adhibuit sonitum tubæ, fistulæ, & cytharæ &c. ut festivâ sonorum suavitate inebriati omnes populi, & tribus, & lingue, caderent adorando statuam auream, Rupertus de victoria verbi Dei l. 6. c. 15.

Ex Patribus, & aliis.

Quid strepis ó Munde? immunde quid strepis? quid avertere conaris? tenere vis periens; quid faceres, si maneres? Quem non deciperes dulcis; si amarus alimenta mentiris. S. August. l. 29. de V. D. secundum Lucam.

Vides magnam molem? habes, quod videas, & non habes, quod teneas. Solidior est fumus igni proximus, & terræ proximus: attenuatus evanescit, & disperit; quando se multum extulerit. S. August. l. 109. de tem. loquens de fumo.

S. Petrus Clementem docebat, Mundum hanc esse plenam fumò domum. Clemens Rom. in ep.

Vix habet Mundus, ut fallat. Perlit imago illa rerum ad decipiendum usque decora. Prius nos seducere verò cogitabat fulgore; non poterat. Prope jam non valet & ipsa nos falsa ostentatione corrumpere. Solidis bonis carebat; ecce deficit etiam caducis &c. S. Eucherius ep. Paræn. ad Valerianum.

O pravariatores, revertimini ad cor; intelligite non intelligentes; quia omnes promissiones mun-

di seductoriae sunt; omnes blanditiæ venenatæ: & delectationes pocula mortalia; viæque ejus sempiterna mors. S. Laurent. Just. de virtute fidei c. 1.

Præfens seculum iniquitate superabundans, utrum fideliter diligit, sæpissimè ignoratur. O quam jugiter fingit; & sanctæ charitatis tegumentò se vestit. S. Laur. Just. l. de Refurr. D.

Mundus est falsus amicus; qui in morte deserit, de suo non tribuit, auxilium nullum impendit. S. Bonavent. l. 97.

Mundus anguilla est similis; quæ sæpe, dum teneri creditur, non habetur: imò, quantò manu fortius stringitur, tantò citius de manu egreditur. Id. f. 102. D. 11. Pent.

Videbis aliquando in aere nubem hominis magni, turrisve excellæ figurâ; sed mox ventò rapta dissolvitur, & evanescit. Talis est spes nostra in Mundo collocata. Promittit Mundus turres dignitatum; sed omnia hæc sunt arces in aere fabricatæ, quæ celerrimè dissipantur. Diez Mundi contemptus.

Meritò Mundus in S. Scriptura vocatur hypocrita: quia cum foris valde speciosus sit; intus tamen plenus est corruptione, & vanitate. Si Mundus apertus esset, statim deprehenderetur esse vanus, & falsus. Quidquid enim est in Mundo, præteritum, præfens, aut futurum est: quod præterit, jam non est; quod futurum, in certum est; præfens verò instabile, & momentaneum. Stella de cont. van. p. 1. c. 4.

De latronibus Ægyptiis refert Seneca: quòd itinerantes non tumultuariè pro more grassatorum nostratium, neque efferatè, invadebant, sed humanè conveniebant; blandè ex jumento, si quò fortè vehebantur, submittebant; magnificis promissis lactabant; arcè quoque amplexabantur. Et quando iratus viator talibus blandimentis delinitus, optimè secum agi putabat impii sicarii miserum trucidabant. In hoc amplectuntur, ut strangulent, inquit Seneca ep. 47. Horum prædonum similis Mundus fallax; qui, cum adulari, strangulat. Didacus Niss. f. 3. D. 5. Quad. §. 3.

Vulpes glaciem transitura aurem applicat, non confidens se ei, si subitus aquam fluentem audiat; timens nimis esse tenuem. Mundi gloria splendens glaciens; sed fragilis. Plus crede literis scriptis in glacie, quam Mundi fragilis vanæ fallaciæ. Appone autem, audies fluxum. Mundus tranlit, & concupiscentia ejus. Joan. 2. 17. Johngen p. 3. Exh. 28.

Anguilla Lem. *Compressa dilabitur.* Picinelli.

§. IV.

Mundus vanus, fragilis, instabilis.

Ex Veteri.

Vidit in somnis Scalam. Gen. 28. 12. Scala est hujus vitæ in constantia; in qua alii è summo dejiciuntur in imum; alii ex imo evahuntur in summum; idque ad Dei nutum, & voluntatem; qui scalæ huic incumbens eam dirigit. Philo de somniis. Jeri-

Jericho olim urbs fuit magna, populosa; unde & suum regem habuit, ut patet. Jos. 2. 2. sita in regione campestri, & pinguiissima; ubi balsamum præstantissimum, nusquam alibi. Abundat rosætis, cannis, melle, palmetis; unde & civitas palmarum appellata. Est typus Mundi, qui mutatur ut luna. Odoratas delicias suis amatoribus exhibet; sed instar odorum evanescent. Cornelius in Jos. 1.

Clangentibus tubis-muri illicò corruerunt. Jos. 6. 20. Disce, quam infirma, exilis, & vana, sit Jericho, id est, Mundi gloria: ut pote quæ folis tubarum flatibus ruit, & evanescit. Cornelius hic.

Gaudium hypocrita ad instar puncti. Job. 20. 5. Hypocrita est hic Mundus; cujus gaudium est instar puncti; quod nec latum, nec longum, nec profundum. S. Bonavent. foli- loqu. c. 2.

Circumdabunt eum salices tormentis. Job. 40. 17. Mundus iste, propter velocem volubilitatem suam, torrentis nomine appellatur. V. Bedain Jobl. 3. c. 9.

Vidi impium superexaltatum, & elevatum, sicut cedos Libani: & transivi, & ecce non erat. Ps. 36. 35. 36. Dum intuetur remotior, videt non fuisse: in propinquo videt exaltatum; remotius non esse. Ni transisset, veritatem non spectasset. Naxera in Jos. 18. §. 29.

Vox tinnitui in rota. Ps. 76. 19. Non intelligo. Audiam, quid dicis: apparuerunt fulgura tua orbi terrarum. Orbis terrarum est rota: nam circuitus orbis terrarum meritò & orbis dicitur. S. August. hic. Ita ille hunc textum legit.

Foderunt sibi cisternas, dissipatas, quæ continere non valent aquas. Jer. 2. 13. Vere cisterna dissipata honor, cisterna perforata voluptas, divitiæ, & omnis prosperitas mundialis: non valet aquam continere. Triduo placet, & statim evanescit omnis illa consolatio; & fastiditur, & displicet. S. Thom. Vill. f. D. 3. Quadr.

Ex Novo.

Video homines velut arbores ambulantes. Marci 8. 24. Quam bene vidit arbores Symbolum vanitatis: marcent hodie avulsæ, quæ heri gratè floribus coronatæ. Cæcus à turba separatus videt, quam caduca sint, quæ ab hominibus habentur firmissima: eductus agnoscit, in civitate non videt. Naxera in Jos. 18. §. 29.

Misit illum in villam suam-in se autem reversus. Luc. 15. 17. Qui inter homines à se migrarat, inter bestias ad se reversus est. Quid ejus illustravit mentem? à terrenis separatio, & à longè spectans Mundum. Id. ib.

Cum appropinquaret Jericho. Luc. 18. 35. Sapienter Christus prope Jericho illuminavit cæcum: ut primò mox intuitu discat Mundi fœditatem; conjiciatque ex ruinis urbis orbis vanitatem præsentem, & futurum excidium. Oliva l. 13. Strom. hic.

Ex Patribus, & aliis.

Credendum est; hunc Mundum esse alienum, & in eo nihil nobis proprium, nisi fidem, Religionemque. S. Justinus ep. ad Zenam, & Serenum, fratres.

Desertum plangimus hujus Mundi: desertum enim dicitur res, ubi non manetur: quia ergo hic non permanetur, desertum dicitur. S. Chrysol. hom. de Jephthe.

Umbra, & somnium quoddam, est erraticus hic Mundus. S. Ephrem de judicii lamentatione.

Omnia Mundana, umbra, fumus, & bulæ, sunt. S. Nilus Cap. Paræn.

Mundus iste semper tendit ad non esse; & per momenta singula fluit ad nihilum. S. Laur. Just. discipl. mon. conversat. c. 1.

Mundus iste est instar domus; quæ habet duas portas: unam ad intrandum, scilicet navitatem; alteram ad exeundum, scilicet mortem. S. Vinc. Ferr. f. f. 4. Pasch.

Iste Mundus est ut arbor; fructus ejus sunt honores, dignitates, divitiæ. Et quilibet vult colligere: sed jam minatur ruinam. Id. f. in Vigil. Pent.

§. V.

Mundus plenus periculis.

Ex Veteri.

Vallis autè sivestris habebat puteos, multos bituminis. Gen. 14. 10. id est, Mundus habet multa retinacula. Hugo Card. in Ps. 58.

Timuit Elias, & abiit. 3. Reg. 19. 3. Non mulierem fugiebat Propheta tantus; sed sæculum. Nec mortem timebat, qui se obtulerat requirenti: & qui dicebat ad Dominum: recipe animam meam. Tædium vitæ istius sustinens, non cupiditatem: sed fugiebat sæcularem illecebram, & conversationis maculosæ contagionem. S. Ambros. l. de fuga sæculi c. 6.

Quoniam ipse liberavit me de manu venantium. Ps. 90. 3. Multi sunt venatores in isto Mundo, qui animas nostras venari conantur. S. Hieron. hic.

Torrentem pertransiit anima nostra. Ps. 123. 5. Sæculum præfens est. Quia ergo omnis caro fœnum, & omnis gloria ejus tanquam flos agri; hujusmodi levità facile secum trahit torrens inundans. S. Bernardus D. 4. Pent. de David & Goliath &c.

Sicut liliam inter spinas. Cant. 2. 2. Plenus est Mundus spinis: in terra sunt, in aere sunt, in carne tua sunt. Versari in his, & minimè lædi, divinæ potentie est, non virtutis tuæ. S. Bernardus l. 48. in Cant.

Scito, quoniam in medio laqueorum ingredieris. Eccli. 9. 20. Non dixit, juxta laqueos pertransis; sed in medio laqueorum. Utrinq; nobis voragines, utrinque doli. Navigium Mundum esse puta; temonem, suppositam terram; velum cælum; vectores homines; mare subjectam abyssum: quomodo igitur

igitur tantò naufragium tempore non esset factum? S. Chrysof. hom. 15. ad pop. Antioch.

Spiritus vite erat in rotis. Ezech. 1. 21. Rotas vidit Ezechiel; sed spiritu vitæ plenas; in rotis Mundi non spiritus vitæ, sed mortis. Incert. Auth.

Ex Patribus, & aliis.

Paulisper te crede subduci in montis ardui verticem celsiorem: speculari inde rerum infra jacentium facies; & oculis in diversa porrectis, ipse à terrenis contactibus liber, fluctuantes Mundi turbines intueri. Jam sæculi & ipse misereberis; tuique admonitus, & plus in Deum gratus, majori lætitiâ, quod evaseris, gratulaberis. S. Cyprianus ep. 2.

Christianis Mundi hic pelagus est. Sicut enim mare adversis excitatum procellis, insilit, & tempestatem navigantibus facit; ita, & sæculum, perfidorum conspiratione commotum, perturbat Fidelium mentes: & tantâ diversitate hoc agit inimicos; ut, quid prius evitandum sit, ignoretur. S. Ambros. in c. 8. ep. ad Rom.

In mari tempestas furit, stridunt procellæ; sed piscis natat, non demergitur, quia natare consuevit. Ergo tibi sæculum hoc mare est: habet diversos fluctus, undas graves, sævas tempestates. Et tu esto piscis; ut sæculi te unda non mergat. S. Ambros. de Sacramentis l. 3. c. 1.

Hoc sæculum mare est: habet amaritudinem noxiam, habet fluctus tribulationum, tempestates tentationum. Habet homines velut pisces de suo malo gaudentes, & tanquam se invicem devorantes. Calca mare, nè mergaris in mari. S. August. in Pl. 39.

Nolite credere, nolite esse securi: licet in modum stagni solum æquor arrideat; licet vix summa jacentis elementi spiritu terga crispentur: magnos hic campus montes habet; intus inclusum est periculum, intus est hostis. Expedite rudentes, vela suspendite. Crux antennæ figatur in frontibus: tranquillitas ista tempestas est. S. Hieron. ep. 1. ad Heliiodorum.

Multi laquei, quocunque progredimur. Laquei in corpore, laquei in lege, laquei in pinnis templorum, laquei in Philosophis, laquei in cupiditatibus: laqueus in pecunia, laqueus in religione, laqueus in studio castitatis. S. Ambr. l. 4. in Luc. 4.

Vincula complura sunt in hoc sæculo. Vincula sunt desideria vivendi, vincula sunt oblectamenta voluptatum, vincula sunt honorum, vincula conjugii. Id. in Pl. 118. Oecon. 3. Concupivit anima mea.

Quis inter tot passiones hujus corporis, inter tantas illecebras hujus sæculi, tutum, atque intemeratum, servare potest vestigium? Respexit oculus; & sensum mentis avertit: audivit auris; & intentionem inflexit: inhalavit odor; & cogitationem impedivit: os libavit; & crimen retulit: tactus contigit; & ignem adolevit. Denique, qui salvus esse vult, supra Mundum ascendat; quærat verbum apud Deum, fugiat hunc Mundum, terras relinquat: non enim potest percipere illud, quod

est, & est semper; nisi prius hinc fugerit. Id. l. de fuga sac. c. 1.

In Scriptura sacra equi nomine, aliquando lubrica vita pravorum, aliquando dignitas temporalis, aliquando hoc ipsum præfens sæculum exprimitur. S. Gregor. mor. l. 31. c. 10.

Duplicem Mundus aciem producit contra militem Christi: blanditur, ut decipiat; terret, ut frangat. Non nos teneat voluptas propria, non nos terreat crudelitas aliena; & victus est Mundus. S. August. f. 1. de S. Vincentio M.

Mundus iste periculosior est blandus, quam molestus; & magis cavendus, cum se illicit diligit, quam cum admonet, cogitque contemni. S. August. ep. 144.

Res ipsæ singulis diebus, tubâ quavis clarior declamant; quam sint omnia hujus Mundi vilia, quam ridicula, quam turpia, quam periculosa, quam profunda barathri. S. Chrysof. f. 14. in c. 8. ep. ad Rom.

Qualiter, ô anima tenera, & delicata; fragilis, & infirma; deliciis Mundi assueta; gaudiis hujus sæculi, tanquam fecibus vinariis, more porcorum, inebriata; qualiter potuisses, inter tot, & tanta, antiqui hostis retia, inter tot falsa consilia, inter tam varia impedimenta, inter tot innumerabilia amicorum, consanguineorum vulnerantium jacula, in bono perstitisse: qualiter potuisses tot funibus peccatorum circumplexa, in bono profecisse? si non Spiritus S. gratiâ fuisses misericorditer adjuva, & sæpius dulciter consolata, & refecta? S. Bonavent. 7. solennit. de præsentat. pueri Jesu.

Amator Mundi, & voluptatum, homini à facie furentis unicornis fugienti similis: & dum currit, in ingentem scrobem ruit; ac ruendo manus extendens arborem quandam arripit, eamque arctissime retinet sui securus. Respicens autem, duos mures cernit; alterum candidum, atrum alterum, arboris, quam tenet, radicem perpetuo corrodescentes, jamque pene amputantes. Atque insuper, coniectis in imam scrobem oculis, horrendum draconem conspiciat, oculis ignem spirantem, rictumque pandentem. At rursus in gradu illo, cui pedes ipsius innitebantur, quatuor aspidum capita videt, è pariete, in quo consistebat, prominentia. Supernè autem nonnihil mellis ex ramis stillans conspiciat. Quocirca, periculi omnis immemor, in illa dulcedine captanda totus defigitur. Unicornis mors est, scrobs Mundi, arbor vita, mures dies & nox; aspidum quatuor humores corporis, draco Infernus, mellis guttula dulcedo Mundi. S. Joan. Damasc. hist. de Barlaam, & Josaphat c. 12.

Mundus in maligno positus est, plenus laqueis; plenus scandalis, & peccatis; circumseptus periculis, pravis colloquiis, iniquis consiliis, exemplis pessimis, & mortibus animæ infinitis. Petrus Blesens. ep. 142.

Mare tempestuosum Delphinum in aridam ejiciens. Lem: propriis nec parcat alumnis. S. August. f. 13. de V. D. attendite sæculum quasi mare. Amas sæculum? absorbebit te:

ama-

amatorem suum vorare novit, non portare. Picin.

§. VI.

Mundus Deo, & Filio ejus, contrarius.

Phantasma est. Matth. 14. 26. Putabant se Phantasma videre. Phantasma est apparitio incorporeæ rei sub figura corporeæ. Est apparitio umbrosa sub indistincta figura. Est apparitio, quæ fit sensibus conturbatis timore, aut aliquâ passione. Est aliquid existimatum aliud, quàm id quod est. In nocte Christus in adiutorium veniens, daturus requiem fatigatis, securitatem credentibus, creditur esse phantasma. Regnat adhuc hæc pessima existimatio super terram. Existimant phantasma Judæi omnia mysteria Christi; hoc Pagani, hoc Philosophi naturales: & impossibilia, & quedam deliramenta, credunt Christi humiles actiones; & velut phantasma fictum, Christi mysteria. Vitam, & doctrinam, existimant fictiones. Assentiunt autem his graviori delictò Christianorum perditionis peccatores: qui, si credunt quandoque Christi mysteria; phantasmatibus ejus mores attribuunt, pauperem pro Christo fieri, castratum esse propter regna cœlestia, vivere in dejecta prudentia, vilescere coram hominibus, calligare corpus, & reducere in animæ servitutem, insistere vigiliis, orationibus intentos querere solitudines, patienter perpetui passiones, illatas injurias quietò animò tolerare, alienum fieri à parentibus, cognatis, & nois; adhuc dicunt esse phantasma, & phantasticos; imò vefanos reputant talium sectatores. Simon Cas. l. 4. c. 9.

Ita in castellum. Matth. 21. 2. Interdum castellum generaliter signat totum Mundum, qui ab initio prædicationis Apostolicæ contra illos erat, qui verbum Evangelii, quod illi prædicabant, recipere volebant. Haymo hom. in D. 1. Adv.

Quod in hoc Mundo contemptui, hoc pretiosum est apud Deum. S. Ambros. Octon. 3. in Pl. 118. Aufer à me opprobrium.

Elegit Christus in cruce contraria sapientiæ Mundi. Tu magnipendis temporalium suavitates; amaricatus est Christus. Tu magnipendis honores; vilificatus est Christus. S. Bonavent. f. 2. hexam.

Christus despiciendo damnavit, quæ Mundus amabat; patiendo probavit, quæ Mundus horrebat; & illam veritatem docuit, per quam ascenderetur in cœlum. Sim. Cas. l. 13. c. 13. Matth. 27. 11.

§. VII.

Mundus malus, noxius, vilis, in gratus.

Veneruntque duo Angeli Sodomam vespere. Gen. 19. 1. Per Sodomam significatur Mundus. Hugo Card. hic.

Abraham autem consurgens intuitus est Sodomam. &c. Gen. 19. 27. 28. Abraham est quilibet vir justus, qui Mundum intuetur; nec videt de illo ascendere, nisi fumum superbiæ, Polyanth. Sacr. Tom. II.

& favillam inanis gloriæ, quæ de vanitate procedunt. Id. hic.

Jezabel depinxit oculos suos sibi. 4. Reg. 9. 30. Jezabel est Mundus iste; qui depingit oculos, ut pulcher appareat; cum sit turpis. Id. hic.

Quæ est ista, quæ ascendit de deserto? Cant. 8. 5. Desertum est Mundus propter abundantiam mali, & inopiam boni. Hugo à S. Vict. hic.

Onus Babylonis. II. 13. 1. Babylon, quæ interpretatur confusio; eò quòd ibi adificantium turrim sermo confusus sit. Spiritualiter Mundus iste intelligitur, qui in maligno positus est; & non solum linguas, sed opera singulorum, mentesque confundit. S. Hieron. hic.

Venerunt in locum, qui dicitur Gethatha, quod est Calvaria locus. Matth. 27. 32. Moraliter Mundus dicitur Calvaria locus; ubi corda malorum decalvata sunt, id est, ornatu rectorum cogitationum, & affectionum, nudata. Hugo Card. hic.

Cum eo crucifigunt duos latrones, unum à dextris, & alium à sinistris. Marc. 15. 27. Lator sinister est Mundus: qui Christo crucifixo, id est, membris ejus crucem portantibus, insultare non cessat. Id. hic.

Misi Saul ad Isai dicens: stet David in conspectu meo. 1. Reg. 16. 22. Et tamen 1. Reg. 17. 55. querit: *de qua serpe descendit hic adolescens?* Unde tanta oblivio in rege? Assentior Lyrano, qui putat eam ortam esse à diabolica perturbatione. Hoc habet Mundus ingenium, acceptum à diabolo; ut suorum penitus obliviscatur, & minimè suos noscat. Baeza l. 7. c. 1. §. 4.

Erit igitur mihi servus sempiternus. 1. Reg. 27. 12. Davidi, ob illustres de Amalecitis, de Gethuri, de Gerzi, relatas victorias, Rex Gethæus dixit: *erit igitur &c.* O ingratum regem! ob tot labores, pericula spreta, hostes debellatos; servitus promittitur eaque sempiterna? spolia, tituli, honores, cum eo dividendi erant, amicitia fœdera ineunda. Sic oleum, & operam, perdit, qui Mundo servit. Stengelius t. 3. Jud. div. c. 15.

Est hujus sæculi figura humi depressa, vilis, temporalis; nihil habens sublime, nihil stabile, nihil recti; sed omnia perversa. S. Chrysol. l. 20. in c. 12. ad Rom.

In taberna Mundi venditur vinum, quod hominem ducit in oblivionem sapientiæ. S. Bonavent. f. 2. hexam.

§. VIII.

Mundi festa desunt in luctu.

Jesus dolori miscetur, & extrema gaudii luctus. Prov. 14. 13. *Convertam festivitates vestras in luctum; omnia cantica vestra in planctum.* Amos 8. 10. Statua Nabuchodonosoris habebat caput aureum, & pedes terrosos. Dan. 2. 32. *Sordes ejus in pedibus ejus: nec recordat æst finis sui.* Thren. 1. 9. *Omnis homo primum bonum vinum ponit, & cum inebriati fuerint, tunc id*

X

quod

quod deterius. Joan. 2. 10.

Dulcedo hujus sæculi ad tempus fauces indulcat; sed in magnam amaritudinem postea convertetur. S. Aug. in Pl. 123.

Fumus. Lem. Ascendendo deficit. Pici-noli.

§. IX.

Mundus miser miseros facit.

Quid existis in desertum videre? Matth. 21. 7. Deserto Mundus hic comparari videtur. Adhuc incultus, adhuc sterilis, adhuc in fecundus. S. Ambros. in Luc. 7.

Sedens super asinam, & pullum filium subjugalis. Matth. 21. 5. Propterea sedit Dominus hodie super asinam subjugalem, afflictam, & inhonoratam: ut aperte insinuaret; quod magnificentia Mundi asina sit. Subjugalis propter vilissimam servitutem: quia quod super plures ambitiosus satagit dominari; eo necesse habet, pluribus subjugari. Est afflicta propter angustias maxime cordiales; quas, velit, nolit, necesse est ei pati. S. Bernardinus l. 7. art. 1.

Nec hoc vos consterneret, quod segregati estis à Mundo. Si enim recogitamus, ipsum Mundum magis carcerem esse; existit vos è carcere, quam in carcerem introisse, intelligemus. Majores tenebras habet Mundus, graviore catenas induit Mundus, quæ ipsas animas hominum constringunt; peiores immunditias exspirat Mundus, libidines hominum. Plures postremo Mundus reos continet; scilicet universum hominum genus. Tertull. lib. ad Martyres.

Habet Mundus iste noctes suas, & non paucas. Quid dico, quia noctes habet Mundus? cum pene totus ipse sit nox, & totus semper versetur in tenebris. Id. l. 75. in Cant.

O Munde immunde! licet videaris nutritor corporum; tamen carcer es animarum. Idiota contemplant. l. 3. c. 1.

Semper dies mali in sæculo. S. August. in Pl. 93.

Vincula hujus Mundi asperitatem habent veram, jucunditatem falsam; certum dolorem, in certam voluptatem; durum laborem, timidam quietem; rem plenam miseria, spem beatitudinis inanem. Id. ep. 39.

Quantò magis ad Mundum accedis, tantò longius à Deo recedis. Quantò magis foris es sapiens, tantò magis stultus intus efficeris. Quantò magis extralucaris, tantò magis intus perdis. Quantò magis intemporalibus es sollicitus, tantò magis in spiritualibus es mendicus. S. Bernardus l. de miseria humana.

Postrema Mundi ætas plena est malis, tanquam morbis senectus. S. Eucherius ep. Paræn. ad Valerianum.

In hoc senio sæculi, in hac hora novissima, in præcursione Anti-Christi, Mundus, tanquam senex delirus, phantasias plures, & illusiones, somniis similes, pati habet. Joan. Gerson. tr. de distinct. verar. vision. à falsis.

§. X.

Mundus spernendus, fugiendus.

Num. 1.

Symbola.

Egredere. & de domo patris tui. Gen. 12. 1. id est, de hoc sæculo nequam, & conversatione ejus: ut pater Mundus, & mater concupiscentia, sint nobis mortua; & nos ipsi: ut verè dicamus: *Mundus mihi crucifixus est, & ego Mundo.* Hugo Card. hic.

Profectique sunt filii Israel de Ramesse. Ex. 12. 37. Primus transitus est de Ægypto, secundus de deserto. Primò transi de Mundo ad teipsum. Mundum amasti? Mundum despice, & transi. Desere curas sæculi, & age curam tui; & incipies esse cultor eremi. Rediens de Ægypti tenebris, de erroribus mundanis, ad secreta cordis; nihil aliud invenies, nisi locum horroris, & vastam solitudinis. Hæc est enim terra illa deserta, invia, & iniquosa: conscientia videlicet diu neglecta, omnino inculta, spinis, & tribulis, obstrata, & omni horrore plena. Rich. à S. Vict. tr. de exterminat. mali &c. c. 5. Statim absque dubio, ut Ægyptum desereris; ut Mundum post te totum rejeceris; perit causa timoris, causa doloris, radix amaritudinis: radix siquidem malorum omnium est cupiditas. Id. ib. c. 1.

Omnis locus, quem calcaverit pes vester, vester erit. Deut. 11. 24. Pede calcare Mundum, contemnere est; per cujus contemptum dominatio acquiritur Mundi. S. Bernardinus l. 8. tr. de octo beatitud.

Si quidem per viam finium suorum ascenderit contra Bérthames &c. 1. Reg. 6. 9. Velut de domo, solis sunt Bérthames, qui contemptis terrenis omnibus, veri luminis splendoribus illustrantur. De domo quidem solis sunt, qui jam omni Mundo sepulti, ad videntem conditoris sui claritatem flammam mira dilectionis inardescunt. S. Gregor. hic.

Qui perfecit pedes meos tanquam cervorum. Pl. 17. 34. Qui perfecit amorem meum ad transcendenda spinosa, & umbrosa impicamenta hujus sæculi. S. August. hic.

In Idumæam extendam calceamentum meum. Pl. 59. 10. Idumæa interpretatur terrena & significat Mundum: in quam vir justus extendit calceamentum; calcando, & contemnendo, ipsum. Hugo Card. hic. Calceamentum autem, quod fit de corio mortui animalis, & munit pedes, significat memoriam mortis: quæ bene munit pedes, id est affertus; ne ad obices, quos offert Mundus, offendant. Id. ib.

Præcepit turba, ut discumberent super terram. Matth. 15. 35. Ut noceatur constanti in contemptu Mundi. Id. hic.

Ecce duo ceci-clamaverunt. Matth. 20. 30. Quis est, qui clamat ad Christum? qui contemnit Mundum, clamat ad Christum: qui spernit sæculi voluptates, clamat ad Christum. S. August. l. 18. de V. D.

Quid

Quid existis videre. Luc. 7. 24. Ut avicula nidificantes, exterius spinas, & vepres; interius pennulas, molles, levesque res ponunt: sic iusti exterius dura vestimenta, asperitatem, mortificationes; interius suavitatem spiritus, induunt. Stella hic.

Revera quid aliud secularibus, quam ludere videmur? cum, quod ipsi appetunt in hoc saeculo, nos per contrarium fugimus; & quod ipsi fugiunt, nos appetimus. More scilicet ioculatorum, & saltatorum; qui capite missio deorsum, pedibusque sursum erectis, praeter humanum usum stant manibus, vel incedunt. Hoc casto, & religioso, ludo ludebat, qui dicebat: *Spectaculum facti sumus Mundo & Angelis; & hominibus.* 1. Cor. 4. 9. S. Bernardus ep. 87.

Num. 2.

Exempla spernentium.

Cui soror pueri: vis ut vocem ibi mulierem Hebraeam, quae nutrire possit infantulum? Ex. 2. 7. Cum plures Aegyptia admovissent ubera; Moyses puer avertēbat faciem. Idem, cum Pharaō, pueri vernustatem miratus, coronam suam capiti ejus imponeret, puer coronam projecit in terram, & fregit. Hugo Card. hic.

Super pupillum irruitis. Job. 6. 27. Pupillum se Job dicit: quia concupiscentia mater, & Mundus pater, mortui sunt ei; ut verē possit dicere: *mibi Mundus crucifixus est.* Gal. 6. 14. Hugo Card. hic.

Mibi Mundus crucifixus est. Gal. 6. 14. non amanti divitias; non amanti honores saeculi; non amanti quae sua sunt; sed quae Jesu Christi: non amanti, quae videntur; sed quae non videntur: non cupido vitae; sed ei, qui felicitatē dissolvi, & esse cum Christo; crucifixus est Mundus, S. Ambros. l. 6. in Luc. c. 7. Si mihi crucifixus est Mundus, scio, quia mortuus est. Non diligo eum; scio, quia praeteriit: non concupisco eum; scio, quia corruptela consumet hunc Mundum: quasi foetidum vito; quasi luem caveo; quasi nociturum relinquo. Id. ib. Invicem ergo sibi mortui sunt, & Mundus Apostolo, & Apostolus Mundo: dum nihil concupiscit Apostolus Mundi; & dum nihil habet Mundus suum, quod agnoscat in Paulo. Sicut & Dominus ait. Joan. 14. *Venit princeps Mundi hujus, & in me non habet quidquam.* Id. hic in ep. ad Gal. 6. ac si diceret: ad alia quidem omnia mortuus suum; non sentio, non attendo, non curo: si quae verō sunt Christi; haec vivum inveniunt, & paratum. S. Bernardus l. 7. de peregrino, mortuo, & crucifixo.

§. XI.

Mundum spernendi alia motiva.

Ex Veteri, & Novo.

Ophano tu eris adjutor. Pl. 10. 14. Id est, ei, cui moritur pater hic Mundus, per quem carnaliter genitus est; & jam potest dicere: *Mundus mihi crucifixus est, & ego Mundo: ta-* Polyanth. h. Sacr. Tom. 14.

libus enim pupillis pater fit Deus. S. August. hic.

In lectulo meo per noctes quaesivi &c. Cant. 3. 1. Lectulum sibi sancta anima in nocte facit; dum, omnes perturbationes Mundi fugiens, secretum comparat, in quo requiescat. S. Gregor. hic.

Quod signum adventus tui, & consummationis saeculi? Matth. 24. 3. Hoc à Christo quis tyro exquirat, quando Mundus in corde desinet Jesu adventu illustratō? Nam nunquam finitur Mundus in nostro corde, nisi illud invisat, & fecundet, Deus ingressu suo: nec ille eorū visitat, nisi prius in eo Mundus finiatur. Oliva l. 9. Strom. hic.

Misit servum suum hora cœnae dicere invitatis, ut venirent. Luc. 14. 17. Cum cuiuslibet perversē agentī dicimus: convertere, Deum sequere, Mundum relinque; ubi hunc, nisi ad Dominicam cœnam, invitamus? S. Gregor. hom. 36. in Evang. Si cuncta Mundi relinquare non potestis; sic tenete, quae hujus Mundi sunt, ut tamen per ea non teneamini in Mundo; ut terrena res possideatur, non possideat; ut sub mentis vestrae sit dominio, quod habetis: nē mens vestra, dum terrenarum rerum amore vincitur, à rebus suis ipsa magis possideatur. Sit ergo res temporalis in ulu, aeterna in desiderio. Id. ib.

Regnum Dei intrā vos est. Luc. 17. 21. Tunc verē dicitur regnare Dēus, quando nihil mundanum in animabus nostris versatur; sed omnino aliter vivitur, quā Mundus solet. Theophylactus hic.

Nunc princeps hujus Mundi ejicietur foras. Joan. 12. 31. Mittitur diabolus foras, quando ex toto corde huic Mundo renuntiat. S. August. lib. de agone Christiano c. 1.

Surrexit Saulus de terra; apertisque oculis nihil videbat. Act. 9. 8. Visum perdidit ad videandum Mundum: *apertis oculis nihil videbat*, nihil terrenum; sed videbat interioribus oculis Christum. Cœcus fuit, ut se à Mundo averteret, & Mundum ulterius non amaret. S. Bonavent. l. 1. in Convers. S. Pauli.

Ex Patribus, & aliis.

Nihil appetere jam, nihil desiderare de saeculo, potest, qui saeculo majore est. S. Cyprianus ep. 2.

Exeundum nobis est de Aegypto, relinquendus est Mundus; si volumus Domino servire. Orig. hom. 3. in Exod.

Et tu, si vis tanquam Deus peccatoribus esse terrori, regibus reverentiae; ut tanquam Deo tibi videantur subjecti, quia operaris in Dei nomine; contemene, quae saeculi sunt; & Dominicae Passionis opprobrium contende omnibus praeferre divitiis. S. Ambros. in Pl. 118. f. 8.

Ergo eorum (Apostolorum) imitatores non solvant tributum, quibus Deus portio est. Ideo Dominus ait: *reddite*, id est, vos reddite, qui protulistis imaginem Caesaris, apud quos invenitur: ego autem nihil debeo Caesari, quia nihil hujus Mundi habeo. Venit enim hujus

X 2

Mun.

Mundi princeps, & in me inveniet nihil. Nihil debuit Petrus, nihil Apostoli mei, quia non sunt de hoc Mundo. S. Ambros. ep. 1. ad Iulium.

Fugiamus ergo hinc; ubi nihil est; ubi inane est omne, quod magnificentum putatur esse; ubi &, qui se putat quid esse, nihil est; & omnino non est. Id. l. de fuga sæculi c. 5.

Relinquamus ergo umbram, qui solem quærimus; deseramus fumum, qui lumen sequimur: fumus iniquitas est; quia sicut fumus oculis, sic iniquitas, utentibus eam. Umbra est vita &c. Id. ib.

Sed, qui fugit, velociter fugiat, ne comprehendatur; velociter deprædetur hunc Mundum, ut Hebræus Ægyptum. Qui parturit, pariat; ne onusto, & degravato iniquitatibus mentis, uterò, fugere non possit: & fugiat, non quasi lætentem ferens; sed quasi expeditum; non parvulum gestans; sed perfectum in Christo exhibens. Fugiat, non quasi feriat in Sabbatho; sed tanquam operarius in negotio: neque tanquam sterilis in frigore; sed tanquam optimus in messe. Id. ib. c. 6.

Quid magni est, pro illa æterna, cœlestiq; patria, cuncta sæculi huius, quilibet jucunda, blandimenta contemnere. Si pro hac temporali, atque terrenâ, filios Brutus potuit & occidere; quod illa facere neminem cogit. S. August. de Civit. l. 5. c. 18.

Vult te Mundus absorbere; tu absorbe Mundum, & trahere illum in corpus tuum; macra, & manduca. Id. in Ps. 34.

Pereant omnia, & dimittamus hæc vana, & inania; conferamus nos ad inquisitionem veritatis. Vita hæc misera, est mors incerta. Si subito obrepat, quò modò hinc exibimus? Quid cunctamur, relicta spe sæculi, conferre nos totos ad quærendum Deum, & vitam beatam? Id. lib. Conf. 6. c. 11.

Pudet, ac piget, me talia pati, qualia Mundus iste agit. Id. in Man. c. 5.

Qui sic operantur ea, quæ Dei sunt, ut tamen & quædam, quæ sunt sæculi, non relinquunt; sacrificium, & non holocaustum, offerunt. Qui autem cuncta, quæ Mundi sunt, deserunt; & totam mentem igne divini amoris accendunt; hi nimirum omnipotenti Deo sacrificium, & holocaustum fiunt. S. Gregor. hom. 12. in c. 3. Ezech. in fine.

Quisquis ea, quæ Mundi sunt, agere appetit, quasi vigilat; quisquis verò internam quietem quærens huius Mundi strepitum fugit, velut obdormisit. Id. mor. l. 5. c. 22.

Mundana hæc omnia postponere: parva enim sunt, quæ relinquunt; maxima verò, quæ dantur à Domino. S. Cyrill. Jeros. Catech. 1.

Grandis exultatio animæ est, cum parvò contentus fueris, Mundum habere sub pedibus, & omne. S. Hieron. l. 2. adv. Jovinianum.

Nihil potius esse duco, quam si, compressis sensibus, extra carnem, & Mundum, positus, nullas res humanas attingens, nisi quatenus summa necessitas flagitat; tecum, & cum Deo colloquens, supra res omnes, quæ sub aspectum cadunt, vivas. S. Gregor. Naz. or. de recta doctr. sententia.

Curabis, ut solas divinitatis opes tibi compares; Mundumque universum araneorum telis similem semper arbitreris. Id. in Sententiis.

Deo servire quisquam non potest, nisi omnia, quæ in hoc Mundo sunt, propter Deum spreverit. S. Gregor. Nis. l. de vita Moysis.

Cui Christus incipit dulcescere, profectò necesse est amarescere Mundum. S. Bernardus l. in illud Sap. 7. Sapientia vincit malitiam.

Qui pecuniam diligit, non satiatur; qui luxuriam diligit, non satiatur; qui gloriam quærit, non satiatur. Denique qui Mundum amat, nunquam satiatur. Novi ego homines satiatos hoc Mundò, & ad ejus omnem memoriam naufragantes. Novi satiatos pecuniâ, & satiatos honoribus, satiatos voluptatibus, & curiositatibus huius Mundi; nec mediocriter, sed usque ad fastidium satiatos. Et facile est cuique nostrum hanc satietatem per Dei gratiam obtinere: neque enim parit hanc copia, sed contemptus. Id. l. ad Clericos de contemptu Mundi c. 22.

Qui Mundum diligit, sæpe tristitiâ afficitur; qui autem contemnit ea, quæ in Mundo sunt, in perpetua lætitiâ versabitur. S. Nilus or. 5. de tristitia.

Qui Mundum diligit, is, necesse est, ut subinde contristetur, & mœreat: qui autem, quæ in Mundo sunt bona, ne tantilli quidem ducit, jugi lætitiâ perfruatur. S. Antiochus hom. 20.

Si quis Mundum omnino odit, hic tristitiam effugit. Porro si quis quilibet visibilium rerum affectione mordetur, tristitiâ nondum liberatus est. Joan. Chimasus. gr. 2.

Pulchrum est, à Mundo occidere ad Deum, ut ad ipsum oriamur. S. Ignatius M. in ep. quam citat in vita Metaphrastes ad Rom.

Ille plenè omnia terrena possidet, qui omnia huius Mundi plenè despicit, & contemnit. S. Bonavent. Stim. amor. c. 1.

Mundus est derelinquendus; quia à Deo est excommunicatus: ego pro eis rogo, non pro Mundo. Mundus est contemnendus, quia malis legibus institutus. Fugiendus est Mundus, quia nullis bonis fructibus est ornatus. Quis est tam pravus, tam facinorosus; qui ibi habitare vellet, ubi nulla justitia servaretur, nullus bonus usus haberetur. Sed passim omnes caperentur, expoliarentur, & mortibus traderentur? Nonne videtis aves? nonne feras sylvestres, nec non in mari pisces, loca fugere sibi nociva; & quærere sibi, & filii loca tuta. Unde dicitur in Apoc. 18. 4. exite de Babylone populus meus; ut ne participes sitis delictorum ejus. Id. l. 74.

Ejus panis post ablactationem datur infanti; & homo; qui vult delectari in divinis; prius se debet à sæculo, velut infans ab uberibus maternis, abalienare. S. Isaacus de contemptu Mundi l. 1. c. 2.

Temulentum est quoddammodo bonum inter mortales, ac nemine etiam concutiente vix consistit. Isidorus Pelus. l. 2. ep. 126.

Albertus Archi-Ep. Moguntinus, & S. R. E. Card. sepulchro inscribi voluit: *Pernocitavi hic in Mundo; omnes sequimini,*

§. XII.

*Mundus in omnibus patitur defectum.**Ex Veteri.*

Scatere capit vermibus. Ex. 16. 20. Man-
na in diem colligebatur; & si ultra diem
manebat, in vermes convertebatur. Sic, quid-
quid dulce, gloriosum, in Mundo est; si ultra
diem producit, nauseam generat, vermes pro-
ducit. Baeza t. 2. l. II. c. 7.

Defecerunt aqua Jordanis. Jos. 4. 7. Et
in obsidione Bethuliae. Judith. 7. 11. *defecerunt*
cisterna. *Defecerunt in vanitate dies eo-*
rum. Pl. 77. 33. *Defecit caro mea, & cor*
meum. Pl. 72. 26. *Defecit in dolore vita mea,*
Pl. 30. 11.

Fericho autem clausa erat. Jos. 6. 1. Jeri-
cho *defectus*, sive *luna*, interpretatur: signi-
ficat autem hunc Mundum mutabilitati, & de-
fectioni, obnoxium. S. Rupertus hic c. 10.

Panis defecit in sitarcius nostris. 1. Reg. 9.
7. O inopem, & medicum Mundum! omnia
ipsi defunt; & tamen omnia se habere jaclat.
Besseus D. 2. Epiph.

Nutriti illos cum jucunditate; dimisi an-
tem illos cum fletu, & luctu. Baruch. 4. 11.

Ex Novo.

Ostendit ei omnia regna Mundi. Matth.
4. 8. Vanitas harum prosperitatum temporalium
etiam ex hoc apparet; quod dicitur diabolus
in momento ostendisse Christo D. omnia regna
Mundi. Hinc illud Pauli 1. Cor. 7. 31. *prae-*
terit figura hujus Mundi. Diez. Mundi vani-
tas.

Lampades nostrae extinguuntur. Matth.
25. 8. Virgines fatuae habent parva vascula, nec

oleo replentur; sed etiam in parvis deficit. Syl-
veira in Joan. 4. 28.

Quia super pauca fuisti fidelis. Matth.
25. 21. Quae illa pauca? certe omnia illa, quae
in hoc Mundo pretiosissima aestimantur. Ra-
mirez in ep. 2. S. Hieron. notandum, quod om-
nia, quae in praesenti habemus, licet magna vi-
deantur, & plurima; tamen, comparatione futu-
rorum, pauca, & parva, sunt.

Villam emi &c. Luc. 14. 18. Nota: alter
villam, alter juga emit. Unde non mirum, si
fructus sequatur nullus in Mundo; cum vel
ager desit ementi boves, vel juga non
adsint possessori villae. Sanè qui villam emit,
emere, debuit & juga. Alterum semper Sæcu-
laribus deest: cui fortuna abundat, virtus de-
est. Si dives est, non prudens &c. Oliva l. 13.
Strom. hic.

Deficiente vino. Joan. 2. 3.

Ex Variis.

Quid vis? utrum amare temporalia, & tran-
sire cum tempore? an Mundum non amare,
& in æternum vivere cum Deo? S. August. tr.
2. in ep. S. Joan.

Quid potest Mundus promittere? quidquid
libet, promittat; fortassis crastino morituro
promittit. Id. tr. 2. 16.

Vir opulentus, & principum favore mag-
nus, à quodam interrogatus, quid ad omnem
fortunam sibi deesse putaret? respondit: clavum
unicum, quo fortunam tam propitiam affigam,
nè avolet. Sed hactenus hic clavus nunquam est
reperitus. Drexelius Opusc. 7. Joseph. cap. 12.
§. 2.

Luna plena. Lem. *At citò deficit.* S. Ildo-
rus in Jos. 7. Luna Mundi hujus speciem te-
net: quia sicut luna menstruis completioni-
bus deficit; ita hic Mundus ad completionem
temporum currens, quotidianis defectibus ca-
dit. Picinelli.

TITULUS XXVI. MUNERA.

§. I.

Faciunt gratum.

Isaac amabat Esau, eò quòd de venatio-
nibus illius vesceretur. Gen. 25. 28. Digi-
nior erat Jacob, ob virtutis, & ingenii,
praestantiam. Escobar mir. Chr. t. 1. l. 10. Sect.
1. Obl. 5.

Accipe munusculum de manibus meis: sic
enim vidi faciem tuam, quasi viderim vul-
tum Dei. Gen. 33. 10. Quis ferreum pectus
mollescit, aegre vultum Esau mutavit in
divinum? oblata, & accepta munera. Arcones
Dis. 3. in II. c. 1.

Accidit, ut peccarent duo Eunuchi. Gen.
40. 1. & sequ. Ex quibus somniorum circum-
stantiis Joseph alterius fortunam conjicit, & al-
terius calamitatem? Unus munera largitus est:

& tradidi poculum Pharaoni. Alter non est
largitus. Naxera in Jos. 1. §. 48.

Tradidi poculum Pharaoni. Gen. 40. 11.
Vel in somno de largitione curat, qui liberalis;
clausis oculis manus aperit. Pistor somnians
nihil offert. Tam dignus hic supplicio, quia
ad avaritiam pronus; quam ille praemiò, qui
non sibi vinum, sed Pharaoni, propinat. Al-
varez Illustr. 44.

Sumite de optimis terre fructibus &c.
Gen. 43. 11. Abulens. hic: praemonuit illos Ja-
cob, aliqua munera deferre illi viro; ut placabi-
lis illis esset. Noverat enim Jacob; quanta
vis sit muneribus: quia animos iratos conciliant,
& amorem causant.

Tollite in manibus cibaria & occurr-
rite eis, & dicite: servi vestri sumus;
sedus inite nobiscum. Jos. 9. 11. Munera of-
ferunt; ut se dignos adstruant amicitia. Nec

falluntur: susceperunt de cibariis eorum; fecitque cum eis Josua pacem. Naxera hic.

Obtulitque munera Eglon regi Moab. Judic. 3. 17. 19. Regis Eglon ingreditur aulam Hebraeus Aod, aitque, se velle cum rege loqui sine testibus. *Imperavitque rex silentium; egressisque omnibus, qui cum eo erant, ingressus est Aod ad eum.* Si rex Eglon per multos anno. assiduis bellis Israelitas attriverat; cur modò tam facilem aditum præbet Duci Aod, & cum eo solus fermonem miscet? dixerat jam facer Textus, *obtulit munera &c.* Ea enim munerum conditio est, & potentia; ut principum animos alliciat, januas palatii referet, & regios favores facillimè consequatur. Alvarez. Illustr. 44. in Gen. 40.

Stellio moratur in adibus regis. Prov. 30. 28. Quomodo stellio, exiguum animal, alta obtinet? Manibus nititur. Alas non habet, sed manus habet; largis manibus fastigia descendit. Naxera in Jos. 9. §. 19.

§. II.

Munera SS. trium Regum.

Matth. 2.

IN auro regem, in thure Sacerdotem, in myrrha inconcorruptibilem, quamvis passibilem, profitentur. S. Cyprianus de stella, & magis.

Thus Deo, myrrham homini, aurum regi, offerunt S. Leo f. 1. in Epiph.

Imperator est, aurò debet ornari; Dominus; incensum ei debet offerri: homo factus pro nobis, ut habitaret in nobis; de myrrha debet fieri sepultura. S. Fulgentius f. in Epiph.

Scientiam istli, & obedientiam, & charitatem, figuraliter offerebant. S. Chrysof. hom. 8. c. 2. in Matth. c. 2.

Aurum regi, thus Deo, morituro myrrham, Dominicæ devotioni offerunt. S. Chrysol. f. 158.

Alii in his muneribus intelligere volunt Physicam, Ethicam, & Logicam; quas post fidem ad laudem Dei iste Mundus obtulit. V. Beda hic.

Exillimo myrrham esse primam oblationem

incipientium, deinde thus proficientium, denique aurum perfectorum. Guarrius f. in Epiph. Dom.

Offerte aurum dilectionis ardentissimæ; offerte thus contemplationis devotissimæ, offerte myrrham contritionis amarissimæ. Aurum dilectionis, propter bona collata; thus devotionis, propter gaudia præparata; myrrham contritionis. propter peccata perpetrata S. Bonavent. 4. solennit. de Magor. Adorat.

Obtrulerunt aurum tanquam potentissimo regi; thus tanquam potentissimo Judici; myrrham tanquam benignissimo Patri. Id. f. 26. in Epiph.

Quidam sunt boni perfecti; & isti offerunt Deo aurum: quidam sunt boni mediocriter; & isti offerunt Deo thus: quidam sunt mali; & isti offerunt Deo myrrham, per amaritudinem. S. Vinc. Ferr. f. 4. in Epiph.

Aurum Deo offerimus, cum per patientiam probati, in tribulationibus non deficiamus. Thus ei in ara cordis incendimus, cum, interno ejus amore flagrant, per studium compunctæ, & lacrymosæ orationis, ei placere contendimus. Myrrham quoque de nostri cordis arca proferimus, cum pro ejus amore, vigilando, orando, jejunando, petulantiam carnis edomamus. B. Ivo Carnot. f. de Epiph. D.

Offeramus ei de thesauro temporalium aurum; de thesauro corporis myrrham; de thesauro cordis odoriferum thus. Aurum illi offert, qui temporales divitias, quas possidet; in toto, vel in parte, Deo dicat; vel pauperum usus tribuit. S. Thom. Vill. f. in Epiph. D.

Per aurum elemosyna, thus oratio, myrrham mortificatio carnis. Hugo Card. hic.

Hæc quoque munera & nos quoque spiritualiter Christo quotidie offerre debemus. Per aurum enim significatur fides illuminata, vel donum sapientiæ, vel charitas fervida. Per thus verò figuratur bonæ famæ suavitas, vita exemplaris; vel affectuosa, & dulcis oratio. Per myrrham signatur mortificatio carnis, seu bona opera. Dionys. Carth. hic.

TITULUS XXVII. MUSICA.

Quandocunque spiritus Domini malus arripiebat Saul, David tollebat citharam. &c. 1. Reg. 16. 23. Potior vis hujus citharæ erat supernaturalis: nimirum quòd David citharæ pulsù mentem suam excitabat; & ferventiù oravit Deum pro Saulis salute. Unde Deus eum exaudiens, ob Davidis ferventes preces, & merita, abigebat demonem à Saule, & sibi restituebat. Rupertus per citharam accipit dulcedinem prædicationis Evangelicæ: hæc enim suâ suavitate ad se rapuit omnes gentes. Cornelius hic.

In voce exultationis, & confessionis, sonus epulantis. Pl. 41. 5. Si velis, te ipsum efficies citharam; cum carnis membra morte affe-

ceris, & animæ cum corpore pulchrum concentum effeceris. S. Chrysof. hic.

Cum vidisset tibiocines. Matth. 9. 23. hoc est, quosdam lugubre carmen canentes, ad provocandum sletum in aliis. Tales inferebantur olim in funere magnarum personarum. Sicut enim quædam symphonæ melodiæ, seu cantus, provocant ad audaciam, sicut in bellis; quædam ad lætitiâ; quædam ad devotionem: sic quædam inducunt & planctum. Dion. Carthuf. hic.

Ubi tympana sonant, tibia clamitat, lyra garrit, cymbalum concremat; quis ibi Dei timor? S. Hieron. tom. 2. adversus Helvidium.

Elemen-

Elementum Musicae est unisonum. Musica est plurimum dissimilium in unum redactorum concordia. Rich. à S. Viſt. tr. Exposit. l. 1. c. 8.

Reſtat, ut arbitror, Muſicorum voluptas. Habes organum ex diverſis ſiſtilis Sanctorum Apoſtolorum, Doctoremque omnium Eccleſiarum, aptatum quibusdam accentibus, gravi,

acutò, & circumflexò: quos Muſicus ille Dei, Spiritus S. per verbum tangit, implet; & reſonat. S. Proſper de promiſſionibus &c.

Muſici, diaboli ſunt adulatores. Ugo Careniſ. in c. 9. Prov.

Muſicam Philomela debemus, ſi Democrito fides. Nieremberg. hiſt. nat. l. 1. c. 13.

N.

TITULUS I.

NATIVITAS D. JESU.

§. I.

Figurata, & prædicta.

S Ara uxor tua pariet tibi filium, vocabisque nomen ejus Isaac. Gen. 17. 19. Isaac riſus interpretatur, quò nomine rectè feminis Abraham, qui eſt Chriſtus, felix nativitas ſignificatur: qui univerſitati Sanctorum, quorum ex carne vera caro, & verus homo ipſe eſt, ſempiterni riſus, & interminabilis gaudii, cauſa eſt. Quod gaudium, vel quem riſum, omnium pulchrè unus illorum præguſtavit, clauſus adhuc in utero: exultavit in gaudio inſans &c. Luc. 1. 44. Rupertus l. 5. c. 35. in Gen.

Riſum fecit mihi Deus. Gen. 21. 6. Quis eſt autem ſpiritualis riſus, & gaudium Electorum? niſi iſ, de quo Angelus ait paſtoribus. Luc. 2. 10. evangelizo vobis gaudium magnum. Dion. in Matth. Carth. 1. 2.

Hec eſt Bethlehem. Gen. 35. 19. id eſt, domus panis, à fertilitate, quæ ibi fecit poſt famem; quæ acciderat tempore Elimelech, ut haberetur Ruth c. 1. 1. Sicut Rachel Benjamin, ita B. Virgo peperit Chriſtum in Bethlehem; quaſi ſuum Beoni, id eſt, virum dolorum. Ephrata Hebr. ſignificat fertilem, fructiferum: eſt enim hic locus fertilis. Cornælius hic.

Oritur ſtella ex Jacob. Num. 24. 17. De Chriſti nativitate manifeſta, & vera, eſt prophetia: qui & ipſe ſtella clara eſt, & matutina. S. Rupertus hic.

O ſi quis mihi daret potum aquæ de ciſterna, quæ eſt in Bethlehem! 2. Reg. 23. 15. Sitiebat David non aquam de lacu, qui eſt in Bethlehem; ſed oriundum ex Virgine Chriſtum cu ſpiritu prævidebat, volebat ergo bibere, non aquam fluminis, ſed potum gratiæ ſpiritualis: hoc eſt, non aquarum ſitiebat elementum; ſed ſanguinem Chriſti. S. Ambroſ. lib. de Apologia David c. 7.

Nunquid volet rhinoceros ſervire tibi? aut morabitur ad præſepium tuum! Job. 39. 9. q. d. ferox animal rhinoceros: nunquid vires, & induſtria, ſunt tibi o Job, ut reti interceptas, & manſuetum deducas oneris bajulum in ſtabulum? ut eodem, quò aſinus, & bos, ſigmetur pabulò? imbecillæ ſunt tantæ victoriæ homini vires: ſoli Deo in præſepio recumbenti ſervatur rhinocerotis domiù triumphus.

Non miror Imperatorum de hoſtibus reportatas victorias: ſtupro manſuefactas belluas, barbaras gentes, ſub jugo Chriſti cervicem ſubmittere. Arcones in ſt. 1. Diſc. 5.

Ecce audivimus eam in Ephrata, invenimus eam in campis ſylva. Pl. 131. 6. gratulatur David de inventa arca. Natum Jeſum in ſpelunca Bethlehemitica Vates inveniatur; & inventa arca Corporis Domini, exultat. Theodoretus: Ephrata illa, quæ nunc appellatur Bethlehem, nominabatur: ibi enim Chriſtus D. ortus eſt. Sed cur Bethlehem, & ſpecus nati Chriſti, campus Sylvæ vocatur? quia Sylva latibulum beſtiarum. S. Ambroſ. l. 2. de S. Spiritu c. 11. illa Sylva, ad quam Paulus lupus quidem raptor intravit; ſed paſtor exivit. Erasmus ergo feræ ſed, per Spiritum S. jam leonum lævicia, pardorum varietas aſtutia vulpium, luporum rapacitas, de noſtris exolevit affectibus. Magna igitur gratia, quæ celo terras mutavit; ut converſatio noſtra, ſicut Apoſtolus dixit, in coelis fit; qui antè, ſicut feræ errabamus in Sylvis. Arcones in ſt. 1. Diſc. 5.

Oritur ſol. Ecclæ. 1. 5. id eſt, Chriſtus de Virgine; & occidit in cruce; & ad locum ſuum, id eſt, celum empyrium, vel ad ſinum Patris revertitur in Aſcenſione. Hugo Card. hic. Oritur in Nativitate ad illuminandum; occidit in Paſſione ad redimendum: Occidit ſol in meridie, id eſt, in vehementi amore charitatis; ad locum ſuum vertitur in aſcenſione; ſeſtitur ad aquilonem in extremo examine. S. Bonaventura hic.

Indica mihi, quem diligit anima mea: ubi cubes in meridie? Cant. 1. 6. Per meridiem Chriſti accipe crucifixionem: in meridie, enim crucifixus eſt. Et Crux Chriſti Eccleſiæ, & Fidelibus, contra omnes perfectionum, & tribulationum, æſtus, certum, fidumque, præſtat umbraculum. Aurora ergo vitæ Chriſti fuit in Nativitate, dies in prædicatione, meridies in cruce, vespèra in ſepulchro. Ita Philo Carpath. in Cant. hic.

Septuaginta hebdomades abbreviate ſunt & ungetur ſanctus ſanctorum. Dan. 9. 24. Nativitas Chriſti poſt ſeptuaginta hebdomades annorum à tempore Danielis in Chriſto impleta eſt: quia ab illo tempore uſque ad regnum Herodis tot hebdomadæ tranſierunt.

Una